DISCURSUS POLITICI SINGULARES, DE INFORMATIONE ET COACTIONE SUBDITORUM, UBI...

Christoph Besold


BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
14
1 B
32 M

DISCVRSVS POLITICI SINGULARES,

DE

INFORMATIONE ET COACTIONE SUBDITORUM, UBI AGITUR

I. *De Educatione, Studiis literarum, Peregrinatione, curâ Religionis.*
II. *De Præmiis, Pœnis, Legibus.*
III. *De Magiſtratibus & Cenſoribus.*

AUCTORE

CHRISTOPHORO BESOLDO JC.





ARGENTORATI.
Sumptibus Heredum LAZARI ZETZNERI.
ANNO M. DC. XXVI.




DISSERTATIO I.

DE EDUCATIONE, STUDIIS LITERARUM, PEREGRINATIONE, ET CURA RELIGIONIS.

CAP. I.

Generalissima Reipublicæ conservandæ præcepta continens.



DE constitutione Reipublicæ, & ejus partibus alibi actum à me fuit, ut & harum partium jura, ac proprietates utcunque sunt explicatæ. Nunc porrò quomodo, omnes hæ partes, officio suo probè debeant fungi, pro instituti ratione succinctè dicam. Idque persunctoriè faciam, & sine præjudicio aliorum opinationis. Ingeróque illud Lactantii, 3. *Divin. instit. cap. 7. ad fin.* Si eligere possumus, quod est melius, jam non est Philosophia nobis necessaria: quia sapientes jam sumus, qui de sapientum sententiis judicemus. Consistit hæc tractatio in reipublicæ conservatione, amplificatione, & morbi status curatione. Sarta tecta autem respublica est conservanda; tam à periculo corruptionis internæ, quàm ab externâ vi; nempè ut cives nolint; Hostes nequeant malum moliri. Hócque respectu Aristoteles 7. *Politic. cap.* 14 dicit: Omnem vitam in negotium & otium; Pacem & bellum divisam esse. Quemadmodum verò ea Politices pars, quæ de administratione reipublicæ tractat; magis necessaria videtur, quàm ea, quæ de constitutione reipublicæ agit: ita summa cogitationum nostrarum, hæc esse debet; cum Pericle magis domestica vitia, quàm hostes metuere, Eberhard. à Weihe, *de prærogat. success. B 4.*

II. Firmitas & conservatio reipublicæ, internam contra corruptionem; in duobus hisce præcipuè consistit: (1) ut subditi benè re-

ctéque regantur; (2) & tum etiam, ut Status ac forma reipublicæ ab omni corruptionis labe protegatur. De his autem antequam dispiciamus; generalia quædam circa conservationem sunt præmittenda: concernentia tam subditos, quàm Imperantes. Quemadmodum autem respublica subditis & imperantibus constat; ita conservatio, vel subditos vel imperantes (seu statum & formã reipublicæ) primariò concernit. Et sunt hæ duæ species contradistinctæ: prior principaliter & immediatè ad subditos spectat, per consequentiam tantùm ad imperantes; posterior species è contra, principaliter imperantes, per consequentiam subditos juvat, pariter ferè ut jus publicum atque privatum. vid. me *in Commentar. de justit. & jure ad l. 1. quæst. 13. & 14.*

III. Salva est respublica, si tam cives, quàm imperantes officium faciant: quorum utrunque comprehenditur summatim sequentibus præceptis. (1) Subditi conjungantur invicem, Jamblich. *in vitâ Pythagor. cap. 16. fol. m. 75.* & adjungantur imperantibus omnes. (2) Salus & bonum publicum, carius utrisque sit, quàm privatum. Camerarius, *cent. 2. cap. 45.* Primum præceptum inculcat Christus, cùm ait, *Matth.* 12. Omne regnum divisum desolabitur. Et hûc etiam spectat, Aristoteles, quod dicit, *2. Polit. 2.* Summum bonum civitatis, in amicitiâ ponendum esse: hoc enim si adsit, non civiles futuras dissensiones. Marnix. *section. 6. resolut.* 1. Eleganter harmoniam hancce, depingit in epigrammatibus, Thomas Morus:

Totum est unus Homo regnum, idque cohæret amore:
Rex caput est, populus cætera membra facit.
Rex quot habet cives (dolet ergo perdere quenquam)
Tot numerat parteis corporis ipse sui.
Exponit populus sese pro Rege, putátque
Quilibet hunc proprii corporis esse caput.

Concordia autem illa ut conservetur; justitia ut accedat est necesse. *8. Ethicor.* 8. In omni namque Societate, aliquod jus reperitur, & verò etiam aliqua amicitia. Ex hoc ergò præcepto, tanquam firmissimo principio deduco: Factiones alere, earúmque stirpes & fibras, quoad fieri potest, non ab ipsis radicibus extirpare; pessimum, & rationi rectæ, Politiarúmque fini contrarium esse, utcunque dissentiant nonnulli. vid. Kirchner. *disputat. de republ. 18. thes. 1. lit. g.* Factiones semper sunt cum reipublicæ periculo conjunctæ. Cominæus, *lib. 4. cap. 9. fol. m. 329. & lib. 6. cap. ult. fol. 583.* Sicque Italiam perdidit factio Columnensium & Ursinorum. Cominæus. *lib. 7. cap. 10. fol. m. 650. &c.* ac adhuc magis Gibellinorum ac Guelphorum, vid. Mexia. *2. cap. 45.* & Paul. Æmil. *fol. 222. & seq.* qui Gibellinos à Waiblingen/ oppidulo Würtembergici

Duca-

Ducatus, olim ad Sueviæ Duces pertinente, deducit. Factiosa in Italiâ cumprimis olim fuit Genua. Guicciardinus. Undè Benjamin Judæus, *in Itinerar.* Sunt in singulis horum (Genuensium) domibus singulæ turres constructæ, inter quos, si aliquando dissidium accidit: è turribus illis pugnatur. *Et alibi* idem, In domibus (Pisis) ferè decem mille turres numerantur ad pugnandum aptæ, & instructæ, si quando dissidium, aut pugnæ necessitas existat. Mira de factionibus Venetorum & Prasinorum, tempore Justiniani, Procopius habet *in histor. arcan.* & *in notis* Alemannus, præsertim *in præfation.* Sic olim in Germaniâ fuerunt factiones Nobilium & Civitatum, ac dissidiis ferè quælibet civitas abundabat: ut de Basilea testatur Stumpff. *12. cap. 25. in fin.* Fuerunt factiosa & perniciosa nomina in Gallis Ligistarum ac Huguenotorum, atque olim ibidem Des Armignacs & Bourgignons. In Angliâ, Rosæ Albæ, atque rubræ. In Navarrâ etiam nocuêre quamplurimum ejusmodi factiones, vid. *Histoir. de Navarre.* Fuit quoque Alexandria, seditionibus ac factionibus civium vastata. Euseb. *histor. 7. cap.* 18. Et nuper Galliam Duella perdidissent, ni remedium adhibitum fuisset. Mercure François, *tom. 5. fol. 53. & 63. ac seq.* Undè etiam inepta reputatur Lex Solonis; quæ præcipit, ut gliscentibus seditionibus, nemo non alicui se adsociet capiti factionis. Simanca. 4. *de Republ. cap.* 21. Lipsius. *6. Politic. cap. 6.* pulchrè Montaigne, *3. des essais cap. 1. fol. m.* 801. vide Clenard. *lib. 2. epistol. fol. 256.* Mihi magis placet illud Ovidianum:

——— *Nec te civilibus insere bellis:*

Sæpè locum habet, quod Cicero Attico scripsit de Pompejo, *lib. 8 & in Catilin. orat.* 4. habeo quem fugiam, quem sequar non habeo. Quintil. *6. cap. 4.* Sed tamen in casu necessitatis, nemo reipublicæ deesse debet: & qui tunc admittunt neutralitatem, ii alium propositum habent finē. Sicque Cæsar, se milite prævalere, & neutrales demùm, suos fore scivit; eámque ob causam eosdem æquo animo toleravit. Suetonius, *in ejusd. vitâ. cap. 75.* Et exemplum civis, turbatâ republicâ neutri addicti parti, Pomponius Atticus præbere potest. vide *ejusd. vitam à Cornelio Nepote descriptam.* Sed tamen Auctor Politici Thesauri, *tom. 1. fol. 37.* tradit; factiones reddere homines ad bellum aptos: ac sanè Germani fuêre magis bellicosi cùm olim die Fehden frequentiores essent.

IV. Commune & damnosissimum vitium est; omnium ferè quæ sunt in rebuspublicis malorum causa & origo: quando plerique tantùm ea curant, expetunt & optant, quæ sibi ipsis privatim prosunt; nihil solliciti de communi bono. Id verò vitium omnium ferè communissimum est, eóque magis periculosum atque detestandum. Et namque plerique hodiè tales esse laborant, qui suram quàm genu longiùs abesse

abesse dicant, (ut est apud Theocritum) & quorum hoc sit votum; mihi ipsi aliquid boni contingat: secùs quàm ab animali ad societatem civilem nato fieri debeat. Præclara fuit apud Persas Lex, eà de re lata, quam Herodotus his verbis refert: Persæ, cum rem sacram facit, sibiipsi privatim aliquid boni precari religio est. Cæterùm omnibus Persis, ac Regi prosperitatem optat; quippe inter universos Persas, ipse quoque unus est. Et divina est apud Euripidem Menœcei, se pro patriâ devoturi, sententia; quam adscribam, ut sciamus, etiam Ethnicos, hoc quod dico non ignorasse.

Si quilibet, quantum queat boni, lubens
Patriæ offerat, donetque publicæ rei:
Haud totidem evenient civitatibus mala,
Sed accident in posterum res prosperæ.

Sed hæc non pertinent solum ad cives; sed ad Principes & Magnates cumprimis. Namque Nauclerus nave perfossâ, sese cum suis, & nave ipsâ submergens; imago est Principis, publicum commodum, & suos subditos non curantis. Utinam nunquàm de Germaniâ, dicere possimus, quod de Galliâ olim verè Theodor. Beza, *embl. 39.*

——————— *quod pictum aspicis, horum*
Viva est imago temporum.

Vicissim subditi meminisse debent, se patriæ æquè ac parentibus esse obstrictos, *l. 2. de justit. & jur.* Meminisse debent, florente republicâ, etiam privatas res florere; & contrà, corruente republicâ privatas quoq; res corruere solere. Camerarius *3. meditat. histor. cap. 49.* Virtus enim Civilis seu Politica, in eo consistit: ut civis se totum, & omnia membra sua, utilia reipublicæ præstet. vid. Phil. Hœnnon. *disputat. polit. 1. thes. 27. &c.* Et intuitu reipublicæ, subditi magistratui debent amorem, & fidelitatem, observantiam, obedientiam. Hœnnon. *disputat. politic. 2. thes. 8.* Imprimis verò imperantes, civium utilitatem sic tueantur; ut ita omnibus consulant, ut corpus reipublicæ totum, omnique ex parte salvum sit: ne dum partem aliquam defendendam suscipiunt, alias deserant. vide Laurent. Grimal. *2. de optim. Senatore, fol. 140. &c.*

V. Subditorum autem gubernatio specialis, tum animi respicit informationem; tum alimentorum & pecuniæ suppetentem copiam requirit; tum & curam corporum subditorum, vivorum æquè ac mortuorum complecti videtur. Animi informatio, necessaria omninò est, quia ea civitatis ordinatio optima habetur, per quam quisque optimè agit, vid. Aristotel. *polit. lib 7. cap. 2.* Hancque idem Aristoteles, *2. politic. 3.* consistere dicit in moribus, vel Philosophiâ & legibus, seu, ut nobis loqui magis complacet, tum subjectio, tum concordia, duobus

vinculis

vinculis alligatur: Informatione & jussu, hic externa hominis opera, illa animi facultates restaurandas spectat. Ad informationem præcipuè educatio pertinet; studia itum literarum, religio, & etiam ex parte censura. Sub jussu, intelliguntur leges, magistratus. Ad alimenta, & quæstuariam refero rationem; tum publicum Ærarium, tùm ut privati debitâ non careant sustentatione. Consiliariorum verò, seu Senatus alicujus operâ, utitur respublica, tam ad jussum, informationémque probè administrandam; quàm etiam omnibus aliis reipublicæ partibus, & muniis dirigendis. Quibus omnibus succinctè & generaliter explicatis; tùm demùm ad Monarchicam, Aristocraticam, Democraticam, & mixtam reipublicæ gubernationis rationem arcanam seu specificam magis, accedendum erit.

CAP. II.

De educatione generatim tractat.

EDucatio ut curæ sit imperanti, cumprimis necessarium esse videtur: Aristoteles, *5. polit. 9. & lib. 8. cap. 1. & c.* Piccolom. *grad.* 10. eâ quippe deficiente, inanes sunt leges; beneque educatis, haud legibus opus esse putatur. Leges enim non sufficiunt absque institutione, imò augent potiùs delicta. Sanè lex, quamvis bona, auget prohibendo desiderium malum: sicut aquæ impetus, si in eam partem non cesset influere, vehementior fit obice opposito; cujus molem cùm evicerit, majore cumulo præcipitatus, violentiùs per prona provolvitur. Et hoc est quod fallit peccatum per mandatum, vid. Augustin. *de spiritu & lit cap.* 4. Beata est respublica, ubi plus valent boni mores, quàm bonæ leges; ut olim apud Germanos, Tacito teste. Parùm profectum existimare debemus, si constitutâ religione, rectéque formatâ republicâ, institutio puerilis negligatur. Et ideò sicut bonus agricola teneros palmites, ut celeriùs crescant, diligenter obtegit; sic respublica, quæ parens & cultrix civium est, ut juvenes educentur, & ad virtutem instituantur, curâ quàm curiosissima curare debet: Laurentius Grimal. 1. *de optim. Senatore. fol.* 78. Keckerman. 1. *polit.* 9. *fol.* 191. Lather, *de censu* 3. *cap.* 20. adde Erasm. *tract. de pueris, statim ac liberaliter instituendis, tom. 1. oper.* Horat. 1. *Satyr.* 6.

——— Purus & insons,
Quod me collaudem, si & vivo carus amicis.
In causâ fuit Pater ———

Hincque Cicero. 3. *de divinat.* Nullum munus majus, meliúsve reipu- blicæ

blicæ afferre possumus; quàm si doceamus atque erudiamus juventutem. Educatio vitiosam indolem aliquomodo mutat, & adhuc magis quàm doctrina. Ignoratio namque vitiorum, plus efficit, quàm cognitio virtutum. Justin. *lib.2.fol m.15.* *Buena costumbres sobre todo buen natural florecer.* Celestina, *act.1.fol.m.44*.

II. Ut in semente spes est posita messis, ita totius reliquæ vitæ expectatio, ab educatione pueritiæ pendet. Si prognosticon petis de futuri seculi republicâ, juventutem & educationem inspice, ac infausta quæque ominare Richter, *axiomat. œconom.48*. Quod animadvertit Mons. de Villamont, *lib.2. des Voyages, fol.295* ubi ita scribit: *Nos François en leur enfance, sont tendrement dorlotez, qu'en leur jeunesse, vous ne voyez que de muguets, esperlucats, fringans, lascifs de gestes & de paroles, & d'effects, perdus & corrompus de moeurs* & quæ ibi addit alia, scitu notatúque maximè digna. Boni legislatores, etiam minutissima circa infantum educationem notârunt legibúsque præcaverunt: Rittershus. *in specul. Princ. civiliter boni. fol.64* nos maxuma negligimus. Et stultissimi meritò hodiè reputantur plerique parentes; qui ut divites, non benè moratos post se liberos relinquant, unicè curant. Richter, *axiomat. œconom. 53.* adde Dn. D. Lansium, *tractat. de Academ. lit. C.* Pulcherrimè hàc de re Xenophon. *in Instit. Cyri, lib.1. num.5.* Pleræque civitates cuivis educandi liberos suos, quâ ipsi visum ratione fuerit, potestatem faciunt, atque ipsis etiam provectioribus vivere sui ex sententiâ permittunt; deindè edicunt, ne quis clepat, ne rapiat, ne per vim domum in aliquam irrumpat, ne quem per injuriam pulset, adulterium ne committat, magistratus imperio parere non detrectet, atq; his itidem consimilia. Quod si quis horum aliquid transgrediatur, pœnæ propositæ sunt. At verò Persicæ leges, hoc animadvertentes, primùm procurant, ne prorsus ejusmodi cives sint, qui pravi alicujus, fœdive facinoris libidine ducantur. Hinc Lacedæmonij liberis educandis, magistratus eligere solebant, ex civibus in civitate senioribus & prudentioribus, qui publici Pædagogi dicebantur, ob eámque causam inter Græcos illi erant virtute, rebúsque gestis præstantissimi: ab omnibus fortitudinis Præceptores, reique militaris magistri vocabantur præclarissimi. Apud eosdem, qui in liberos indulgentior erat, quàm ut eos cum reliquis, publicæ institutionis disciplina educari pateretur, is civium jure excidebat. Nicolaus Cragius, *3. de Republ. Lacedam. tab.3. institut.5.* larè *in Lycurg.* Plutarch.

III. De infantum institutione, hoc nunc tantummòdo dico; eam difficillimam esse: monente Mich. Montano, *1. des essais cap.25. fol.m.116.* At notatu dignum est Xenophontis dictum, *1. instit. Cyri. num.* Pluri-

Plurimum ad discendam temperantiam confert, quod ipsos etiam seniores toto die temperanter ac moderatè vitam agere vident. &c. tùm etiam quod apud matrem non pascuntur. Ac de institutione pluribus agit Guyon, *tom.2.lib.3. cap.25.* Canonhiero, 4. *dell. introduzz. cap.6.* Priscorum Germanorum hâc in re curam, cognosce ex Willichio, *ad Tacit. cap.26.* De Turcis agit Bellonus 3. *cap.11.* Quid alii fecerint populi, hâc in re, docet & commendat Ens, *convival. 1. fol.39.* Duo inprimis vitia in puero non toleranda, mendacium & pertinacia. Montaigne, *1. des essais, cap. 9. fol. 27.* Priscam redolent, verámque Philosophiam, quæ Theanus, filia Pythagoricæ sapientiæ adpellitata, ad quandam Eubulam scribit: *epistol. 1. junctâ Iamblich. oration. protrept.* Audio te parvulos delicatè mollitérque educare. Bonæ autem Matris officium est, non ut liberorum curam ad voluptatem habeat; sed ut eos ad temperantiam educet ac informet. Vide igitur, ne officium non amantis, sed adulantis matris facias. Nam voluptas unâ cum liberis nutrita, prodigos & intemperantes efficit &c. Et fundi nostri calamitas est, nimis tener amor parentum erga liberos suos. Boccalin. 2. *ragguagl. 14. fol. m.95.*

IV. Pueris vinum non esse dandum, prudenter Plato olim judicavit: sanè vino melior est aqua. Guyon, *tom.2. lib.3. cap.5.* Guetman, in der Offenbahrung Göttlicher Majestät. *lib.8. cap.39.* Cardanus, *tom. 2. artu parva. fol.1396. &c.* Bouchet, *1. des Serees. cap.2.* Indè & Suevi nostri, Cæsare, *lib.4. de bell. Gallic.* teste, vina ad se omninò importari non sinebant, quòd eâ re ad laborem ferendum remollescere homines, atq; effæminari arbitrarentur. Sed ô antiqua tempora, ô mores! Nunc adeò à sobrietate abhorremus, ut Bohemicam, quæ ætate Æneæ Sylvij, (*epistol. ad Vladisl. Regem*) erat, egregiam institutionem imitemur: qui liberos suos generosissimis vinis lactabant, ut adultiores culullum Aulicum majore fortitudine tolerare possent. Sanè ingenium debilitatur vino: undè aliqui dictum volunt à vi; quod vim inferat menti. Senium, morbósque accelerat: & vero verius est, quod 1. *Florileg. Græcor. Epigrammat.* habetur.

Οἶνος καὶ τὰ λοετρὰ, καὶ ἡ περὶ κύπριν ἐρωὴ
Ὀξυτέρην πέμπει τὴν ὁδὸν εἰς ἀΐδην

Vinum & balnea, & circa venerem amor,
Per velociorem mittit viam in infernum.

De ebrietate fugiendâ, vid. Montaigne, 2. *des essais, cap.2.* Lemnium, 2. *cap.17. &c.* Senec. *epistol.83.* Romulus postridiè negotium habiturus, vinum non bibit. Gellius 11. *cap. 14.* qui idem, *lib.15. cap.2.* tradit: Vini usus quemadmodum à Platone fuerit adprobatus. Indè rectè apud Romanos

manos olim, mulieres & pueri, vino abstinebant. Leonicus, *de variâ histor. lib. 3. cap. 87. & seq.* Gallorum veriverbium est.

L' enfant qui aimerà le Vin;
Ne serà jamais bonne fin.

Optimè Plato, *epistol. 7.* Vitam illam, quam beatam vocant, Italicarum Syracusanarúmque mensarum plenam, nullo modo probavi: bis videlicet in die saturum fieri, & nocte nunquam jacere solum, & cætera, quæ vitam hujusmodi subsequuntur. Nemo enim omnium, qui sub cœlo sunt, si in hujusmodi moribus ab adolescentiâ nutriatur, quamvis naturâ & ingenio excellenti præditus, unquam tamen prudens evadet. Temperatus esse certè nunquam curabit. Eadémque erit de cæteris virtutibus ratio. Civitas autem nulla legibus acquiescere poterit, si cuncta in superfluos sumptus eroganda cives existiment: cæterísque posthabitis omnibus, conviviis duntaxat, & venereis oblectamentis obnixè putent operam impendendam. Necesse est hujuscemodi civitates modò in paucorum potentiam, modò in popularem statum mutari; neque unquam quiescere: justæ verò æquabilisque gubernationis, eos, qui in his civitatibus potentes sunt, ne nomen quidem ipsum audire velle &c. Exindè judicium quodnam ferri debeat, de aulis quibusdam seculi nostri, patescit. Quódque impuberes nimio cibo & somno, non sint gravandi, tradit Gellius, *4. cap. penult.* Ac quod mater ipsamet infantem recens natum, lacte suo debeat nutrire, alibì deduxi, *ad l. 1. ff. de justit. & jur. quæst. 23.* ac etiam idem Gellius censet, *lib. 12. cap. 1.* Et tandem Aristoteles monet, *1. polit. cap. fin.* Puerorum, itémque mulierum institutionem necessariò ad rempublicam referendam, alitérque mulieres ac pueri educari debere in republicâ populari, aliter in paucorum potentiâ, prout ratio postulat utriusque reipublicæ finis.

CAP. III.

De Regiâ institutione.

ALia autem est *Institutio eorum, qui Principes sunt,* vel ad rempublicam gubernandam educantur: alia privatorum, qui ad subjectionem informantur. Hi pro captu quisque suo, tum animi, tum corporis honestis studiis, reliquisque reipublicæ necessariis artificiis; Illi artibus potissimùm Imperatoriis sunt erudiendi.

II. Principum institutio, parentibus cumprimis curæ esse debet. Horolog. Princip. 2. *cap. 38.* Caspar. Ens. *apparat. convivial. lib. 2. à princip.* Idque eò magis, quòd is, qui imperaturus est, suo posteà exemplo,

plo, plùs quàm Imperio, plùs quàm severis legibus, pœnisque crudelibus efficere; unico itidem suo exemplo, bonos reipublicæ mores inficere & vitiare potest. Sicque Plato persuasus fuit, Siciliam adire, ut unius Principis institutione totam insulam reformaret. Plutarch. *Dione fol.773.* Et certè generosi magis qui sunt, deficiente educatione, deteriores evadunt. Plato, *6. de republic.* Lemnius, *de complex. fol. m.52.* Guyon. *tom.2. lib.4. cap.29. Le pullain encor qu'il soit de bonne race, à besoin d'estre dressé.* Perez. *aphorism. fol.254.* Horat. 1. *Satyr.3.*

——— *namque*
Neglectis urenda filix innascitur agris.

& citius optimis. Et magna vitia magis sunt ex malâ educatione, quàm malitiâ naturæ. Pausanias, *lib.7. fol.395.* Tyrannica est correctio vitiorum in aliis, quibus ipse Princeps est conspurcatus. Sanè nemo non experitur,

——— *Quanto imperia, & vis nescia recti*
Stent populis, cassique animi ratione potentum.

Non aliâ ratione, Principem bonum, omnis generis virtutibus heroicis verè illustrissimum, usu & cognitione rerum necessariarum præditum habebunt aliquando subditi; quàm rectæ educationis beneficio. Nulla vicissim perniciosior Principum, & totius reipublicæ pestis est, quàm si in mediâ adulatorum, & parasitorum aulicorum turbâ, inter canum venaticorum latratus, equorum hinnitus, militum strepitus, & aularum delitias atque mollitiem illi adolescant, si ad ipsorum placitum & libitum circa ipsos omnia personent. Zepper. *de legib. Mosaic. lib.3. cap.7. ad fin.* Indéque Regnicolæ & Imperii status conqueruntur jure, si Princeps non ritè educetur. Cominæus. *2. cap.6. ad fin.* At verò plerunque aliter fit: & Plato etiam, *3. de legib.* ostendit, quàm indiligenter Regum liberi educentur. Cyrus, inquit, cùm ab ipsâ pueritiâ vitam in re militari traduxerit, liberos suos mulieribus educandos tradidit. Illæ verò ipsos nutrierunt, ut eos, qui à pueris felices continuò extitissent, nullâque re prorsùs indigerent; vetantes, ne quis eis ullâ in re, ut satis superque beatis adversaretur, imò cogentes ut omnes laudarēt, quicquid ab illis diceretur, aut ageretur. adde Nicol. de Clemangis. *in epistolis, epistol.93 fol.267.* ubi prudenter disserit, de negligentiâ majorum regnī, circa disciplinam adulescentis in Gallia Regis. Et educationem vitiosissimam Principum nostri seculi, graphicè depingit Thuanus, *lib.29. fol.211. edit. Paris. in 8.* ut & Alain Chartrier, apud Pasquier, *5. cap.15. fol. 746. &c.* Ac etiam jam olim optimi Principes, pessimos filios habuerunt. De Antonino Philosopho, Capitol *fol.m.146. in vit. Anton.* Qui felix fuisset, si filium non reliquisset. Hujus tam sancti Principis filius

his moribus fuerit, quibus nullus lanista, nullus scenicus, nullus harenarius. Tantum valet aut ingenii vis, aut eorum, qui in aula institutores habent, &c. Lampridus, *in Commodo*. Neminem propè magnorum virorum optimum & utilem filium reliquisse, probat Spartianus, *in Severo fol.*176.

III. Prudenter Janus Gruterus, *discurs. ad Tacit. fol.*47. *à princ.* Næ, inquit, iis qui Principum adolescentiæ præficiuntur, multa debemus. Bona quidem, si ipsimet boni; Mala, si mali: utpote à quibus pendeat orbis totius, aut exitium, aut salus; ubi multa eam in rem addit vide etiam Amirato, *discurs. lib.*13. *cap.* 2. Undè lætatus fuit Philippus Macedo, quod vivente Aristotele, sibi natus filius esset. Gellius, 9. *cap.*3. Hoc idem confirmat Auctor quidam Gallicus, cùm dicit: *Veritablement, en prenant la charge d'instruire un homme seul, lequel regne dessus les autres; l'on prend le plus bref sentier, qu'il est poßible, pour maintenir les Republiques en leur entier, parce, que ordinairement nous participons tous du Naturel de nostre Prince, de quelque condition qu'il puisse estre.* videatur Richterus, *axiomat. histor.*186. Et de Principum Præceptoribus, pluribus disserit Guevara, *in Marco Aurel. cap.*6. *& seqq.* Quódque Principes erga eos debeant esse grati, monet Piccart. *observat. decad.*11. *c.*9. Sicque Clotarius, ex Præceptore filii sui Principem fecit. Girard *fol.*157. Principibus item quomodo curæ debeat esse, ne filii malè instituantur, exemplo Theodosii Imperatoris, egregiè Camerarius docet. *centur.*3. *fol.*191. & Glycas, *in annal. fol. m.*356. adde Lehman. 2. *cap.*3. *fol.*58. De Rom. Imperatorum Filiorum institutione, vide Bulenger. *de Princip. Roman. lib.*3. *cap.*48. Persarum Reges, quomodo educabantur, refert Michel Montaigne, *lib.*1. *des essais cap.*24. *fol.*110. Officium etiam Illustrium Parentum requirit; filiis persuadere, se non magis quàm alios, peccandi licentiam habere, quòd filii sint Regum. Apophthegma Tyranni est, non Tyrannicum: Cùm Dionysius videret Filium, ingenui Viri conjugem adulterâsse, iratus interrogavit; an unquam tale quicquam in patre comperisset. Hic adolescens; Tu, inquit, non habebas Patrem Regem. Nec tu, inquit Dionysius, filium Regem habiturus es, ni talia desinas perpetrare. Plutarchus, *in apophthegmatib.*

IV. Ea ita comparata esse debet, ne Carneadis apophthegma locum habeat, qui dicere solebat; Divitum ac Regum filios nihil rectè discere, præterquam equitare; quòd his omnes adulentur; Solus equus non curans, Regem gerat an privatum, tergo excutiat quisquis equitandi fuerit imperitus. Erasmus, *lib.*7. *apophthegm.* vid. omninò Comінæum, *lib.*7. *cap.*11. *fol.*71 *usque ad finem capitis.* Ergò non ut jam Principes; sed ut futuri Principes sunt educandi, nec mollitie corrumpendi.

Hattron.

Hattron. *in Regno, fol.* 169. nec & diu Principes pueros in Gynecæo versari. Et an in aulâ, vel castris debeant educari, disput. Dn. Gruterus, 2. *discurs. ad Tacit. fol.* 68. Et hoc monere debemus; Magnates non à conversatione hominum honestiorum, licet sint nullius dignitatis, esse arcendos, Sie seind etwas mehrers zu den gemeinen Leuten zugewöhnen. vide vitam Michaëlis Montani, *à princip.*

V. Educandi verò sunt Principes artibus illis, quas Justinianus noster, in proœmio Institutionum expressit; quibus nempè utrunque tempus, & armorum & Pacis rectè possit gubernari. Literas quod attinet, quamvis de iis diversum vulgò, & adversum judicium sit; quas ab aulis in scholas relegant vulgò: at reclamant tamen sapientes omnes; eò quòd nihil sit tam Regale, quàm sapere & judicare. Cicero. 1. *de Divinat.* Herman Kirchner, *disputat. de Republic.* 18. *thes.* 3. *& oration.* 13. *ac* 14. *volum.* 1. *ac item orat. ultim. vol.* 2. adde Libanii Basilicum, *fol.* 16. *&c.* Mexia, 3. *cap.* 10. Ens, *Convivial.* 2. *fol.* 145. *&* 148. Lehman. 5. *cap.* 11. *fol.* 396. Et Elector, id præcipiente aurea Bulla, (*c. ult.* quod Freher singulari exegesi illustravit) debet addiscere peregrinas linguas. Hîc autem Vergilianorum versuum, memores esse debemus:

Orabunt alij meliùs; Cælique meatus
Describent radio, & surgentia sidera dicent:
Tu regere Imperio populos Romane memento.

At regendi prudentiâ, siue doctrinâ Ethicâ & Politicâ, sineque rationis & orationis informatione haberi nequit. Et turpe est, cumprimis magistratui, viróque Principi, jus in quo versatur, Statuta & Scita Regni sui ignorare: *l.* 2. *§. Servius. ff. de Origin. juris.* turpius, fidei suæ articulos non exactè scire: Omninò videatur Lipsius, 1. *polit. cap. ult. & ibi notata.* Amirato 2. *discurs.* 7. *&* 10. Montaigne 1. *cap.* 39. *fol.* 212. Boccalin. 1. *ragguagl.* 90. *fol.* 433. ubi de Cratippo. Inprimis autem historias sciat: quas etiam in bello legit Fridericus I. Lehman. *fol.* 504. Neque nihil, neque omnia discat. Notabile est quod Philippo Macedoni, Musicus quidam respondit, contra quem de suâ arte disputando, Rex pugnare volebat: Dii hoc, ait, prohibeant, ut hâc de re meliùs tu, quàm ego judicare queam. Plutarch. *in apophthegm.* Exercitia etiam Principis, ita debent esse comparata, ut in bello vel Pace, utilia esse queant. Plutarch. *Demetr. fol.* 611. *&c.* De Ludis Diocletiani, judicium refert, *in Carino* Vopiscus. cōtra gladiatoriam dissertat Montaigne, 2. *cap.* 27. *fol.* 666. *&c.* Arridet magis Trajanus aliquis, leviter doctus, sed vigilās, serius; quàm Princeps otiosus, in literis delicians. Vide Michael. Piccart. *observat. decad.* 1. *cap.* 5. Jac. Angel. Regis, *Βασιλ. δῶρον. fol. m.* 100. Vitiosa & nimis scholastica fuit institutio, Sebastiani Portugalliæ Regis, Conestag. *fol. m.* 31.

m.31.32.33. In eóque peccavit etiam Plato, qui Dionysium in sophistam voluit mutare. Plutarch. *Dion.fol.775* Theodosius tamen junior, noctu literis, interdiu armis incumbebat, *Præfat.* Histor. Tripart. Undè consultius est, Principum Præceptores, pios, emeritósque consiliarios, & fortes Capitaneos, non Philosophastros aut Pædagogos, juvenésque temerarios esse. Boccalin. *lib.1.ragguagl.54. ad fin.fol.434.* Principis ars est: scire imperare. Plutarch. *Lycurg.m fol.* 10 & gerere bellum, Plutarch. *in Pyrrho fol.m.763.* Olim Germaniæ Principum, hæc propria disciplina atque institutio dum viguit: benè rem gesserunt, & vicerunt virtute verà. Auctor est Wolfaramus Eschilbachius, qui sub Friderico vixit Ænobarbo, *part. 2.* deß Heidenbuchs, quæ de Wolfdieterico inscribitur, ibi rationes disciplinæ his elegantissimis versibus describit:

Die Fürsten man da lehrte/
Groß Ehr den Frówen geben/
Vnd Gottesdienst óch mehrte
Vnd ehren Priesters leben:
Der Kristenheit gelóben
óch sie gelehret wart/
Das schuff an alles tógen
Vatter vnd Mueter zart.

Man lehrt die Jüngelinge
Gar manig Ritterspil/
Schirmen vnd óch springe
Vnd schůessen zue den zil/
Fechten óch mit Witzen
Vnd schiten wol den schafft:
Vff Sáteln wol sitzen/
Des wurden sie dick sighafft.

Vnd sie würden óch gelehret
Ihr Schilte recht tragen/
Ihr Manheit sich óch mehret
Als wir das hóren sagen/

Wo

Wo man nicht wolt erwinden
Das man zu stritt solt stan/
Ihr Helm rechte binden/
Lehrt man die jungen Mann.

Man lehrt öch wie sie sollten
Werffen einen Stein/
Deß handt sie nie entgolten
Ihr Crafft die wahr nicht klein/ꝛc.

Nec aliâ disciplinâ Scipio ille Carthaginis Domitor, imbutus fuit; de quo ita Silius canit:

Ipse inter medios ventura ingentia laudis
Signa dabat; vibrare sudem, transmittere saltu
Murales fossas, undosum frangere nando
Indutus loricâ amnem. Spectacula tanta
Ante aciem virtutis erant. Sæpè alite plantâ
Ilia perfossum, & campi per aperta volantem
Ipse pedes prævertit equum, sæpè arduus idem
Castrorum spacium, & saxo transmisit & hastâ.

Et certè otium Principi est fugiendum; ideò ad labores continuos assuefaciendus. Montaigne. 2. *cap.* 21. Fastus & superbia vitari debent. Seraphin. Firman. *cap.* 8. *de sui cogn. fol. m.* 426.

VI. Optima institutio Principum videtur; ut semper circa se habeant viros doctos & graves. Qui enim cum sapientibus graditur, sapiens erit: amicus Stultorum, similis invenietur. Proverbior. 13. Et memoriæ mandatum invenimus, Franciscum I. Gallorum Regem, nullâ eruditione singulari tinctum, quotidianâ tamen doctorum conversatione prudentissimum, omniúmque disciplinarum gnarum evasisse. Sleidan. *lib.* 19. *sub Anno* 1547. Plùs quàm studium hæc conversatio prodest, & minùs quàm illud videtur esse laboriosa, hæcque ratio frequens fuit Imperatoribus & Principibus priscis, Piccart. *decad.* 17. *cap.* 5. Non tamen alendi sunt docti, quomodo Dionysius junior sophistas. vid. Plutarch. *in ejus apophthegm.* Certè Carolum V. Ludovicus XII. Galliarum Rex, Tutor ipsi in Paterno Testamento datus, optimè institui procuravit. vid. Bellajum, *lib.* 1. *fol. m.* 25. Citò enim eum neglectis etiam eruditis artibus, rebus gerendis adhibuit: Dicens, se velle pupillum in tutela sua existentem ita educari; ne cùm major sit ætate, ob judicii & experientiæ defectum, recidat in aliorum curam. De Institutione

tione Alexandri M. multa *in vitâ ejusd.* habet Plutarch. Et Agesilai institutionem commendat idem Plutarchus, *in vita à princip.* Sed Christiano Principi imitanda est mater Ludovici V. Galliar. Regis, quæ inprimis ad pietatem veram filium educavit. Jonville, *cap.2.fol.5.* De educatione filiorum Ludovici, Germaniæ Regis, vid. Lehman. 3. *cap.41.* De Friderici, Palatin. Elector. II. Hubert. Leodius, *fol.36.*

CAP. IV.

Reassumit Privatorum Institutionem.

CIrca *Privatorum Institutionem*, meritò dubitatur, sit nè publica juventutis institutio, privatæ præponenda? Qua de re Quintilian. *lib.1.cap.2.* & post Casum, Johann. Gerhardi, *centur. quæst politic. decad. 8. quæst.7.* Keckerman. *1. politic. 9. fol. 193.* & idem *in œconom. fol. 44.* Junius, *quæst. polit. 43.* Emundus Richerius *in obstetrice animor. cap. 3. num.3. & seqq. usque ad fin. capitu, fol.55.* disquirunt. Ego puto, publicam disciplinam, in sapientiâ & consensu totius civitatis fundatam, firmiorem quidem constantiam habere, quàm ab unius quæ judicio pendet. vid. Michael. Montaigne, *lib.1. des essais cap.25.fol.118. item lib. 2. cap.31. à princip.* Johan. Elsvvich. *disputat. polit. 4. thes.7. in fin.* Sed tamen publicæ scholæ lasciviam docent, & inter pueros multi non sunt casti: Sicque S. Antonius Eremita, privatim institutus, & optimus fuit, vide *ejus vitam* in vitis patrum. Sed mediante privata institutione, faciliùs acquiritur finis privatus; sed non publicus. Notandum hìc & illud cumprimis, quod Aristoteles dicit, *5. polit. 9.* ut educatio reipublicæ consentanea fiat. &c.

II. Commodum etiam videtur, ut institutio fiat extra domum patris, exemplo Lacedæmoniorum; & etiam extra locum, ubi habitat Pater, ac inprimis Mater. Montaigne, *fol. m. 121.* Elsvvich. *d. disputat. 4. thes.5.* Quod & probat Juan Huarte, *in examine ingeniorum*, ubi *cap.1.* ita scribit: *Ha de salir el mochaco de casa de su Padre; porque el regalo de la Madre, de los hermanos, parientes y amigos, que no son de su profession, es grande estorvo, para aprender. Esto se vee claramente en los estudiantes naturales de las Villas y lugares donde ay Universitates; ninguno de los quales (si no es por gran maravilla) jamas sale letrado* Boccalin. *2. ragguagl. 14. fol. 95. &c.* Sed tamen institutio placida, non tyrannica vel severa nimis esse debet. Barclaius, *in Icon. cap.1.*

III. Pro-

III. Prohibenda sunt omnia, quæ juventuti scandalum præbere, à viâq; virtutis avocare possunt; præcidendæ sunt omnes vitiorum occasiones. Undè Lupanaria non toleranda. Illustris Enenckel. *1. de Privileg. cap. 8 num. 18. & seq.* Christian. Ohemius, *discurs. de Consulib. cap. 3. num. 35.* Gerhardi, *locor. Theologic. tom. 3. fol. 250.* Langlæus, *8. semestr. cap. 8.* Krazius, *polit. 6. cap. 6.* Summa casuum conscientiæ. Emanuel Rodriquez. *cap.* 204. Borell. *3. de Magistr. c. 13.* vel invito Mcihaële Montano, *fol. m. 556. des essais.* & Horat. *2. Satyr. lib. 1.* fuitque meretricis, nomen apud Græcos non inhonestum: vide quæ de Aspasiâ habet Plutarchus, *in Pericle.* & quidam putaverunt uxorem dignitatis nomen esse, non voluptatis. Spartian. *Ael. Vero.* Nec etiam Ludi Scenici ferendi videntur. Augustin. *1. de Civitat. Dei cap. 32.* vide Johan. Gerhardi, *cent. quæst. polit. decad. 8. quæst. 5.* Balthas. Meisner. *in part. 1. philosoph. sobriæ.* Canonhiero, *9 cap. 9.* addatur August. *3. confess. 2.* cùm vitia, quæ inibi graphicè plerunque repræsentantur, magis in oculos spectatorum occurrant: quàm doctrinæ, quas exindè haurire deberent. Ex Cypriano, pulchrè Borell. *de Magistr. lib. 3. cap. 10.* Lactant. *6. cap. 20.* Tertul. *Apolog. cap. 15.* Sanè voluptatum artifices, esse videntur histriones. Piccart. *observat. decad. 4. cap. 4.* Ac etiam si sexus sui vestitum quis mutet, hoc grave habetur peccatum. Langlæus. *8. semestr. cap. 9.* Et hæc una causa, olim sufficiens visa Anglis fuit, ut puellam Aurelianensem addicerent morti. Sambucus, *in emblemat. fol. m. 273. & seq.* minus malum eligendum esse dicit, & ita Lupanaria probat; addens ad finem,

Est ergò melius, tutius & talia condere
Certo, unoque loco, quàm cupere exurier omnia.

Quod & fecit Loth: qui Sodomitis filias, & ille Levita, qui Benjamitis obtulit eam ob causam uxoré. Judic. *cap. 19.* Addatur August. Vischer. *tractat. de duello. fol. 68.* Merill. *2. observat. cap. 12.* Clapmar. *4. cap. 19.* Lather, *de censu, fol. 278. &c.* Montaign. *1. cap. 25. ad fin.* Pontifices lupanaria tolerant passim, Jacob. Heilpronners Colloquium Neuburgense. *fol. 29. & 98.* Sed tamen in iis prohibentur; Paponius, *lib. 22. tit. 9. arrest. 14.* & egregiè in ea invehit Salvianus. *fol. m. 292.*

IV. Bacchanalia etiam non toleranda videntur, Christ. Matthias, *Colleg. Ethic. 3. disquis. 2.* addo & Saltationes. Johann, Münster von vortlagen tractat. *singul. Germanicè scripto.* Taffinus, *in tractat. de emẽdat. vita.* Ant. de Sales, *praxis spiritual. part. 3. cap. 33.* *Epistola Belgica* à Daniel. Heinsio *edita, cent. 2. epist. 51.* adde Alfons. Moditium. *in decis. §. 2. quæst. ult.* Justum Deuculeon. *epist. fol. 181.* Sanè aliquid magici & dæmoniaci iis subesse videtur. Galeott. Martius, *doctr. promisc. cap. 14.*

C vid.

vid. Lucian. *orat. de Saltatione tom. 4. oper.* ubi in notat. Gilb. Cognatus. De Saltatione Angelorum, vide opera Heinrici Susonis, *fol.* 473. *& seq.* & S. Maxim. ad S. Dionys. Areopagit. *fol.* 28. *& seq.* Si adulteria vitare velimus, colloquia & alias similes occasiones cavere debemus. Sylva Curiosa, de Julian de Medrano. *fol.* 287. *&c.* N. à Salis, *in ficilment. fol.* 500. *& seq.* Ergò multò magis saltationes, quæ præludia sunt amoris. Bernhard. Herrheimers Faßnacht küchlin / *fol. m.* 156. Saltatorésque insanos esse reputavit Alphonsus, Rex Neopol. *in apophthegm.* 1. *nu.* 45. Dissentiunt ex nostratibus ferè omnes, Forsterus, *disputat. ad Decalog. decad.* 2. *problem.* 10. magis, ut vereor, eorum odio, qui improbant saltationes, quàm ullà satis urgenti ratione. De Saltatione veterum. vid. Gymnast. Mercurial. 2. *cap.* 3. *& lib.* 5. *cap.* 3. Non quoque permittendi sunt lusus: Heigius *part.* 2. *quæst.* 10. vid. *l.* 3. *C. de Aleatorib.* Borell. *de Magistrat. cap.* 11. *lib.* 3. adde Mercure François, *part.* 2. *fol.* 35. *b.* ubi de abrogatâ *L'academie des jeux*; quam pluribus describit idem auctor, *tom.* 1.

V. Institutione cumprimis acquirenda est peritia quædam & consuetudo, legibus ab ineunte ætate parendi; eáque est causa efficiens virtutis moralis. Timpler. 1. *Ethicor. cap.* 3. *quæst.* 6. Hæc si desit, in cassum laborabis,

Barbatos licet admoveas mille inde Magistros:

ut graviter & multis docet Juvenalis, *Satyr.* 14. Egregiè Fabius Quintil. Utinam, liberorum mores, non ipsi perderemus. Infantiam statim delitiis solvit mollis educatio, quam indulgentiam vocamus: gaudemus, si quid licentiùs dixerint. Fit ex iis consuetudo, deindè natura. Discunt hæc miseri, antequam sciant vitia esse. Indè soluti ac flentes, non accipiunt ex scholis, sed in scholas adferunt &c. Ratio & doctrina, ait Aristoteles, 10. *Ethic. cap. ult.* non satis validæ sunt ad virtutem inducendam causæ: oportet priùs animum auditoris excoli moribus &c. Epictetus apud Arrianum, 2. *cap.* 21. *ad finem.* Et vos viri animis quiescite, mentem tranquillam in scholam adferte; tum intelligetis, quid virium oratio habeat.

VI. Magnus tandem, in republicâ nostrâ defectus est; quòd ergasterio caremus, das wir kein Zuchthauß haben: & ejus commoda experiuntur indies Hollandi. vid. Isaac. Pontanum, *in description. Vrb. Amstelodamens.*

VII. Addere hîc lubet dissertationem meam Academicam, de Bacchantium moribus vitandis.

Nemo ferè est in orbe Christiano, qui non affectet nomen & famam Christiani; eum verò qui reverà præstet, nempè qui fidei Christianæ

ſtianæ fructus, vel ferat, vel colat, hunc ex maxumè raro hominum genere judicare quimus. Et tamen certo certius eſt, in hâc qui non invenitur raritate, æternis pœnis mancipatum iri. Unicum autem & ſolum Chriſtiani inſigne atque nota eſt, cognitio doctrinæ, & imitatio vitæ Chriſti: quod poſterius ſanè complectitur plura, imò infinita. Levitatem certè omnem, laſciviam & luxum reſpuit omnem: turpia, ſpurca, & vana quævis odit. Nunc quæſo animo atque ratione luſtremus omnes, num geſtus & Bacchici mores, ac quæ alia Ethnico illo Bacchanaliorum feſto, à maleferiatis peragi nonnunquam ſolent, conveniant cum vitâ premente veſtigia noſtri. Salvatoris? Num capiti conveniant talia membra, deformia ſcilicet & omnis turpitudinis plena. Et quanquam nemo vir bonus dubitavit unquam, Diabolum inſidiari generi humano omnibus modis, ſtudiiſque; ut à Deo conditore ſuo abducat, & præceps in exitium agat; tamen nusquam evidentiùs id declarat, quàm circa Bacchanalia ſua; ubi cùm homo maximè ad Deum redemptorem ſuum converti deberet; quia circa illud tempus redemptionis noſtræ opus cepit, & glorioſè deinceps peregit, longiſſimè ab eodem multos ſeducit, & ad omnem turpitudinem ac proterviam, quaſi ſigno ſublato, vocat atque propellit juratus ille noſter hoſtis: túmque adeò ſua cuique voluptas.

Du. Piccart. *hiſtorico polit obſerv. dec. 12. cap. 3.*

Fit Deus, & venter Iove majus numen habetur.

Quin etiam cùm membra laſciviæ deſunt, faciem incipimus veſtire omni humanitatis exuto ſenſu, ingenuóque devorato pudore; & larvæ eſſe malumus, aut quodvis ex Dauniâ & Getuliâ monſtrum, quàm homo. Sed lubet addere Criminis hujus ortum.

Roma lupercales ludos antiquitùs iſto
Menſe celebrabat: poſitâ gravitate per urbis
Compita curſabant ſtolidi ſine veſte luperci,
Et ſcuticis olidi tractis de tergore capri
Pulſabant nuruum palmas: quia verbere tali
Pana Deum faciles credebant reddere partus.
Iſta ſuperſtitio, levis hac inſania noſtros
Tranſiit in mores. Veteris contagia morbi
Hauſimus, & quodam ſimili languore tenemur.
Nam juvenes iſtis facit inſanire diebus
Pan Deus Arcadiæ quondam; totáſque per urbes
Currere; & acceptis facies abſcondere larvis.
Eſt pudor in facie; facies velata pudorem
Significat læſum: ſciri laſcivia non vult,
Ora tegit, ſcelus eſt pavidum, metuiſſe videri.

Mantuanus *in Faſtis.* vid. Philipp. Melancht. *decla. tom. 5.* Gymnaſma, *part. 2. ſect. 2. d. exerc. Acad.* Riccobon. *de Gymnaſm. Paſavino lib. 6. cap. 13. vide omninò.* Contra cætus nocturnos & larvatos, Borel. *de Magiſtr. 3. c. 9. & ſeq.* Perſonam induere in Galliâ, capitale. Langlæus, *8. cap. 9.*

Cuncta sub ignotis petulantia vultibus audet,
Quæ ablegat gravitas, & quæ proscribit honestas.
Per fora, per vicos it personata libido;
Et censore carens subit omnia tecta voluptas:
Nec nuruum palmas, sed membra recondita pulsat;
Pérque domos remanent fœdi vestigia capri.

Hieronym. item Cardanus, *tractat. de libris propriis. fol.* 49. Non obscurum est, inquit, nostrâ ætate celebrari ante quadragenariam vacationes; in quibus ludunt, convivantur, personati ac larvati incedunt, denique nullum luxus ac lasciviæ genus omittunt: Sybaritæ & Lydi, Persæque vincuntur. Nec tantum bonis operibus ac piis quadragenaria promerentur, quantum Lupercalibus iis peccant. Quam insaniam nostrã, etsi sacræ damnant literæ, quarum vox à peccando nos avertere debebat, frustrà tamen sunt, & nos omnia penè ipsius, virorúmque bonorum monita clausâ ac surdâ transmittimus aure. Undè nonnunquam Deus ipse vindex suæ majestatis læsæ esse solet, & insaniam nostram coërcere atque in ordinem redigere consuevit. Exemplum Gallia suppeditat, & Caroli VI. Regnum: Paulus Æmilius pluribus circumstantiis id describit: Sed malo verbis Jacobi Majeri recensere. Quinto Calend. Februar. die Martis, mediâ nocte factus ille ludus Lutetiæ est, in quo sylvestrium hominum specie, moréq; Satyrorum, quinque Nobiles choreã ducebant, Regémque ne satis insanire viderentur, ita personatum secum habebant. Sed jocóne an dolo malo Aureliani, facem in illos jactantis, combusti sunt ex eis quatuor. Regem autem quædam nobilis mulier complexa, chlamide suâ incendium restinxit. Erant enim omnes nudi, præterquam quòd villos lineos pice sibi haberent ita agglutinatos, ut silvestres esse viderentur Viri Carolus Pictavus, Johannes Fliscus, Comes Juniacus periêre; quarti absumpti nomen non invenio. Quintus, cui Mantarello nomen, aquam fortè nactus, mortem evasit. Hæc stultitia, quâ post Gallos natos nulla major, in ædibus Reginæ, in Suburbano D. Marcelli contigit, quæ ædes ob eum casum demolitæ sunt. Idem verò prorsùs contigisse nostro seculo, legimus, anno videlicet salutis 1570, in arce Wartenburgâ, apud Eberhardum Comitem Hohenloensem, in ipsis Bacchanalibus: Ubi cùm & ipsi Comites, & eorum ministri quoque personati, vestibus lineis, multâ stuppâ, pice, resinâque adglutinatis, Gynecæo delitias facere vellent: Puer quidam incautus agens flammâ corripitur, eámq; in corpore sentiens, opem aliorum implorat, cui Eberhardus Comes opitulaturus, eodem malo corripitur, & sic in ordinem cæteri: quo incendio Georgius Tubingensis, Albertus & Eberhardus Comites Hohenloenses, in ipso flore ætatis inte-

Theodor. Zvvinger. in theatr. Histor.

interierunt: reliqui per fæminas vestibus earum laxis involuti, ab exitio servati sunt. Quin ergò suscipiamus suave jugum Christi Domini nostri, eique cùm hisce diebus, tum & semper condignè nos geramus. Agite quæso omnes, omnium facultatum studiosi, ac quoque alii in universum Academicæ jurisdictioni addicti; hócque tempore præsertim, quo summa instant pericula universis, quo jam regna & provinciæ aliquot Christianæ, palàm monstrant, quid mali possit inferre, tàm Nobilibus, quàm plebeis, ira Dei. Agite inquam, clamoribus, discursationibus, rixis ac larvis abstinete, induite Christum, & sine quibus ille non est, humilitatem & modestiam, aliásque Christianas induite virtutes: Spiritum Sacrosanctum, cujus templa sumus, non conturbate, non exturbate. Facite ut ne magistratus, qui paternis admonitionibus nunc agit, lege in transgressores agere cogatur. Sicque valete & vivite in Christo.

CAP. V.

De Studiis literarum.

SEd adhuc aliquid in specie, *de Studiis* addendum erit *literarum*; virtuti quæ serviunt, & magnum vel in eâ comparanda adjumentum, vel in paratâ ornamentum existunt, vid. Tyrium Maximum, *dissertat.* 21. Sic virtus & eruditio tàm benè cõvenire dicuntur, quàm benè gemma auro includitur, & rosæ intexuntur liliis. Undè Charondas, liberos civium omnes, literarum rudimentis voluit instituendos; conductis ad id publicâ mercede pædagogis, &c. vide Diodor. Sicul. *lib.* 12. *ubi de Charondæ legislatione.* Sed rerumpublicarum moderatores, avidè si literas excitent, nunquid reipublicæ suæ consulant, variè disputatur? Si propositum spectes, meritò conatus laudatur; sin finem & successum, quem videmus, experimúrque quotidiè, est quod ambigas. vid. Bodin. *method. histor. in princip.* Casum, *sphær. civitat. cap.* 11. Hippolyt. à Collibus, *tractat. de Principe, cap.* 20. & extant vetustissimi Germani rhythmi, à J.F. genannt Mentzer/ revisi: quorum inscriptio, die Gelehrten / die verkehrten. Ego inter studia distinguo. Vetustiorem nempè Græcorum Romanorúmque sapientiam, peritia quæ erat in republicâ versandi, & ad actiones accommodata prudentia; ne livida quidem vituperare ipsa invidia potest. Eam amplexus est Solon, & ab eâ reliqui in Græciâ, sapientis invenerunt nomen. Ut omninò verosimile sit, solam tunc Thaletis Philosophiam, ultrà usum, sese ad contemplandum extulisse. Plutarchus *in Solone & Themistocle.* Heroicis ætatibus, Ulysses & Nestor,

qui habiti sunt sapientes, politici fuerunt: Ita & Romanos, sapientiæ olim qui gloriâ excellere vellent; omnia, quæ quidem tum illa civitas nosse, complecti fuisse solitos, memoriæ mandavit Cicero, *3. de Orat. sect. 21. quem omninò vide*, adde Alberic. Gentil. *de legat. 3. cap.* 10. Annè autem studia juvent religionem, disquirit Richter axiomate *Ecclesiast. 67. & seq. axiom. histor.* 156. Fœminas verò literis operam dare debere, negat Mich. Montanus. *1. des essai, cap. 24. fol.* 109. quamvis id olim factum fuerit Romæ, Barthius, *animadversion. 22. cap. 5.* Studia verò in cognitione, quæ versantur rerum, vitæ propter trāquillitatem, & ipsius scientiæ suavitatem, quâ nihil est hominum jucundiùs, plures semper quàm utile fuit rebuspublicis, delectaverunt. Námque ut gratiosa res est Physica, Mathesis &c. Si quis ea attingat in juventute; ita, qui omnē iis in literis ætatem exegerunt, ad rempublicam ullo modo juvandam. censentur ineptiores. Laudandos dico Principes, vel optimates, qui doctos fovent. Præclarè Rex Regum Magnus Artaxerxes, Hellesponti Præfecto (*inter Hippocratis epistol.*) Hippocratis Coi gloria artis, etiam ad me pervenit. Dato igitur ipsi auri quantum voluerit, & ipsum ad nos mittito. Nam Optimatibus Persarum æqualis erit. Et si quis alius bonus Vir est in Europâ, eum Domus Regiæ amicum facito; nihil divitiis parcens. Viros enim invenire, qui consilio præstent, non est facile &c. Scio vulgi opinionem esse, eos qui Philosophiæ studiis, paulò ulterius progrediente ætate præditi sunt, ad res agendas nulla ratione idoneos esse; Undè ille apud Athenæum:

Heu mihi philosopharis! atqui Philosophi
Sermone solo sunt sapientes: cæteris
In rebus esse novi ego stultißimos.

Ego verò loquor hîc de literis & philosophiâ, quæ non in meris ideis animi vacui ab omni gubernatione, fingitur: nec de philosophastris, qui vel sine judicio philosophiæ dant operam, vel nimio ejus studio ducti, philosophiâ uti nesciunt: & sapientes sunt, præterquam in iis, in quibus sapientes esse debent. vid. omninò Mich. d. Montaigne, *1. des essais, cap. 24. per tot.* Talem philosophum volo, qualis fuit Helvidius Priscus; qui, ut Tacitus, *4. histor.* ait: Ingenium illustre altioribus studiis, juvenis admodùm dedit; non ut plerique, ut nomine magnifico, segne otium velaret: sed quò firmior adversus fortuita rempublicam capesseret &c. Exemplar etiam Philosophi non barbatuli & morosi, sed veri morum humanorum Medici, *in oratione de Socrate*, Clarissim. Heinsius proponit, *orat. 7.* & egregiè de veriori philosophiâ disserit Budæus. *5. de asse. fol. m. 613. & c. usque ad fin. libri.* adde Tabulam Cebetis, ex edition.
Hiero-

Hieronym. Wolffij, *juncta Epicteto, fol. 62. &c.* & ejusdem Wolffij *annotation. fol.* 112. ubi in falsam & inutilem invehitur eruditionem.

II. Rectè Seneca, *epistol.* 107. Quemadmodum omnium rerum; sic literarum quoque intemperie laboramus. Non vitæ, sed scholæ discimus. Montaigne, *fol. m.* 104. *& seq.* Cùm tamen verissimum sit, eum qui omnes animi virtutes comprehendit, omnia quæ facere velit, facillimè tractare: neque illum necesse habere, in unâ scientiâ aut arte, quasi tabernaculum vitæ suæ collocare. Aliter Socrates fecit: Ex cujus scholâ egressus Xenophon, mox Imperator, bellique Dux egregius evasit. Plato verò, Ægypti, & prodigiosæ Pythagoricæ sapientiæ amore captus, Tyrannum amavit, & Siculam ventris immoderati mensam, frugalitati victus antepos uit. Xenophon. *in epistol. ad. Aeshin.* Sic Epimenondam virum egregium & à Montano Gallo summè commendatum, Pythagoricus instituit, Rittershus. *ad Malchum de vitâ Pythagoric. 26. & seq.* Catonem erudivit Stoica Philosophia. vid *meum Templum justitiæ.* Undè Diogenes Euclidis scholam, χολὴν, id est bilem ac molestiam vocavit. Platonis non διατριβὴν, seu exercitationem, sed κατατριβὴν, id est, contritionem. Laërtius, *lib. 6. cap. 1.* Sic & Lacedæmonij contemnebant omnes artes, qui civium animos videbantur emasculare, & à verâ virtute ad otiosam ostentationem traducere. Keckerman. *disput. d. republ. Lacedam. cap. 8. num. 8. lib. 2. &c.* Et Roma, cùm adhuc spiraret, germanam illam austeritatem, Græculos Professores urbe exegit. Certè generosi magis animi sunt, idonei ad rempublicam gerendam; quàm ad talem literaturam inclinantes. Icon animor. Barclaij, *cap.* 10. Non tamen obstant hæ disciplinæ, per eas euntibus; sed circa eas hærentibus. Quintil. *1. cap.* 7. Et indè Terentianus Senex, ex communi tum apud prudentes receptâ sententiâ ait:

——— aut Equos
Alere, aut Canes ad venandum, aut ad Philosophos:
Horum ille nihil egregiè præter cætera.

Hincque Antoninus Imperator, *lib. 1. de vitâ suâ.* pro non exiguâ parte felicitatis venditat; quòd magnos in Rhetorica, Poëticâ, reliquisq; studiis progressus non fecerit, quæ illum fortassis planè detinuissent, si se feliciter proficere sensisset. & quod sobriè sit philosophandum, monet *ad Apulei apolog.* Scip. Gentilis *fol.* 82.

III. Ego etiam præcipuè hoc moneo, Affectationem literarum, doctrinæque esse vitandam; eum magis doctum, prudentémque censerem, qui artem occultat, ita ut in naturam transiisse videatur. vid. Castilionei *Aulic. 1. fol. m. 22. b.* Aliter qui faciunt, ab eruditione ad Pedantismum declinant, vitæ genus omnibus odiosum, atq; invisum. Samuel.

Bernhard.

Bernhard. *Dialog. Gallic.* 6. Emundus Richerius, *in obstetr. animor. cap.* 2. *num.* 3. Andr. de Valentiâ, *in Turlone, Comœdia festivissimâ* Cunæus, *in Sardis, fol. m.* 42. *& seq.* De quo apud Arrianum Epictetus est intelligendus, cùm ait, *lib.* 1. *cap.* 11. *ad fin.* Scholasticum esse animal, quod ab omnibus deridetur. Sapienter ideóque suadet Antoninus Imp. *lib.* 1. *de vitâ suâ. fol.* 1... Præceptorem eligentem, circumspicere de homine debere, qui palàm experientiam, & in tradendis scientiis facultatem, minimum suorum bonorum putaret. & idem *fol.* 176. felicem se prædicat; quòd cùm animum ad philosophiam adjunxisset, non inciderit in sophistam aliquem: qui aut in scriptoribus desederit, vel in syllogismis dissolvendis doceret, aut meteoris tractandis. Sic & contra declamatores, ac pro naturali eloquentiâ festivè pugnat Petronius, *in pr. Satyr.*

IV. Hodiè linguarum studium nobis est impedimento: & de multis dici potest, quod *lib.* 1. *florileg. Græcor. epigramm.* de Grammatico quodam

Mi est cum literulis duodenos pugna per annos,
Tandem intra manes, morte, Senator ago.

Olim Hebræi, Græci, Romani & etiam Pœni, seu Arabes (quos ab eruditione præclarè Galeottus Martius, *doctr. promisc. cap.* 6. & Erping. *oration. de Linguâ Arab.* commendant) maternâ linguâ contenti fuerunt. Nos verò, quia exoticarum linguarum cognitione carere nequimus; varij varia linguarum addiscendarum compendia excogitaverunt. Usu potiùs & multa exercitatione, quàm prolixis grammaticis præceptis, linguas quasvis addici, Vandermylius, *tractat. d. lingua belgicâ, cap.* 30. tradit. vid. Seignr. des Accord. 2. *d. Bigarrures. cap.* 1. & suo exemplo docuit Michel Montaigne, *vid. ejus vitam. & lib.* 1. *des essais, cap.* 25. *fol.* 141. ac etiam non improbat S. Augustin. 1. *confess. cap.* 14. Idemque velle videtur Eilhard. Lubinus, *Satyr.* 1. ut & Nicolaus Clenardus, *in epist. fol.* 128. *&c. &* 192. Sanè ita debemus linguarum studio operam dare, ut nunquam non simul res ipsas addiscamus. Novam etiam methodum Wolfgang. Ratichius meditatus fuit; quam, & qualisnam sit, nondum aperuit tempus. adde Elsvvich. *disputat. polit.* 4. *thes.* 41. Meliori hactenus fato usi sunt Patres Societatis Jesu. At annè ergò Philosophia, aliæque artes, in linguis vernaculis sunt docendæ? Estienne Pasquier, 1. *epistol.* 2. Parnaso di Boccalini, 1. *ragguagl.* 73. Guyon. *tom.* 3. *lib.* 3. *cap.* 20. *& seq.* Et Cato noluit aliâ linguâ, quàm Latinâ loqui, Plutarchus, *in Catone Major. fol.* 671. Sanè magna Tyrannis est Latinæ linguæ: Menippus, *dial.* 13. & pessimè fit, quòd nos planè negligimus nostratem. vid. Taubman. *in præfat. Culicis Vergil. & in comment. ibid. fol.* 274. *&* 336.

V. Etiam

V. Etiam sciendum est illud, quòd studia ad ingenium sunt accommodanda: & quòd faciat habilem natura, ars verò facilem, usúsque potentem. Itidem, *Non ay catedra de entendimiento, ni de prudencia, ni hombre que la enseñe.* Eruditio enim per se neque prudentiam, neque probitatem causatur: magis magni clerici, non sunt magis magni sapientes. vide d. his omnib. Doctor Juan Huarte, *Examen de Ingenios para las sciencias cap.* 1. & 2. Canonhiero, *dell. Introduzz.* 4. *cap.* 7.

VI. Maxima porrò cautio est adhibenda, studia ne passim permittantur moribus nociva; honestæque disciplinæ perniciosa maxume: venena quæ melle condita instillant adolescentibus, & blanda quidem, non tamen continent salubria. Qualia magnam partem sunt figmenta Poëtica, in utramvis partem hominum animos, morésque flectentia: & prudenti quæ ideò judicio examinari debent: rarò enim poëtæ leguntur, eo modo ut vult Heinsius, *orat.* 4. Adhùc minus ferendæ sunt Amadisii, (à Nicol. de Herberay, Sieur des Essars, compositæ) similésque fabulæ. vid. de la Noüe *discours.* 6. adde Montaign. 2. *cap.* 10. quas etiam Lipsius damnavit, *in notis ad fin. lib.* 1. *polit.* Possevin. *in apparat. ad omn. gent. histor. sect.* 4. *cap.* 3 *fol.* 145. Rev. Jul. Nigron. *in dissertat. de lect. lib. amator.* Dn. D. Thomas Lansius. *in orat. funebr. Sibyllæ Ascaniæ. & in consult. oration. contra Gall. fol.* 312. Ac scripserunt etiam Græci, in prosa amores: ut Heliodorus, & Longus Sophista, qui Pastoralia composuit, & Gallis ac Hispanis ansam dedisse videntur, qui superflui in hoc argumento. Et adeò castitatis olim amatores fuêre, veteres Christiani: ut Venerem vix nominare fuerint ausi. vid. Vitam S. Justini, *fol.* 112. auct. R. P. Petr. Halloix. An Poëtas rectè è republicâ suâ ejecerit Plato? disputat Tyrius Max. *dissertat.* 7. Sanè non inter postrema corrupti seculi, Henrico II. regnante, testimonia, recensebantur Poëtæ Galli. Thuan. *lib.* 22. *ad finem*, nec in jure nostro immunitatem habent, Scip. Gentil. 2. *parerg.* 1. Magis etiam vituperium, quàm laudem merentur, qui amatoria & similia leviuscula tractant: ac cùm flosculis quibusdam Latini sermonis, carmen ornare sciunt, omnes se sapientiæ & eruditionis Thesauros possidere putant. Hi, ut Guill. Sallust. Bartasius, *Sepmaine* 1. *au commencement du* 2. *jour.* canit:

Sur les ingrats Seillons d'une infertile arene
Perdent mal avisez leur travail & leur graine:
Et tendent un filè, pour y prendre le vent
D'un los je ne sçay quel, qui les va decevant;
Se sont imitateurs de l'araigne, qui file
D'un art laborieux une toile inutile
Peu je regretteroy la perte de leur ans,

D Si

Si par ses vers pipeurs, leur Muse trop diserte,
Se perdant, ne trainoit des auditeurs la perte &c.

Impudentissimi plerunque sunt adulatores Poëtæ: (quo nomine & Oratores inculpat Lactantius, 1. *cap.1.*) Locum tertio ab hinc lapide ostendam, ubi Poëtam faciliùs conduces, quàm cocum, & meraco vini haustu, Jovem aliquis negàbit unquàm cum Junone consuevisse, aut Saturnum antehac in cœlo regnâsse, ait Dan. Heinsius, *in Satyra, Hercules tuam fidem fol.2. ad fin.* Fueruntque olim Poëtæ, ferè Epicuræi. Rev. And Schottus, *Tusculan. quæst.4. cap.5.* Et contra ridiculos Poëtas invehit Euphormionis Satyra, *part.2. fol.m.*174. Sẽper cũ Pythagorâ, Musæ Sirenibus sunt præferendæ. Boët. *prof.1. lib.1. consolat. philosop.* Theodor. Canterus, 2. *var. lect.*1. Quò etiam pertinent, quæ scribit S. Augustinus, *lib.1. confession. cap.15. & seqq.* quem omninò vide, inter alia scribentem: Tu Domine Rex meus, & Deus meus, tibi serviat quod loquor, & scribo, & lego, & numero. Cùm vana discerem, tu mihi disciplinam dabas, & in eis peccata delectationum mearum dimisisti mihi. Didici enim in illis multa verba utilia; sed & in rebus non vanis, ea disci poterant, & ea via tuta foret, in quâ pueri ambularent. Sed væ tibi flumen moris humani, quis resistet tibi? adde Petrarch. *sonnet.1. ad fin.* Et de impietate Petri Bembi, qui in sacris literis nil elegans extare autumabat, vid. Scip. Gentil. *Comm. ad epist. Paul. ad Philem fol.*40. Vetus & probata Poëtis, doctrina de moribus erat. Bertius, *oration. d. dignitat. Ethic. fol.*44 & Philosophia prisca carminibus erat inclusa. Lactantius, 5. *cap.5. & lib. ultim. cap.22.* vide ingeniosissima & Philosophica Poëmata Campanellæ. *num.* 2. ubi invehit in Poëtas deceptores, talésque non fuisse veteres prodit. Etiam apud cascos Germanos moralia Poëticè tradebantur. vid. Parænetic os scriptores à Goldasto editos. Item scriptum rhythmicum egregium & vetustissimum, Freydanck inscriptum. Poësis divini aliquid, & naturæ nostræ, nescio quid congruentis, habet; undè nos Carmina, & etiam rhythmi capiunt magis, faciliúsque hærent. Montaigne, 1. *cap.25. à princip.* Estque certus furor, qui exagitat Poëtas. Leonh. Aretinus, *in epistol. lib.6. epistol.1.* quique efficit, ut etiam qui videntur in conversatione ineptissimi, egregia tamen scribant. Et utilia dulcibus modulis proponunt Poëtæ, Tasso, *in Goffredo, cant.1. à princ.* In poëtarum laudem multa habet Oiciacus, *in colloquiis mixtis, passim*, ac pro poësi etiam scripsit declamationem, Jul. Cæsar Scaliger, quæ est ejus epistolis juncta. Hispani eum, qui unum atque alterum distichon componere nescit, fatuum; si qui plura possit, insanum vocant Florest. *part.2. cap.2. num.*34 *fol.*80. Poëtas, si divitiis obruantur, genium amittere, censet Boccalini, 1. *ragguagl. cap.*45.

Porrò

VII. Porrò si litteras promovere velimus, illud curandum est cumprimis; non modò juvenibus, sed & præceptoribus subsidia ne desint. Undè non injuriâ Lipsius, *5. epistol. miscell.* 88. est miratus: quòd tàm multa passim Collegia aut Scholæ instituantur, pueris aut juventuti formandæ; neminem adhuc fuisse, qui propriè sollicitus esset & curaret de Doctoribus. vid. *etiam Orationem Monitricem* D. Mich. Ziegleri. aut qui semper discere cupientibus perpetuum, liberúmque otium (ex redditibus Monachorum, quos otij prætextu proscripsimus) pararet. Juvat & habere publicas instructissimásque Bibliothecas. Ærod. *rer. judicatar. fol.* 455. nulliúsque privati, paulo instructior Bibliotheca, deberet dissipari. vid. vitam Vincentii Pineli, sed publicis sumptibus redimi, saltem libri pretiosiores & rariores. Tales Bibliothecæ fuerunt olim insignes. vid. Lips. *Syntagma.* Sammonici. Capitol. *in Gordiano junior.* Luculli. Plutarch. *in vita.* Pisistrati. Gell. *6. cap. ult.* Adponam quod in suo itinerario habet Benjamin Tudelensis. Est etiam ibidem (inter fluvium Cobar, & flumen Euphratem) magna quædam sancta ædes, plena libris conservatis, tàm à domus primæ, quàm à secundæ tempore. Estque moris & fuit, ut qui liberos non habuerint, eo loco suos libros consecrarent. De miseria literarum docentium. vid. Buchanan. *lib. 1. eleg. 1.*

VIII. Reformationem rei literariæ, meditantur nunc multi: de quibus ego mihi judicium non sumo, nec est, quod hanc mihi despondeam litem. Imperfectionem artium, studiorúmque nostrorum ingenuè agnosco, atque deploro. Interim tamen usque dum ad se me vocet Deus; vanitatem, quæ reliqua ex Babylone, sustineo patienter: & in hoc glorior solo, quòd non glorior in eo, de quo gloriatur mundus. Prudentis est noscere mundi vanitatem, nec temerè adstipulari iis, qui ei curiosè mederi volunt. Erratur sanè in literis tradendis, multis modis: solus Aristoteles perperam regnat. Lips. *manuduct. ad Stoic. Philosoph. 1. dissert.* Cùm tamen in naturalibus, Pythagorici, Platonici, & cumprimis Hermetici: D. Augustinus *8. confess. cap. 2. à princip.* Francisc. Patricius, *in Hermet. Trismegist. fol. m.* 107. Steuchus *de perenni Philosoph. 2. cap. 2.* in moralibus Stoici, meritò ei præferantur. Ego, *in Templ. justit. num.* 144. Albertus verè Magnus, & judicii exacti, non est Peripateticos sequutus; sed narrativè magis eorum opiniones, quàm quod eas adprobet, explicare videtur vid. ejus vitam, *cap. 8.* Lutherus ei omnis mali occasionem attribuit, vide ejus *Epistolas fol.* 10. Sed nunc ab ejus discipulis non tenetur sententia magistri. Nunc etiam Peripateticam hæresin masculè aggreditur, armis Campanellæ (Telesij ex parte imitatoris) Itali Monachi, Tobias Adami, vir supra meam lau-

dem: mihi tamen amicissimus. Barbara contemnitur non rectè Philosophia: cujus antiquitates Otto Heurnius benè digessit. Barbaries etiam Scholasticorum malè ejecta: cùm ei Grammatici insipidissimi fuerunt substituti. Jacob. Martin. *exercitat Metaphys. fol.* 303. Minimè tamen adprobandi sunt, qui vulgata destruunt principia; & adhuc magis, qui omnem scientiam destruunt, ac nil sciri posse contendunt. vid. Sanchez. *tractat. quòd nihil scitur.* Proximè enim ad Atheismum accedunt. Sceptica ac dogmatica philosophia committitur, *in duello, dell' ignor. & scienza.* d. Constantino di Notari. & in Academicos omnia incerta reddentes, scripsit Augustinus libros 3. singulares. Ac Pyrrhonismum defendit Montaign. *fol.* 473. & *fol.* 522. ut & Pierre Charron. *2. de la sagesse. cap. 2.* Aut monstrosa dogmata fovent. Qualis superioribus annis fuit Jordanus Brunus Nolanus: qui novam & planè miram philosophiam introducere sategit, numeris constantem, ac aliquos in Germaniâ edidit libros, obscuros & intricatos. Sed Christianæ fidei adversissimos errores sub iis occultavit; & tandem extremo supplicio in Italia adfectus fuit, ut in epistola quâdam Gasp. Scioppio adscripta, & Francofurti edita, pluribus narratur. Zoroastri Philosophiam reduxit Jessenius à Jessen, *in Zoroastre suo.* Hermeticam Physicam, Henric. Nollius edidit: plurima quoque de Platonis & Trismegisti Philosophia habet in Physica suâ generali, Rudolph. Goclen. Junior. *lib.* 2. *fol.* 452. *&c. usq; ad fin.* Paracelsus, Ramus, Lullius, (de quo Mariana, *lib.* 15. *rer. Hispanicar. cap.* 4.) acerrimi sunt Peripateticorum hostes. Etiam improbat Aristotelem Nicol. Cusanus, Cardinalis, cujus opera egregia extant, quemque Bellarminus *in Catalog.* summè laudat. Et Picus Mirandulæ Comes, Platonicus ac Hermeticus fuit; pariter item Wesselus. Adami in vitis, *fol. 22. tom.* 1. Picum imitati sunt, sed conatu non adeò felici, Paulus Scalichius, Anton. Persius, qui librum vulgavit novarum positionum, ut & Anton. Bragadenus, *de homin. felicitat.* Nicol. Hill. Anglus, Democraticam, Epicuræam, & Paracelsicam, fovet philosophandi rationem: sed quæ in rationis & fidei principia impingere videtur. Alij, Philosophiam ex purâ putâ SS. Scriptura eruunt: ut Danæus, qui Ethicam & Physicam compilavit Christianam. Eò item intendere videtur Ægydius Guttman, Jn der Offenbarung Göttlicher Majestät. Erratur porrò quòd ex compendiis sapiëtiam volumus haurire; eóque obduramus fontes: quódque omnia nunc inventa explorata, & illustrata reputamus. Cardanus, *tractat. de libris propriis, fol. m.* 115. Erramus, quòd artes, minimè humano generi utiles colimus; & eas quæ Mechanicis, generíque humano utiles esse quirent, fastidimus: quod innuit excellentissimus Medicinæ Doctor Petrus Severinus, *lib.* 3. *cap.*

3.*cap.*3.*Idea Medicinæ Philosophicæ*, ubi ita scribit: Ego certè unicum Panificium, omnibus Modalium subtilitatibus, & jejunis prædicamentorum digestionibus antepono. Sunt, qui putant, studia cum aliquo opificio esse jungenda. Drusius, *ad loca Genes. cap.* 52. Videtur item error magnus, **das man auß dem studiren ein Handwerck machet**; cùm tamen studia ornare & juvare vitæ conditiones cunctas soleant, & honestissimæ recreationis loco esse possint: si modò ritè tractentur, & Historiarum ac pietatis studium magis, quàm alia inculcentur. Veterem institutionem scholasticam memoriæ mandavit Quint. *lib.* 1. *&* 2. Et pertinet hùc Alstedij systema Mnemonicum: ubi multa *de Scholis*.

IX. Pessimo more negligimus linguam Hebræam; quæ ex variis Paradisi muneribus, sola ferè nobis restat: quæ Trinitatis mysterium in quâlibet radice gerit, quæ omnium maxumè regularis, quæ tota undique mysteriis redundat. At quid in Belgio fiat, (utinam non alibi quoque) Janum Drusium, Virum doctissimum & pium, audi: Scripsimus, inquit, his paucis diebus quæstionum libros tres. Satiùs fortasse fuisset nil omninò scribere. Ita sunt tempora & studia, in his præsertim locis. Nam quotusquisque eorum, qui ad sacra aluntur, hæc leget? Sed reprimam me. Intereà promoventur ad gubernacula Ecclesiarum indoctissimi quique. Quæris causam? non habemus alios, inquiunt, magis idoneos. Et miramur Ecclesias turbari, earum pastores vilipendi? Scitum illud; Testium fallacium, merces vilis. Et idem, *in præfat. tractatus d. partic. Chalda. Syriac. Thalmud. &c.* Utinam Deus illi (Lago Christiano) vitam longiorem concessisset: fuisset absque dubio Patriæ suæ non vulgare ornamentum. Nam eos fecerat progressus, in linguis Orientalibus, ut illas cum fructu, imò cum laude docere potuerit. Tales autem hodiè necessarij potissimùm in Academiis, ubi sciolorum plena sunt omnia, & senes & juvenes profitentur, quod non intelligũt. Satis est si legere sciant. O utinam omnes non nescirent. Quanta est copia talium, tanta est inopia eorum, qui solidam eruditionem adepti, alios rectè ac methodicè instituere queunt. Nam nemo docere potest, quod nescit. Stultissimâ superbiâ turgent, quibus in Sacrosanctis literis, omnia plana & sat explicata videntur. Aliter S. Hieronymus censet: Vir qui eruditus fuerit in scripturis, quantò plus scire cœperit, tantò ei in his oritur quotidiè major obscuritas &c. Sed de Hebræâ, cùm mentionem fecerim linguâ; quærere licet: Utrùm accentus, unâ cum punctis vocalibus, recens sit, & novum Judæorum inventum? Negamus cum Buxtorfio, 1. *Thesaur. Grammat. cap.* 5. *fol.* 55. *& seqq.* & D. Matth. Hafenreffero, *in templo Ezechielis, multijugâ eruditione referto*, Laur. Fabricio, *in partit. Cod. Hebræi, cap.* 2. Marc. Marin. Brixian. *in*

præfat. arca Noæ. Dissent Drusius, *ad loc. Genes. cap. 125. ad loca Numer. cap. 43. & tract. de recta lect. ling sancta, cap. 4.* Bellarminus, *2. de verbo Dei. 2. ad fin.* Dn. Andr. Osiander. *1. paralip. 21. vers. 15.*

CAP. VI.

De Peregrinatione.

STudiis literarum, succedat inspectio studij *Peregrinandi*: ubi primò omnium dispiciendum erit: an in benè constitutâ republicâ, civibus, ut peregrinationes suscipiant, permittendum sit? quâ de re in utramque partem variè disputari potest, vid. Senec. *epistol. 28. & 79.* Julij Belli Hermet. *polit. lib. 1.* Herculem Prodicium, *fol. 131.* Kirchner. *orat. 5. & 6.* & idem *in Cancellar. lib. 3. cap. 5.* Eberhard. à Weihe, *tractat. de success. prærogativ. B. 1. fac. 2.* Hieron. Turler. *1. de peregrinat. cap. 7. & duob. seqq.* Samuel. Bernhard. *Dialog. Gallic. 7.* & pulcerrimè Petrus Andreas Canonhierus, *tractat. dei' infelicit. d. Letterat & Guerrier. fol. 5. usque ad fin. lib. 1.* idem, *introduzz. alla polit. 2. cap. 1.* Muret. *var. 17. cap. 13.* Sagittar. *disputat. politic. extraordinariâ. 5.* eleganter *in fragmentis* Petronius.

Linque tuas sedes, alienáque littora quære,
O juvenis, major rerum tibi nascitur ordo.
Ne succumbe malis, te noverit ultimus Ister,
Te Boreas gelidus, securáque regna Canopi,
Quique renascentem Phœbum, cernúntque jacentem.
Major in externas Itacus descendat arenas.

Et Robertus Garnier, *in Trag. quæ inscribitur Bradamante A. 2. S. 4.*

Seule on ne doit priser la contree où nous sommes,
Tout ce terrestre rond est le Pays des hommes,
Comme l' air des oyseaux, & des poissons la mer:
Vn lieu comme un estuy ne nous doit enfermer.
Le Pays est par tout où l' on se trouve bien.
La terre est aux mortels, une maison commune:
Dieu seme en tous endroits nostre bonne fortune.

Domi nascuntur Hectores, sed foris fiunt Ulysses. Sed verò Machiavell. *disputat. lib. 1. cap. 55.* quòd in solâ Germania extent adhuc antiquæ illius Romanorum virtutis atque bonitatis insignia quædam exempla, id ei regioni contigisse proptereà censet; quòd à commerciis & negociationibus abstinuerint, nec conversati sint ejus incolæ cum vicinis regionibus corruptissimis; sive Gallicis, sive Italicis, sive Hispanicis: sed domi

domi mansêre, contenti iis cùm cibis, tùm vestimentis, quę illorum terra suppeditat, nec peregrinos mores didicêre. Ego peregrinationem approbo, in eo, qui corporis & animi ratione ejus est capax; si modò ea rectè instituatur. vide omninò excellentissimi Lansij *Consultationem de Provinciis Europa à princip. & fol. 13. passimque alibi.* Notandum itidem est, Angliæ institutum: quod Procerum liberos, sine Regis consensu, regno egredi non patitur (quod tamen forsan sapit dominatum, Selden. *in Iano Anglor. fol. 77. ad fin.*) ut & Princeps vel respublica, ex alienis institutionibus, quæ patriæ moribus contrariæ, revocare possunt; etsi à parentibus eò missos. Plato *de Republ.* hâcque ratione putant; prohiberi posse Lutheranis, ne filios in Jesuitarum Collegia mittant, &c. Sic & Veneti Anno 1612. edicto prohibuerunt; ne civium suorum liberi ad scholas mitterentur Patrum Societatis. Continuat. de Mercure François, *fol. m. 319.* Faciunt & Belgæ, Mercur. Franc. *tom. 8. fol. 237.* Sanè per commercia, conversationémque peregrinorum, corrumpuntur mores, Mich. Piccart. *decad. 2. cap. 3.* Ideò & Lacedæmoniis, haut olim concessæ fuerunt peregrinationes. Xenophon. *de republic. Lacedæm.* Plutarchus, *in Lycurg. fol. m. 106.* Idémque modò laudatus Piccartus, *decad. 3. cap. ult.* de ridiculâ linguæ nostræ immutatione agit; quæ peregrinationibus accepta ferri debet. Ingentes item sumptus, quos insumimus in peregrinationem, quibusque Germania exhauritur; mereri videntur, ut modum curiositati adhibeamus. Sed certè ij populi, qui non peregrinantur, ferè sunt superbi, & exteros contemnentes. Quo nomine inculpantur Angli, in der Fr. Würt. 2c. Badenfahrt. *fol. 13.*

II. In peregrinando minimè satis est, regiones vidisse, quod factitant plerique; qui cùm nil nisi Castella, sepulcra, aliáque ludicra intuentur, suo se officio probè functos esse, sibi persuasum habent. Verum necessarium est, Statum uniuscujusque reipublicæ officia, modum vivendi, leges, mores, naturasque populorum, quàm diligentissimè perspexisse. Et hæc tamen minimè in patriam introducenda, nec ex peregrinationibus acquisita prudentia, ad Statum reipublicæ patriæ convertendum, adhiberi debet. vid. Canonhiero, *2. del introduz. cap. 2.* adde Montaign. *1. des essais, fol. 120. &c.* Opera Regis Angl. *fol. 571.* Quicquid dici potest hac de re & perlustrandi Mundi regulam præscripsit, abusumque peregrinationis falsè reprehendit Neapolitanus ille; qui filio suo petenti, ut sibi liceret peregrinas invisere regiones, illud se ei concessurum promittebat, si primùm Romam, in viciniâ positam, proficisceretur. Juvenis mandato obtemperans, cùm, quod jussus erat, fecisset, & patrem de longiore peregrinatione sollicitasset, Parens cùm

videret,

videret, illum ex peregrinatione nihil utilitatis percepisse, respondit; Fili, vidisti planities, montes, valles, castella, civitates, amphitheatra, tépla, palatia, columnas, statuas, ruinas, hortos, aquæ ductus, homines probos & nequam, divites ac pauperes, & quicquid unquam in orbe terrarum invenitur, domi igitur te jam contine posthac, & quieti da. Hieronym. Turlerus, *lib 1. de peregr. nat. cap. 2.* Alii hoc adscribunt Rudolpho Principi, Camertino. Poggius, *in facet. fol.164.* Dn. Lans. *Oration. pro Germaniâ.* Idemque Turlerus, *cap.4.* prudenter præscribit methodum, quo pacto dignosci queat, an aliquis cum fructu sit peregrinatus. adde Senec. *epistol.* 104. Et certè alia Medicus observat, alia curat Mercator, qui peregrinatur. Bellon. *in præfation.* Lucullus etiam noluit, in Ægypto inquirere in antiquitates, & rudera admirandorum ædificiorum. Plutarch. *in vit. fol.977.*

III. De anno, quo peregrinatio suscipienda, pariter dubitatur, Plato *lib.12. d. leg.* cavet, ne ullus ante quinquagesimum eam institueret; cùmque redierit, in cætum aliorum ne admitteretur, nisi probatus fuerit innoxius & incorruptus. Sed cùm brevia nimis & angusta sint curricula vitæ mortalium, verendum est; ne quemadmodum censorius Cato, Isocratis discipulos deridebat, eò quòd apud illum consenescerent, apud Inferos causam acturi. Langlæus, *1 semestr. cap.7.* Sic Platonici peregrinantes, si paulò longius progrediantur, quæ viderint, quæve didicerint; priùs Rhadamanto in campis Elysiis significêt, quàm in reipublicæ suæ usum, ea ipsa conferant. Proindè aut florente ætate, aut nunquam itinerum labores suscipiantur.

IV. Ad eos populos peregrinatio instituenda; ubi vel cultiores sunt mores, vel quod aliud, quo nos, & porrò alios instruere possimus. vide Johann. à Wouvver. *tractat. de Polymathia cap. 28.* Ut & Germaniæ peregrinatio, Italicæ, à Kirchner. *orat.17. & seq. vol.1.* præfertur, adde Chokier, *aphorism. polit. 2. cap. 20. & 21.* Quis debeat peregrinari, & de cautionibus inibi observandis? multis agit Canonhiero, *2. introduzz. cap.3. & 5.* Ac de peregrinatione ritè instituendâ, vide Zvvingeri, Rantzovij, & Georg. Loysij, methodos apodemicas, Julij item Belli Hermetem Politicum. Hilar. Pirckmaier. *Commentariol. de arte apodemicâ.* & Hieron. Turlerum. Juvat habere descriptiones exactas, & itineraria earum regionum, in quas destinavimus peregrinationem. Inprimis præstat Bellonus, Villamont, (qui Palæstinam & Oriẽtales regiones) Pighius, Schottus, Heinrich Schickhardt. Henr. à Pflaunern. (qui Italiam) Zinzerlin. (qui sub nomine Jodoci Sinceri Galliam) Henznerus & Neumayer, à Ramsla/ qui totam ferè Europam descripserunt. Quin & de regimine seu diætâ peregrinantium, singul. edidit libel-

libellum Grataroluſ. Et quod cautè etiam vulgi (ac ita magis peregrinorum corruptorum) converſatione utendum ſit; tradit apud Arrianum Epictet.3.*cap*.16. add. Senec. *epiſt*.51. De peregrinatione religionis ergò vid. Cardinal. Bellarmin. *d. cultu ſanctor. lib*. 3.*cap*.8.*& ſeq*. & hac de re ſingularem tractat. conſcripſit Johann. Pitſchius Anglus. De peregrinatione eruditionis gratiâ ſuſcepta, vid. Creſoll *Theatr. Sophiſtar. lib*.3.*cap*.3.*fol*.162. Et peregrinabantur olim Equites, per omnia regna contra infideles pugnaturi. Goldaſt. *ad Paræneticos, fol*.402. *Et ce temps les Princes & leur femmes, mettoyent leur devotion à voyager*. Paradin. *hiſtoir. d. Lyon*.2.*cap*.33.

CAP. VII.

De Religione in genere.

QUod à Mercurio Triſmegiſto, vetuſtiſſimo Philoſopho eſt dictum; ἀνθρώπου φυλακὴν εὐσέβειαν εἶναι, hominis cuſtodiam eſſe pietatem; id non de privatâ ſolùm cujuſque perſona; ſed de civium maximè accipiendum eſt, publicâ ſocietate. Syracid.1.*verſ*.18 Quid namque erit homine truculentius, quid immitius, ſi dempto metu ſuperiore, vim legũ aut fallere potuerit, aut contemnere? Lactantius, *de irâ Dei, cap*.13. Nomen religionis, à vinculo pietatis eſt deductum; quòd hominem ſibì Deus religârit, & pietate conſtrinxerit: quia nos ſervire ei ut Domino, & obſequi ut patri, debemus. vid. Lactant.4 *cap*.28. Vel religio eſt, quâ ſe anima uni Deo, undè ſe peccato ſeparavit, reconciliatione ligat. Auguſtin. *d. quant. anima*. vid. Lætmatium, 1.*cap*.1. *& ſeqq*. Alii dicunt, pietatem eſſe Theoſebian, id eſt, cultum Dei interiorem, qui propriè pertineat ad Theologicas virtutes: Religionem eſſe latriam, quæ ſpectet ad ſervitutem Dei exteriorem. Auguſtin. de Civitat. Dei.10.*cap*.4. quæque ad illum cultum interiorem ducat. Grimal. *de optim. Senat. fol*. 85.

II. Pietatem itaque & religionem, rerum omninò publicarum fundamentum eſſe firmiſſimum; ab eâque ſubditorum fidem in Principes, obedientiam erga magiſtratus, pietatem in parentes, charitatem in ſingulos, juſtitiam in omnes pendére, Legumlatores & Philoſophi ſtatuerunt pleri que omnes. Bodin. 4.*de republic*.7. Falluntur, qui humanis Imperiis & Regibus, non ultionis divinæ metu reſpublicas contineri dicunt. Valer. Maxim. vid. Caſmann. *Biographiam. fol*.180. Sic & Ariſtoteles in Platonis didicit ſcholâ; cunctis in republicâ rebus præferendam eſſe pietatem. Auguſt. Eugubin. *lib*. 4. *de perenni philoſoph*.

cap. ultim. Judæorum traditio est: ubi deficit lex, id est, cura rerum sacratum; ibi non est vita Politica. Ubi non est vita Politica, id est, civilis societas, ibi non est lex. Capitula Patrum, *fol. m. 62.* Ubi non est metus post mortem judicij futuri, ibi viget Epicureismus. egregiè Lactantius, 5. *cap.* 19. (aliis est 18.) item, *lib. de irâ Dei, cap. 8.* Undè Catullus, *Epigrammat. 5.*

Vivamus, mea Lesbia, atque amemus,
Rumorésque senum severiorum
Omnes unius æstimemus assis.
Soles occidere, & redire possunt:
Nobis, quum semel occidit brevis lux,
Nox est perpetua una dormienda.

Et loco insignis corruptelæ in Romano Imperio, allegat Juvenalis, 1. *Satyr.* 2. quòd

Esse aliquid manes, & subterranea regna,
Nec pueri credunt. ———

E contra Vergilius, 1. *Aeneid.*

Si genus humanum, & mortalia temnitis arma,
At sperate Deos memores fandi atque nefandi.

Et Prudent. *lib. 2. contra Symmach.*

Nam si tota mihi cum corpore vita peribit,
Nec poterit superesse meum post funera quidquam;
Quis mihi regnator cœli? quis conditor orbis?
Quis Deus? aut quæ jam meritò metuenda potestas?

Divinè, nescio quis Americanus ad Columbum: *Se tu credi d' haver à morire, è che ciascuno riceva la guiderdone conforme all' opere fatte quà, non farai male à chi non lo farà ate.* Botero, *d. detti, lib. 1. fol. 21.* vid. Theolog. natural. R. P. Petri Raynaudi, *fol. 961. &c.* Pietas etiam & Religio inseparabiliter cohærent. Lactant. 4. *cap. 3.* ac si nulla immortalitas animæ est, stultissimi essent qui virtuti student. Lactant. 3. *cap 27. & lib. ult. cap. 9.* Ubi providentia non creditur, ibi nemo non sine teste peccat. Raynaud. *de nat. Theolog. distinction. 8. num. 120. &c.* Nefanda ideò, & flammis expianda sunt, quæ ex Cardano, contra religionem disputat Vanninus. *in dial. d. natura fol. 128. &c.* Ubi Atheismus, ibi nulla fortitudo. Saggi Morali, *num. 12.* & quoque nulla respublica vel societas, consistere potest. Lactantius. 3. *cap 17. ad fin.*

III. Et indè, qui fundamenta solida & firma Imperii, vel constituere, vel conservare voluerunt; id religionis prætextu, & Divini seu veri, seu fictitij Numinis cultu sunt aggressi. Duello *dell' ignoranza & scienza. lib. 1. cap. 15. pars. 1.* Coras, *ad l. 2. vers. munus Deorum, d. legib.*

Omnes

Omnes enim religione moventur. Cicer. 5. *in Verr.* Montaigne, 2. *cap.* 16. *fol.* 601. Idque tam probi, quàm improbi fecerunt: Satanas enim imitator est operum Dei. Henr. à Monteacuto. *tract. Dæmonis Mimica, inscripto p r discurs.* Joseph. Acosta. *histoir. des Indes. lib.* 5. *cap.* 23. *&c.* Numa Pompilius, Lycurgus, Sertorius, Plutarch. *in vitis*, eleg. Lactant. 1. *cap.* 22. Cretensium Rex Minos, Val. Max. 1. *cap.* 3. & alij; quò subditos in admirationem sui raperent, & auctoritatem acquirent apud omnes, secreta cum diis commercia finxerunt. Facius, *polit. Liviana. part.* 1. *artic.* 25. Antimachiavell. 2. *theorem.* 9. Richter. *axiomat. histor.* 200. *& seq.* item, 243. Lætmatius, 1. *cap.* 5. Ac ideò etiam Ethnicæ Politiæ, religionem aliquam & oracula habuerunt. Campanell. *Polit. cap.* 8. *n.* 2. *& seq.* Quâ ratione Principes, si quid in religione falsi est, id confirmare, modò fovendæ religioni prosit; veterésque imitari debere Romanos, Machiavellus impiè suadet multísque persuadet. vid. Antimachiavell. 2. *theorem.* 2. defensus à Kirchnero, *disputat.* 20. *thes.* 1. *b.* ubi benignè patrocinatur viro aliàs prudentissimo. adde Lenccium, *observ. polit.* 54. Sic multis Catholica Religio, magis propter status rationem, quàm animi persuasionem, & hodiè placere reputatur: quidam ab eâdem parili ex causâ abhorrent: hoc vocat Pasquier, uti religione par discours; 1. *d. recherch. cap.* 7. *fol.* 39. ubi quàm in gratum sit Deo. & vid. eund. *recherch.* 5. *cap.* 31. de predicateurs à poste. Et quòd Princeps non debeat dissimulare suam religionem, suadet Marnix. *section.* 7. *resolut.* 1. Etiam vana persuasio religionis, multùm in rebus politicis efficaciæ habet. Ac indè etiam falsa religio, seu superstitio, melior est atheismo. Joach. Camer. *centur.* 6. *probl.* 1. apud Gruterum, *in face Criticâ, tom.* 4. *fol.* 47. Lucanus de Druidibus loquens, *lib.* 1.

Felices errore suo, quos ille timorum
Maximus, haud urget lethi metus, indè ruendi
In ferrum mens prona viris, animæq́ capaces
Mortis: & ignavum est reditura parcere vitæ.

Sic & Turcas temerarios, & ad quæque pericula intrepidos reddit, Proverbium quod apud ipsos celebratissimum est: *Iazilon gelur baßina*: id est, scriptura veniet capiti. Quasi dicerent, quicquid die nativitatis uniuscujusvis Fortuna Dea capiti inscripsit, id evitare impossibile erit, etiamsi latitaverit in arce inexpugnabili. Auctor aulæ Turcicæ. *part.* 1. *fol. m.* 12. vid. Montaign. 2. *des essais, cap.* 29. *ad fin. fol.* 678. *& c.* Sanè Mahometicam religionem totam Politicam esse, Boccalini probat, 2. *ragg.* 68.

IV. Meliùs, qui omnes legumlatores antiquitate præcedit, Moses; non à pactis aut conventis, & mutuo circa hæc jure, leges est auspica-

ſpicatus, alij quemadmodum aſſolent: ſed ad Deum & Mundum ab eo conditum erectos mente, & convictos, quòd in terris pulcherrimum Dei opus ſimus homines: cùm jam ad pietatem haberet obſequentes, facilè deinceps de reliquis omnibus edocuit. Philo, *tractat. de opific. Mundi à princip.* Euſeb. *d. Evangel. præpar. 12. cap. 11.* Joſeph. *antiquit. 1. cap. 1.* & contra Appion. *lib. 2. fol. m. 329. b.* ubi docet: quod omnes virtutes, ad cultum divinum referebat Moyſes. Pariliter ut Zeuleucus Locrenſium fecit legumlator: qui in ipſo legum ſuarum exordio hæc præfatus eſt; ab incolis ſuæ urbis requiri, ut antè omnia certò perſuaſum habeant, credántque eſſe Deos, & mente cœlum intuentes, & mirificum ejus ornatum atque ordinem, non caſus fortuiti, nec hominum illud opificium judicent &c. teſte Diodoro Siculo, *lib. 12. cap. 20.* Sic & principia juris à Deo, Ethnici ferè ſemper repetierunt. Winckler. *1. de princip. jur. cap. 3.* Sit hoc, inquit Cicero, *2. de legib.* jam à principio perſuaſum civibus, Dominos eſſe rerum omnium ac moderatores Deos. Apud omnes etiam ab origine gentes, primum æquitatis gradum ſibi religio vindicavit: ut quoties de negotio incidente, plures ſententiæ concurrerent, ſemper præferretur illa, religioni quæ accederet propiùs. Itaque nos multò magis, ubique Chriſtianæ Religionis oportet obſervantiſſimos eſſe, cùm de cenſurâ æquitatis tractatur, in judicio, vel extra illud. Indè juris canonici finis eſt, juris civilis rigorem corrigere; quatenus contra æquitatem canonicam, id eſt, religionem, pugnare comperitur. Sed viciſſim ea religio maximè vitanda eſt, quæ facit Deum auctorem peccati, & omnem arbitrii libertatem tollit, vel Platone monente. *lib. 2. de legib.*

V. Hìc autem commemorare debemus, quòd religionem duplicem faciunt plerique; Philoſophicam ſeu Metaphyſicam, & Theologicam, ſeu Theoſophicam. Illa (pietas Syderea à Nollio dicta. *in Phyſ. Hermetica 3. cap. 3. num. 3. verſ. 2.*) Juri gentium adſcribitur primævo. *l. 2. de juſtit. & jure.* ubi vide mea Commentar. *quaſt. 1.* & omni homini inſita eſt. Roman. *cap. 1. & 2.* De naturali item Theologia vid. Philon. 2. *alleg. fol. 60. &c.* Theodoret. *contra gentes* [illegible] Piccart. *diſſertat. ſingul. d. Theol. Gentil.* Letmatium. [illegible] Lyclamam, *7. membr. fol. 385.* Richter, *axiomat.* [illegible] Forſtnerum, *diſputat. ad decalog. decad. 1. problem. 8.* adde Amphitheatrum Julii Cæſaris Vanini, *præſertim cap. 2.* ubi pro humano captu, quid Deus ſit? invenies explicatum. Hæc ex revelatione & inſpiratione quâdam procedit ſupernaturali. vid. Keckerman. *in præcogn. polit. fol. 28.* Jacob. Martini. *2. Metaph. exercitat. 6. theſ. 1. & aliquot ſeqq.* Ac ita naturaliter ſcitur, unum eſſe Deum. Card. Bellarminus. *1. de Chriſto. cap. 3. fol. m. 90. & ſeq.*

adde

adde Origen. *in Philocal. fol.* 12. Quo respectu dicit Timplerus. 2. *Ethic. cap.* 1. *quæst.* 10. *& seqq.* Pietatem non tātùm à Theologo, sed etiam Philosopho Ethico considerari: non tamen uno eodémque modo. Philosophica Religio quamvis salvifica non sit, (nullus namque pervenit ad Patrem nisi Filio mediante) multum tamen profuit Ethnicis Politicis. Ex hâc etiam processit, quòd Judæi olim, gentibus devictis, septem præcepta dederunt Cunæus, *de Republ. Iudæor.* 2. *cap.* 19. Pietas seu Religio inspirata duplex est, vid. Letmalium, 1. *cap.* 6. una à Deo, in suo Verbo revelata, alia à generis humani hoste procedit. Idololatricus népè, & ab omni etiam naturali ratione abhorrens cultus; in hostiis humanis, &c. consistens, cui sese addicunt tandem athei, & qui naturâ nobis implantatam Dei aliqualem cognitionem spernunt: nam in omniū religionum contemptu, superstitio est aliqua nonnunquam. Sueton. *Neron. cap.* 56. Et fuit magica hæc Theologia, semper magnis cum sceleribus juncta. Richter. *axiomat. œconom.* 210. Ferè ut nostro seculo lamiarum sunt nempe dii dæmones; qui hostiis humanis coli voluerūt. Lactantius, 1. *cap.* 21. hujúsque moris, auctor dæmon est, veritatis inimicus, & crudelitatis amator. Lactantius, 1. *cap.* 21. quem eundem vide *lib.* 2. *cap.* 5. 14. 15. 17. 18. ubi originem & progressum indicat, præfanæ ac dæmonibus malis excogitatæ religionis, ejusque sacrificiorum. Háncque religionem per Christianismum extinctam, Platonici quidam, quorum vitas Eunapius describit, resuscitare sunt conati, & eorum subsidio Julianus Imperator. De hisque exaudio Isidorum, *de summ. bono lib.* 1. *cap.* 11. Philosophi gentium, non sicut oportet Deum quærentes, in Angelos inciderunt prævaricatores, factúsque est illis Diabolus ad mortem, sicut nobis Christus ad vitam.

VI. Nullus autem Dei cultus unquam extitit, optímæ qui Politiæ, rectæque & incorruptæ rationi meliùs conveniat, quàm Religio Christianorum: nulla quippe nam est, quæ subditorum animos & conscientias, cunctis qui imperitant, jurisdictionémque exercent, magis devinciat & obedientes reddat; quæ etiam eosdem in pace & quiete, sine rebellione aut defectione, commodiùs & faciliùs cōservet. Lactant. 6. *cap.* 10. 11. *&* 12. item, *de irâ Dei cap.* 12. *&* 14. August. Steuchus, *de perenni Philosophiâ lib.* 10. *cap.* 5. 7. 8. *&* 13. Lætmatius, 1. *cap.* 7. *&* 9. Renatus de Lusingâ. *de increment. conservat. & casu Imperiorum lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 2. In republicâ cumprimis inculcandus est metus erga superiorem, & civium concordia. Omnia hæc, Christiana religio optimè docet: dicit magistratus esse Deos, Deíque ordinationes; proximum me diligere debere, ut memetipsum; eum qui fratrem odit, in pari culpâ esse, ac si eum occidisset. Patres Societat. Jesu, qui Indiæ regiones nuper

repertas perlustrârunt, memoriæ prodiderunt: Principem quendam ejus regionis prudentem & providum; cùm simplicitatem Christianæ religionis degustâsset, etsi in consuetâ suâ Idololatria firmiter persisteret: attamen subditis suis, ut fidem Christianam amplecterentur, permisisse: Ea scilicet intentione, quòd sibi certò constare affirmabat. fore ut tributa & vectigalia, sine contradictione subditi numerent, si Christianæ fidei regulas diligenter observarent. Renat. d. Lusingâ *d. loc. ad finem.* Sic & Julianus, religionis Christianæ persecutor; tamen suos subditos adhortatus est, ut imitarentur Christianos. Histor. Tripart. *6. cap. 29.* Quódque Christiana religio, statim ab initio emendârit mores, tradit Tertullianus, *apolog. fol. m. 16. & seq.* nec aliàs tam celeres habuisset progressus.

VII. Insipienter verò & impiè dictum est à Machiavello, *2. disputat. 2.* Religionem Ethnicorum animos illis excelsos, & ad magnas res fortiter suscipiendas audaces fecisse: Christianorũ è contra religionem, mentes in nimiam humilitatem deprimere, indolem omnem debilitare, eósque injuriæ ac prædæ opportunos reddere. Quem tamen nimium impudenter libero mendacio abutentem, ad experientiam remittit auctor Antimachiavelli, *Theorem. 3. lib. 2.* Húcque pertinet totus tractatus Bozzij, *de ruinis gentium.* ac de victoriis Christianorum, vid. Bellarmin. *ult. de Eccles. cap. ult.* Sic & Clouis, Rex Francorum, ex voto victoriam obtinens, Christianam amplexus est religionem. Claude Fauchet. *des antiquit tom. 1. lib. 2. cap. 17. &c.* Fuerunt & ethnicorum sacrificia cruenta, fortitudinis excitandæ, & humani sanguinis contemnendi causâ. Sic Lacedæmonii pueros ad aram cædunt, sanguinem eliciunt: quam palæstram fortitudinis, patientiæque censuit Lycurgus. Quò & refert gladiatorios ludos Just. Lipsius, *2. saturnal. 25.* Vide Camerar. *meditation. cent. 3. cap. 79.* Montaigne, *2. cap. 23. fol. 755.* Sed crudelitas multùm à fortitudine distat, ac ideò Christiani ab iis omninò abhorruerunt. Lactant. *6. cap. 20.* S. Augustin. *in libris confess. passim.* Testatúrque Tertullianus, *apol. cap. 15.* quòd in Tragœdiis condemnati ad mortem interficiebantur; ut ita splendidè magis illa peragerentur. Ac habuerunt similiter Pagani, singularia Festa, ad libidinem excitandam: Floralia dicta. Lactantius, *1. cap. 20.* At habet hanc commoditatem religio Christiana, ut quemadmodum Politicam non damnat vitam: ita suppeditat devotis occasionem Deo inserviendi; undè varij Ordines Monachorum.

VIII. Non secùs de hominis officio planissimam atque simplicissimam, doctrinámque ethicam perfectissimam Christus exhibuit. Nos enim Patrem cœlestem æmulari jubet; ut quemadmodum, ipse est san-

est sanctissimus, ita homines colant sanctimoniam: ut is benè facit omnibus, ita studeant beneficentiæ. Quúmq; Christus declaraverit summã charitatem, tradendo sese in mortis cruciatus, pro Mundi salute; patérque cœlestis in Filio exhibito, declaraverit indicibilem amorem, & Deus nihil sit, quàm mera charitas; in uno verbo mutuæ charitatis, cõclusit omne officium Christiani hominis, & in simul optimi civis. Vita Christiana, omni aliâ melior est: Sanvonarola. 1. *de simplicit. conclus. 2. & 4.* continet enim perspicuam doctrinam earum rerum, quæ Philosophi per transennam tantummodò viderunt: nec talem perfectioné, qualem Christiana religio, ulla docet Philosophia. Christiana religio charitatem & innocentiam inculcat: quibus nil aptius est ad politiam conservandam. Lactantius, *6. cap. 19.* Et porrò charitatis fundamentum est; quòd omnes ab uno Patre creati; quódque omnes sub uno capite, Salvatore scilicet nostro, unius corporis membra: quod & Pythagoræi affectârunt. vid. vitam Pythag. conscriptam à Jamblicho, *cap. 33. fol.* 201. Respublica Christiana, non ut aliæ respublicæ, tantùm inter se amicitiam colunt, ut de Pythagoræis scribit Rittershusius, *in notis ad Malchum, lit. Tau. fol. 1. & seqq.* Sed cum omnibus, etiam cum inimicis: in quo religio Christiana, omnes alias vincit religiones, etiam legem Mosaicam ipsam. Et ita summa hominis perfectio est, credere in Christum, portare ejus crucem, in eóque vera tranquillitas, summa suavitas, proximúsque ad Deum gradus. De usu Christianæ religionis, egregiè Lactant. *5. cap. 8. & cap. 9. ac* 10. agit de vitiis Paganorum. Lucianus, magnus irrisor veræ nostræ religionis, *in Peregrino, tom. 4. fol. m* 277. duo maximè objicit Christianis; quòd credant animarum immortalitatem, & omnia communia habeant, quæ tamen maximè Philosophica, rectæque rationi conformia sunt. vid. omninò Lactantium, *5. cap.* 15. ubi quæ habet de æqualitate, intelligenda sunt animi ratione, non quò ad externum statum; ut ipse se explicat *cap. seq. & cap.* 20. Et commendat Christianam religionem, miraculosa propagatio ejusdem. Origen. *cap. 1. lib. local. fol. 2. &c.* Miracula Crucis, Lactantius. *4. cap.* 27. pœnitentia & conversio Christianismi professionem subsequuta. Lactant. *4. cap. 21.* Martyria, & quod ea numerum Christianorum auxerunt, Lactantius, *5. cap.* 11. 12. 13. 23. Quod Dæmones exorcismis obediverunt. Lactantius, *5. cap.* 22.

CAP.

CAP. VIII.

De Ecclesia, rerúmque Ecclesiasticarum administratione: ubi de unâ religione, pactisque plures concedentibus.

E*cclesiasticæ administrationis* partes duæ sunt: Religionis introductio & institutio; institutæque custodia, & constans assertio. Circa institutionem & introductionem religionis, consideranda cumprimis: Veritas, unitas, forma ejus instituendæ, personarum ecclesiasticarum officia, bona Ecclesiastica. Custodia religionis, consistit in incitatione & coërcitione. vid. Hœnnon. *disputat. polit. 5. thes. 40. usque 52.* de quibus etiam ex parte jam modò, *in tract. de Ecclesiastic. Majestat. jure.* à me actum est.

II. Verissima est religio, omnium quæ antiquissima. Bellarminus, *ult. de eccles. cap. 5. & 9.* Christ. Matthias, *Colleg. Ethic. 3. disput. 2. disquisit. 6.* Quò etiam Ovidius respicit, *1. metam. fabul. 11.*

Quis hoc credat, nisi sit pro teste vetustas?

At antiquissima censenda, quæ cum Mosaicis & Propheticis, Apostolicisque oraculis consentit, & ab origine mundi esse cœpit. Baron. *1. annal. à princip.* Perkinsus, *tract. de bene vivendi, fol. 47* vid. etiam Mornæum, *de veritat. relig. Christianæ.* Sicque Eusebius, *1. histor. 1.* docet, ab Adam usque ad Abraham, etsi non nomine, re ipsâ tamen Christianos fuisse. Pariter, in Novo Testamento, ad primitivam Ecclesiam est respiciendum, hancque antiquitatem pro se stare asserunt Protestantes. Ita Petr. Ramus, cùm in Possiacensi Synodo, à Lotharingo Cardinale, de quindecim à Christo seculis, primum verè esse aureum audivisset, reliqua quò longiùs abscederent, eò esse iniquiora atque deteriora, Christi ideò & Apostolorum seculum renovandum & sibi deligendum esse reputârit: eâque occasione ex Romano Catholicæ Religionis asseclâ observantissimo, factus fuit Sectator Calvinisticæ reformationis. Theophil Banos. *in vitâ Rami.* Sed numnè Reformati vel Catholici ad illam antiquitatem magis accedant; sub judice lis est. Et urgent Catholici semper fuisse ritus, similes iis qui, ex parte hodiè sunt in usu. verbi gratia, abstinentia à carne, & virginitatis cultus. Eusebius ex Philone. *2. histor. cap. 1. ad fin. & lib. 2. cap. 17.* adde Bellarmin. *de Monach. cap. 5.* Crucis imaginis impressio. Tertull. *apolog. 16.* Et multi certè cum Terentio ma-

itio malunt veterum negligentiam imitari; quàm obscuram diligentiam novitiorum. Sunt enim, quod Hebræis in proverbio est racemationes antiquorum, locupletiores vindemiis aliorum. Schickhard. *Bechinat. dissertat* 1. *fol.* 7. Sed tamen semper reformationem Ecclesiæ urserunt boni, & propiorem reditum ad seculum Christi. vid. Clemang. *de corrupt. Eccles. statu.* & Machiavellus alicubi *de republ.* consulit, ut semper religio ad puritatem sui principij revocetur. Omnis antiquitas est fabulosa: id est, hieroglyphicis notis occulit veritatem. Justin. *histor. lib.* 2. *fol. m.* 20. & occulta omnia symbolicè olim tradita fuerunt. S. Dionys. Areopagita, 1. *hierarch. cap.* 2. *fol* 3. ubi Maxim. *in Scholiis, fol.* 5. Et sic Poëtæ, olim optimi Philosophi, ac gentilium Theologi fuerunt: hique penè soli, si Platonem cum paucis excipias, ultimæ antiquitatis reliquias, nobis conservarunt. Miræus, *in eleg. Belgic. ubi de Gorop. fol.* 102. ipse Goropius, *lib.* 4. *Hispanic. fol.* 51. Macrob. 1. *saturnal. cap.* 17. Sunt quidam Poëtæ, Diaboli Prophetæ Dæmonis Mimica, *cap.* 18. Sed tamen Christianæ religionis antiquitatem, etiam Poëtarum asserunt Fabulæ. Orpheus facit Moysis mentionem, Drusius, *ad loca Exod. cap.* 3. Eæ etiam fabulæ originem Mundi; & aureum seculum, seu statum innocentiæ; Diluvium; Titanum & Gigantum, seu Babyloniorum conatum; & similes veras historias, fictis circumstantiis narrant. vid Danæum, *tractat de vetustissimis Mundi antiquitat.* Perer. *in Genes. lib.* 12. *disput.* 13. Peucer. 3. *de divinat. cap.* 2. & 13. S.G.S. *in annotat. ad Bartasij Septimanam Secundam.* & adde Josephum, *in libris contra Apionem Grammat.* Fabula Platonis (in Convivio) de Androgyno; alludit ad id, quòd solus masculus ab initio creatus, & ex ejus costâ posteà mulier condita fuit. Nectar & ambrosia, lignum vitæ notant. Edenis hortus, Elysij sunt campi. Prometheus, qui ignem in cœlum ascendens surripuisse fingitur: ideóque miserè torquetur, & tamen hominum conditor vocatur. vid. Æschyl *in Prometh.* Adamus, est qui voluit fieri similis Deo. Sitzmannus ad Boëtium, 3. *de consolat. philos. num.* 179. Et quòd is hominem ex luto fecisse dicitur, ad imaginem Deorum; illo denotatur creatio Adami, Lactantius, 2. *cap.* 11. Oblivio, & Pandoræ cista, ipsiúsque Promethei supplicium; mala sunt, quæ post lapsum subsequuta. Mundum aliquando igne periturum, & Poëtæ quoque scivérunt. Ovid. 1. *metamorphos.*

Esse quoque in fatis reminiscitur, affore tempus,
Quo mare, quo tellus, correptáque regia cœli
Ardeat, & mundi moles operosa laboret.

Pythius serpens, à Phœbo occisus; Draco est, qui Adamum decepit: à Christo sublatus. Vergil. 4. *Eclog.*

Occidet & serpens, & fallax herba veneni
Occidet ——— ——— ———.

Phaëthontis casus, est Luciferi lapsus. Jovis descensus propter amores 5 adventus est Christi in carnem: ut cõjicit Petrus Molinæus, *en son Theophile, fol. m. 246. & seq.* Phaëthontis incendium, de quo Ovidius, *metamorph. 2.* excidium est Sodomorum. adde Lactantium, *7. cap. 22.* Serapis bos, indicium bovini somnij Josephi. Ruffinus, *histor. 10. cap. 23.* In homine amor & admiratio sui ipsius, quæ lapsui Adamitico occasionem præbuerunt, pulchrè describitur à Poëtis, in Fabula Narcissi, vid. Ovid. *3. metamorph. fab. 8.* Lapsus etiam Angelorum depingitur ab Homero, sub casu Ate, *Iliad 9.* Carer. *d. sponsalib. 5. cap. 18.* Sanè olim omnis Theologia, fabularum involucris operta fuit. Cluverius, *1. antiquit. German. cap. 25. à princip.* (ubi eleganter docet, cur unus Deus, in plures fuerit mutatus) *& capp. seqq.*

III. Passim apud Philosophos saniores, obvia sunt rudera, Philosophiæ sanioris: quæ nonulli ex Patribus, Justinus Martyr, Theodoretus, Lactãtius, Augustinus, Eusebius, *de præparat. & demonstr. Evang.* Origen. *contra Cels.* Clemens Alexandrinus, &c. ac nostro sæculo Mornæus, Steuchus, Franc. Picus, Marsil. Ficinus. *tract. de Relig. Christian.* Postellus, *de Orbis concord. lib. 1.* Riccius, *in agriculturâ cælesti. &c.* sedulâ, laudabilique operâ collegerunt; quibus addi potest Cluverius, *dict. loc. lib. 1. cap. 28. & multis seqq.* Selden. *d. Diis Syriis in proleg. cap. 3. & syntagm. 1. cap. 1.* & Otto Heürnius, *tractat. de Barbaricâ Philosophiâ.* ubi de sapientiâ antiquorum, & quomodo ea pedetentim fuerit depravata, pluribus agit. Qualia scripta, lectu planè dignissimâ sunt, nec ulli Christianæ pietatis studioso negligenda. Menippus, *Dialog. 43.* Ex sola sacra Scriptura & Ecclesiæ huic non contradicente consensu, perfectè noscitur Deus. Origenes. *1. Periarch. cap. 3. à princip.* Sed tamen etiam hæc ratio firmat infirmos. Sanè Aristotelis prophana, & præ illâ sublimiori, verè ridicula Philosophia, mox tibi sordebit, si interni luminis testimonio haut destitueris. Philosophi illi prisci, plus sciverunt, quàm apertè docuerunt. Testatur namque Josephus, *2. contra Appionem.* Platonem fuisse confessum; veram de Deo opinionem, propter plebis ignorantiam proferre, securum non esse. Et idem, *fol. 336.* ait: Eos, qui verè in Græciâ philosophati sunt, neque prædictionum aliquid latuisse, neque frigidæ allegoriæ causas ignorâsse. Et est etiam consolatio philosophiæ Boëtiana, philosophia recta, & Theologia ferè supernaturalis philosophorum. Stoici historias Deorum, physicè interpretati sunt. vid. Lactant. *1. cap. 12. & 17.* ac adde Wouvver. *de umbra, cap. 27.* Natalis Comitis *Mytholog.* Com. Tzetzis *in Hesiod. Thegon.*

Con-

Consule etiam de Poëtarum Theologiâ Boccacium, *in tractat. de geneal. Deorum passim, maximè lib. 15. cap. 8. & seq.* Heraclid. Pontic. *tractat. singul. de allegor. Homeri.* Cesare della Riviera, *in tratt. il Mondo Magico indigitato.* de Orphicis hymnis & naturali Magiâ, vid. Johann. Pici *conclusiones tit. singulari.* Sunt itaque Fabulæ Poëticæ, vel veræ Historiæ, vel astrologica & physica arcana, vel etiam symbolica ethica, vel mystica ac astralis, vel magica Theologia. Fuítque religio ethnicorum, ex instinctu spirituum orta. Ambros. *in commentar. ad 1. Corinth. cap. 11.* Fuerunt dij gentium dæmones, non Idola mera. Psalm. 95. vid. Lactantium. *1. cap. 8. & c. 11. ac 15. & cap. 27.* Bellarmin. *de imaginib. cap. 13. ad fin.* Dicuntur quidem Samuel. *1. cap. 12. vers. 21.* Idola *thohu*, id est, vana, & *1. Corinth. 8. vers. 4.* habetur: Idolum nihil est in Mundo. Ac *in lib. Sapient.* invenitur, Idola ex simulachris mortuorum processisse. vid. Bellarmin. *1. de verb. Dei. cap. 13. ad fin.* Sed posito, eâ occasione initium sumpsisse idololatriam; tamen dæmones se immiscuerunt, & importunitatem eam captaverunt, statuásque sunt ingressi, vid. Riccium apud Pistor. *in Cabalist. fol. 225.* Et habetur alicubi apud Clementem Alex. dii gentium idola, seu simulachra dæmoniorum sunt. De cultu stellarum consule Guil. Parisiens. *d. legib. fol. m. 39. & seqq.*

Subjungere lubet dissertationem meam, de antiqua Philosophiâ, olim Tubingæ affectam, sed nondum perfectam.

Creatis, conditisque cunctis, quæ immutabili lege naturæ, illâque perenni discordia concordi continentur: nihil ad pulcherrimi operis perfectionem desiderari vidit omnium potentissimus, simul atque sapientissimus Creator: quàm si quid mixtum ex cælesti æternitate, caducâque fragilitate mundanâ, veluti speculum, tam rerum perennitate donatarum, quàm interitui obnoxiarum, adjiceretur; & parvus nempè conderetur mundus, qui magnum illum, cœlo & terrâ constantem; ingeniosissimo artificio exprimeret atque repræsentaret. Hinc illa Zoroastris ac Mercurij ter maximi effata: O homo miraculum naturæ audacis! In te immergens sese natura, miraculum produxit, quod omnium miraculorum vincit admirationem. In te cœlum terræ, æternitas cernitur juncta mortalitati. Et sic nihil aliud est homo; quàm mens quædam divina, terrenis vinculis alligata: pársque (ut Seneca ait) divini spiritus, corpori immersa. Hâc velut aurâ sublevatus homo, cœlum ascendit, illúdque metitur; hâc ima & summa cognoscit: eâ mediante, terram non relinquens, attollitur in cœlum, & in ipsius Dei quasi commercio vivit. Cùm verò immemor divinæ ac potissimæ suæ partis, non ad superiora animum vertit: sed in volutabro rerum caducarum volutatur: cùm corporis illecebris, illicibúsque voluptatum decipi se

finit: tunc divini illi igniculi suffocantur, móxque prorsùs extinguuntur. Et hæc sola consideratio, homini, ut homini, insculpta & impressa, veræ philosophiæ originationem dedit: quæ apud populos orientales, nihil aliud habita semper fuit; animi nisi ascensus ab inferis ad sublimia, è tenebris ad lucem: mediante scalà, rerum creatarum, hoc est, sui aliarúmque creaturarum cognitione. Ac porrò vetustissimi illi sapientiæ cultores, qui, ut Cicero alicubi ait: in corporibus humanis, vitam imitabantur immortalium Deorum; cum eorum vivere nihil aliud esset, quàm cogitare: plurima subindè sensibus, ingenióque sublimi & expurgato, observantia adnotarunt; paulatímque aliud quasi agendo, artium & scientiarum omnifariarum fundamenta posuerunt, quæ vel in communi vitâ usui esse, vel honestam recreationem ingenuo homini adferre queunt:

Lucret.

Navigia atque agriculturas, mœnia, leges,
Arma, vias, vestes ac cætera de genere horum
Præmia, delicias quoque vitæ funditus omnes,
Carmina, picturas, & dædala signa polire;
Usus & impigra simul experientia mentis,
Paulatim docuit, pedetentim progredientis.
Sic unum quodque paulatim protrahit ætas
In medium, ratióque in luminis eruit oras.
Namque aliud ex alio clarescere corde videbant
Artibus, ad summum donec venêre cacumen.

Ita ut philosophia complectatur totum id, quod in humano genere, veræ rationis portio, si quæ reliqua adhûc, vel cogitando & reminiscendo, scire; vel longo usu & experientiâ discere, invenirêque quivit. Sapientia hæc, ejúsque tradita, quò ad antiquitatem magis accedunt, eò veriora & certiora semper ab omnibus, non vanis rerum æstimatoribus, reputata fuerunt. Eò quod non solius rationis jam multipliciter depravatæ; sed & divinæ, cælestisque revelationis subsidio nitebantur. Hincque nominatim Ebræorum, Chaldæorum, Ægyptiorum, Phœnicum, aliorúmque similium philosophia, semper ab omnibus cordatis, Græcanicæ vanitati prælata fuit. Imò si quid in Græcâ philosophiâ solidioris est cognitionis, hoc ipsi lubentes vetustioribus illis acceptum tulêre. Sic enim Jamblichus *in principio sui de mysteriis libri*, scribit: Pythagoras, Plato, Democritus, Eudoxus & multi, ad sacerdotes Ægyptios accesserunt. Pythagoras & Plato didicerunt philosophiam ex columnis Mercurii in Ægypto. Quod & Theodoretus, *lib.* 1. pluribus docet. In eundem etiam sensum extat apud Porphyrium Apollinis responsum:

Chal-

Chaldæis qua vera esset sapientia tantùm,
Hebræisq; ipsis concessum agnoscere, purâ
Aeternum qui mente colunt, regémque, Deúmque.

Hæc eadem etiam apud Græcos, Orphica, Pythagorica & Platonica fuit philosophia. Græci verò juniores, ex ipsâ hujus veritatis ignorantiâ, pestem superbiæ contraxerunt, eámque Barbaricam ipsis dictam philosophiam, contempserunt; huic compositæ orationis ornatum, & vanam sophisticam seu circulatoriam dissertandi rationem, & nescio quam literariam disciplinam prætulerunt. De quo *5. de republic.* divinus conqueritur Plato. Neque enim in Geometriæ quæstionibus, neque in argumentosâ philosophiâ, neque in conjecturali Musicâ, neque in Astronomia, quæ physicis rationibus, fluxisque ac verisimilibus clauditur; sed in ipsius boni verique scientiâ philosophus versari habet. Consentit Porphyrius, apud nos quidem, inquit, magna quædam verborum est disceptatio; utpote qui in boni conjecturam, ex humanis rationibus ducamur. Quibus verò machinis, quod melius est, assequamur, semper nobis indagandum dimittitur. Ex hujus philosophiæ principiis; horúmque sapientum auctoritate; sancti primitivæ Ecclesiæ Patres, gentiles oppugnaverunt; & paucorum seculorum spacio, omnem Paganorum superstitionem, in quam generis humani hostis, sapientiam illam transformavit, felici successu prostraverunt. Quid enim magis verum, nostræque fidei concordans, quàm quod Odrysius ille Orpheus inculcat.

Perfectus Deus est, qui perficit omnia solus;
Ipse eadem lustrans: oculis nec cernere cuiquam
Hunc hominum liceat, tamen idem cuncta tuetur,
Conspectus nulli: quoniam caliginis atræ
Obsistunt nebulæ, & mortalia lumina nobis
Et pupptæ tenues; caro circum atque ossa resistunt.

Mysterium τοῦ τετραγραμμάτου, an non scitè in Tymæo expressit Plato; cùm ait; hæc omnia quæ loquentes usurpamus, videlicet erat & erit, minutiæ temporis & particulæ quædam sunt; quæ imprudentes non rectè, divinæ ac æternæ substantiæ accommodamus. Dicimus enim, & fuisse, & esse, & fore: æternæ autem substantiæ, ipsum EST duntaxat verissimâ congruit ratione. ERAT autem atque ERIT, dici convenit de eâ generatione, quæ est in tempore. Quod verò semper & eodem modo immutabiliter sese habet, nec consenescere, nec repubescere unquam par est. Sanè Plato *in epistolis*, quæ ad Dionysium scribit; manifestè prodit, si quando multorum Deorum fecerit mentionem; coactum se id fecisse, ad gratiam populi Atheniensis. Ita enim jam modò dicto loco scribit; Symbolum itaque tibi hoc esto, ut illius epistolæ, quam ut

seriò à me scriptam velim accipias, dictio hæc Deus, singulari numero sit principium: levioris autem epistolæ, dii, numero multitudinis. Quæ, & alia complura, Numenio Pythagorico ansam dedêre, ut Platonem Atticum vocaverit Mosen. Sed obiter hisce ostendere volui, dignitatem & amplitudinem veteris, veræque philosophiæ, cujus filum aliquando (si placuerit summo Deo,) ex professo pertexam.

IV. Contra Judæos varii pugnant: cumprimis P. Galatinus, *d. arcanis Catholicæ veritatis*. Julius Conrad Ottho, Judæus Baptizatus, & Professor L. Sanctæ Altorffensis; *in Galirazia, seu occultorum detectione*. Helvvicus, *in elencho & epelencho, & etiam tractat. de* Tacqumim. Phil. Mornæ. Marsil. Ficinus &c. Postellus, *de orbis concord. lib. 4. fol.* 354. Petrus Alphonsus, Rabbi Samuel. Julius Pomerius (qui duo inserti sunt orthodoxologiæ Patrum, *Basil. impressæ*) Hieronym. de Sanctâ Fide Ludov. Carretti. *junctus Iudaica Synag.* Buxtorff. Paul. Riccius, *2. de cælest. agricultur.* Nec item omnes Fabulæ Thalmudicæ ita sunt absurdæ, ut nil contineant mysteriorum. Riccius apud Pistor. *in Cabalist. fol.* 263. Alsted. *in Archæolog. fol.* 90. Et Thalmud etiam commendat Galatinus, *in arcan. Catholic. veritat. 1. cap. 5.*

V. Pontificiam novitatem deducere satagunt Perkinsus, in Ementito Catholicismo, & in Mysterio iniquitatis, Mornæus, ac cumprimis Hailbronner. In dem uncatholischen Bapstthumb. Pro Christianâ Religione contra Mahumetanam, propugnat Cardanus, *d. subtilitat. fol.* 628. Iohann. LeoNardus, *in explanat. in Alcoranum*. qui liber omninò dignus est, qui legatur, & sobrio liberóque sensu dijudicetur. adde Wenceslaum Budovvetz *in circulo horologij fol.* 147. Marcil. Ficin. *de Religione Christianâ.* & ejus Scholiast. Ludovic. Crocium. *cap. 12. & 37.* In Alcorano, quod scribit Drusius, 4. *præteritorum à princ.* Christus vocatur verbum Dei, nomine proprio. R. Samuel Israëlita, in Epistola, quam scripsit ad R. Isahac magistrum Synagogæ. Dicunt in Alcorano, quod *Eise*, id est, Iesus Christus est verbum Dei; & hoc, scilicet esse verbum Dei, est Iesu Christi apud Saracenos, quasi nomen proprium: ita quod nullus alius homo vocetur hoc nomine nisi Iesus, quē vocant Arabicè *Eise*. Et sanè Sectarii sunt apud Turcas, qui propè admodùm nostris opinionibus accedere videntur. Thesoro Polit. *part. 1. fol.* 127. Aliàs Turcæ renuunt disputationes, & pro fidei articulo agnoscunt; omnes contrarium sentientes, bello impetendos, armisque subjugandos esse, *ibidem*. Undè gerunt Secundi Antichristi regnum, Pontificem nempè Romanum, & Mahometum, verè & præcipuos esse Antichristos, censent ii qui à Romanâ Ecclesiâ secessionem fecerunt, quatenus contra Salvatoris nostri præceptum, religioni in hoc Mundo regnum

gnum quærunt, de quo non meum est disputare. Putat tamen Guil. Postellus, *in Origin. cap. 2.* Alcoranum certissimas Prophetias habere &c. adde ejusd. *tractatu cap. 17. & 18.*

CAP. IX.

Continens considerationem legis & sectæ Saracenorm.

JUlius Cæsar Scaliger *de subtilitat. ad Cardanum, exercit. 258. sect. 2.* de scriptis concernentibus sectam Mahumetanorum, tale olim judicium tulit: *Nos*, ait, *ut nihil latet eorum, quæ ad perditissimæ, stultissimaque nationis mores, instituta, Leges humanas, Divinásque Pertinent sanctiones; ita nobis ea non solùm nullam arbitror attulisse subtilitatem: sed etiam haud parùm hebetasse aciem studiorum nostrorum, quæ ad eorem Divinæ Philosophiæ tùm splendescere debebat.* Sit verò sciolorum ex sententiâ, non subtilis; sed nec indigna certè Christiano homine meditatio est, de Satanæ dispicere strophis, quibus majorem Orbis cogniti partem dementavit: ac etiam per transennam quasi, inspicere simul stupendam sapientiam Divinorum judiciorum; & sinceræ Religionis veritatem, contra omnes insultus (vel etiam hostium testimoniis) propugnare. Hûc sine dubio respexit Concilium Viennense, dum *in Clem. 1. de Magistris*, sancit: ut ubicunque Romanam curiam contigerit residere, nec non in Pariensi, & Oxoniensi, Bononiensi & Salamanticensi Scholâ, viri Catholici teneantur, Hebraicæ, Chaldaicæ & *Arabicæ* linguæ notitiam habentes sufficientem; qui *libros de illis linguis, fideliter transferant in Latinum*, aliósque easdem docere queant. Undecunque doctissimus, & zelo prudenti inflammatus, Nicol. Clenardus, isto etiam cumprimis fine, idiomatis Arabici notitiam labore periculoso, jugique aliquot annorum studio sibi comparavit; eâque de re, in Epistolis *fol. m. 40.* ille idem, ita scribit. *Principio cùm discendi laborem instituissem, nihil aliud propositum habebam, quàm ut affinitate linguæ, penitus intelligerem Hebræam, nec superstitionem Machometicam somniabam. Nuper primæ notæ amicus Franciscus Victoria, studii mei non ignarus, sedulò me hortatus est, ut me componerem ad scribendum contra Machometum, quando bona pars Hispaniæ contagio sectæ laboraret: librum itaque Latinè editum, in Hispanicam vertendum linguam, mox Græcum fieri posse; quò & Græcia, quæ tota fermè Machometi est, agnosceret errorem suum, &c.* Fol. 50. *Dum Granatæ cum meo Præceptore Arabico lectito Alcoranum*

coranum, & quotidie deplorandos gentis illius contemplor errores; cogito non semel, quam indignum sit, novem jam seculis tantam cladem accepisse nostram Religionem, & nullum interim exortum, qui cum Machometistis, in dogmatum descenderet arenam. Non quòd defuerint apud Latinos, qui calamo persecuti sint impiam sectam: sed quid ad Machometistas, si nos disputemus Latinè? Neque enim tantùm censeo disputandum, ut nostrates servemus tutos, ne præcipites abeant in falsam Religionem: verùm etiam ad nos arbitror pertinere, quòd tot orbis pereant nationes, à Christo disjecta. Fol. 60. *Quando in Arabismum mea peregrinatio est revoluta, non me movit quòd auctor diceret Arabicæ professionis; non ut Medicis operam præberem in restituendo Avincennâ, aut Philosophis in corrigendo Averroe: sed hoc tantùm ante oculos fero, ut quemadmodum contra hæreticos scribunt Latinè, sic adversus Machometistas stringerem Arabicum stylum. Id fieri non potest, nisi dogmata illorum, penitùs cognita habeamus; nec credamus quid in Latinorum libris, de illis nationibus sit jactitatum, &c.* Fol 70. *Gloriam creatoris, quondam tot annos obliteravit antiquus hostis, & tamen apostolicis auspiciis, conditor orbis, decus suum sibi potenter arrogavit, tot Idolorum spurcitiâ profligatâ. Rursùm exortus est hostis, & gravis orbis incubator Machometus, qui reparatorem humani generis obscuravit. Non est infirmior conditore reparator; spes proindè est, ut gens ista redeat in viam aliquando: quod & olim forsan fuisset factum, rectâ si viâ restitissent hactenùs nostri majores, & tam studuissent bellum gerere cum Numâ, quàm libenter adversus Tullum capiunt arma. Clariùs id dicam. Numa cum Deâ Ægeriâ conficto congressu continuit populum; Tullus vim omnem posuit in armis: utrumque Machometus expressit. Nam primò novas leges, quas stupidis eâ tempestate Arabibus imposuit, ad Gabrielem Angelum referebat, quo monitore sese omnia gerere mentiebatur: deindè postquàm fraus in suspicionem venit, robur induit Tullianum, & quos arte capere nequibat, viribus in novum dogma subjugavit: jacto quidem dolis fundamento, gladiis tamen Imperio posteà prolato.* Adde Postellum, *de orbis concordia, fol. 134. à pr.* Sed & quædam adhùc subjungenda videntur, fidem animúmq; vel martyrio parem, quæ monstrent sæpè laudati Clenardi, viri maxumi certè. Fol. 236. ad Episcopum quendam scribit: *Stat sententia, de bello antimachometico prosequi; etiamsi mendicatò vivere deberem.* Ecce quales Christiani sint, qui catholicissimi gestiunt audire! inter divitias immensas, & profusiones admirandas, defuerunt huic proposito tantilli sumptus. Sed & audiamus, quæ ab illo prodita sunt, epistolar. lib. 2. fol. 253. *Itaque sive Deus mihi in mentem misit, sive temerè hoc propositum concepi: omnibus aliis curis omissis, statui quicquid vitæ mihi reliquum fuerit, huic uni negotio consecrare,*

Similia ferè habetur fol. 84. &c.

nec

nec conquiescere, donec tantùm promovero in illa linguâ, ut & calamo & ore, cum Machometistis in arenam dogmatum descendere possim: &, si liceat, multos conciliem socios tam piæ causæ, qui istum mecum laborem capessere velint; hâc mente, ut etiam in Africam ipsam, disputaturi & morituri, proficisci non reformident. At verò laudabiles hosce Clenardi conatus, præpropera mors impedivit; mox enim post iter Africanum, Illiberi (quæ hodiè Granata est) vitam cum morte commutavit. *Aug. Miræus in Elog. Belgic.*

II. Studium nonnullorum est, ex scriptis adversarum sectarum, seligere tantummodò pejora, & ea proponere Mundo, ut illas vitare discamus. Verùm genio meo arrident ferè magis, qui infidelium, hæreticorúmque non explorant solummodò sentinas; sed in simul in hortos exspatiantur, & undecunque decerpunt propinqua veritati: quæ certè superat ubique, & quâ eàdem nec mendacium omni ex parte carere potest. Quâ ratione, nonnulli contradictoria conciliare nituntur. Hácque pariter ratione, Ethnicorum libros impugnârunt, sanctioris Ecclesiæ Doctores: Origenes, Arnobius, Lactantius, Aurel. Augustinus, Theodoretus, aliique: & ex recentioribus, Augustinus Steuchus, Franciscus Picus, ac ob eruditionem, nunquam satis laudatus Philippus Mornæus, &c. Machometicam religionem hactenùs quod sciam, confutaverunt Euthymius Zigabenus, *in dogmaticâ panopliâ, cujus quæ ad præsens pertinent institutum, curante Sylburgio, An. 92. Gr. & Latinè, unâ cum aliis edidit Commelinus, & Sarracenica inscripsit.* Joh. Cantacuzenus, Rex Constantinopolitanus, *in libros quatuor Christianæ orthodoxæ assertionis, contra Machometicam fidem; Græcè ante annos plùs minùs ducentos scriptis, & per Rudolphum Gualterum Tigurinum latinitate donatis.* Richardus (quem alii Ricoldum vocant) Monachus ex ordine Prædicatorum, *in confutatione legis, à maledicto Machumeto Saracenis latæ, per Demetrium Cydonium, ex Romanâ linguâ in Græcam translatâ; deindè per Bartholomæum Picenum, rursùs è Græco in Latinum conversâ.* Petrus Alphonsus, è Judæo Christianus, in dialogis contra Judæos, *tit. 5.* Illustriss. Cardinalis Nicol. Cusa, *in Dialogo de fidei pace, ut & in Cribratorio Alcorani.* Marsilius Ficinus, *lib. de relig. Christianâ, cap. 36. & seq.* ac utrobique Ludovic. Crocius ejus commentator. Hieronymus Savonarola, *in solatio itineris sui.* Ludovicus Vives, *de veritate fidei Christianæ, lib. 4.* Guil. Postellus, *d. orbis concordiâ, lib. 1. per tot.* Hieron. Cardanus, *lib. 11. d. subtilit. fol. 629. & seq.* Illustris Wenceslaus Budovvez Baro à Budovva, (qui se incautè admodùm, Bohemicis immiscuit, infelicissiméque submersus fuit turbis) *in circulo horologii solaris & lunaris fol. 147. & multis seqq.* Nobilissimus Mornæus, *d. veritate Relig.*

Cantacuzenus, Richardus, ut & alii, subjuncti sunt Alcorano, quē edidit Theod. Biblianderi An. 1550.

lig. Christianæ, c.33. fol.m.672. &c. In eo argumento, nonnulli horum, perfunctoriè tantùm versari conspiciuntur; omnibus (uno atque altero excepto) defuit notitia Arabicæ linguæ: nullus (nisi forsan Nic. Cusa, & Gulhelmus Postellus) industriam & candorem eorum, quos suprà Ethnicorum laudavi oppugnatores, exæquâsse videtur. Libet & mihi nunc philologicè, ac quasi per saturam de hoc eodem argumento quædam adnotare: & quoque optare, simúlque à Thomâ Erpenio (fulgido sidere Belgii uniti) precari, ut vel loco vitiosæ Alcorani versionis Scalig. *in epistol. posthum. fol.m.449. & 458.* substituat probam; vel mysteriorum si quæ sunt hæreseos hujus, aperiat nobis fontes. Quod cùm Erpenius, iniquo Fato nobis ereptus, jam nequeat præstare, eo nomine Schickardum meum, quasi adjuro.

III. Prudenti inprimis, atque piâ egere puto dijudicatione, quòd Joh. Leo Nardus, *libro ult. Tabularum, legis Evangelicæ, gratiæ, spiritus & vitæ; qui inscribitur, Lucida explanatio super Alcoranum, &c.* auctor meo judicio non contemnendus, prodit; legem Machumeticam, duas nobis proponere vias: quarum una ad Christum, & utrumque Testamentum, uti verum & sanctum ducat, confirmationémque ipsius, & vitam æternam ostendat; altera ad doctrinam incredulitatis fabulosam, & hujus seculi voluptates, seu Paradisum vanarum delitiarum, filios Adæ inducat. Eò pertinere ait, quòd in libro ipso; verè credentibus, piéque viventibus, multoties promissa beata vita: impiis ac incredulis, maléque viventibus, ubivis ferè, comminata fuerit damnatio æterna. At quæris, quomodò Satanas confiteri possit viam rectam, cùm pater mendacii existat? quomodo ipse, ejusve ministri, veritatem manifestare velint, quam occultare summo nisu studuêre semper? Certè sicut tempore quo Salvator noster, in Mundo erat, Dæmonia non voluntariè, sed ad id coacta, fatebantur eum esse Christum, Filium Dei: Namque Matth. 8. vers. 20. duo Dæmoniaci clamant: *Iesu, Fili Dei.* Lucæ 4. v 34. Dæmoniacus alius ait: *Novimus te qui sies; sanctus nimirùm Dei.* Item ibid. vers. 41. Ex multis Dæmonia exibant; & dicebant; *Tu es Christus ille Filius Dei.* Itidem ex Pythonissâ, Actor. 16. v. 17. Paulo & Timotheo, testimonium præbet Satan: *Isti homines*, inquit; *servi sunt altißimi Dei, qui annuntiant vobis viam salutis.* Ita pariter & in Alcorano, Dominus noster Jesus Christus, Satanam suósque ministros, adigere facili operâ quivit, ut confiterentur, eum esse Salvatorem Mundi, utque confirmaret Evangelium salutis: quò scilicet eligentes atque acceptantes viam carnalium voluptatum, ducentem ad æternam damnationem, inexcusabiles essent. Consentit Salomon Schweickh. in seiner Reiß. *fol. 181.* Sed age, vestigia viæ rectæ, per Christum quæ ducit ad Deum

Wierus de præstig. 1. c. 11. Steuch. de perenni philosoph. c. 37. fol. m. 555. &c.

Deum, indagemus; avia etiam simul indicemus, quæ ubivis obvia occurrunt. Statim Azoarâ 1. alloquitur Dominum Universitatis, misericordem, miseratorem, judicem judicii Dei, & ait: *Te oramus, in te confidimus, mitte nos in viam, seu punctum rectum, vitam eorum quos elegisti (sive punctum eorum, in quibus tibi benè complacitum est) non eorum quibus es iratus, nec eorum qui sunt infideles.* Via autem illa, præter Evangelium nulla est; quod apertè indicatur in tertiâ Azoarâ. Ibi illi sermo est ad Judæos, & de libro tradito Christo, Filio Mariæ; cui Spiritum divinum, auxilium atque testimonium extitisse fatetur, & subjungit *Cur Prophetas vobis missos, displicita prædicantes; vel interficitis, vel contradicitis? Huicq; libro cœlitùs misso* (qui nempe Christo commissus fuit) *vestra legis fundamento, nequaquam favere, sed cõtradicere rem cunctam videntes, maluistis? Non impunè quidem.* Azoarâ 2. Oraculorum impurorum more, loquitur ambiguè; & ita rem hanc eandem prodit, ut verba in partes diversas facilè rapi queant: *Liber, ait, hic, absque falsitatis vel erroris annexu, veridicus eis quibus inest amor Divinus.* Non per omnia veridicus est, sed absque erroris adnexu, hoc est, falsitate remotâ. Et addit: *Spes seculi futuri, sectam veracem patefecit.* At hæc non est secta Saracenorum, qui seculi præsentis felicitate exultant, sed sola Christianorum: qui miserrimi omnium hominum essent, si non iis esset spes vitæ futuræ; ut alicubi D. Paulus scribit. Azoarâ quoque 4. huc alludere videtur. *Vim*, inquiens *nunquam inferas propter legem, cùm recta, pravâque via patefacta sint.* Ibique videtur Deum auctorem facere peccati, eique adscribere hunc lusum æquivocationis. Azoarâ 5. ita describitur Alfurcan. *Iste continet verba quædam firma, & infringibilia; quæ scilicet sunt libri materia atque mater. Quædam verò contraria; quæ nutantis, perversiq; cordis homines, ad controversiam cæteris inferendam, & ad expositionis suæ notitiam exequuntur.* In Azoarâ 9. habetur: *Quare non adhibent fidem Alchoran. Qui nisi vir Dei esset, multas contrarietates contineret.* At luce meridianâ clarius est, infinitas eum continere contradictiones. Igitur ex Deo esse nequit. Ut etiam infrà dicam. Sed ibi Muhamet pergit & ait: *Mandato securitatis seu timoris illius advenienté, parùm indè tractant; sed si Legatum* (Christum) *homines, sapientésque sequerentur, sua secreta cordibus patescerent.* Unctio quippè eos omnia docet, qui Salvatorem nostrum imitantur. *Nunc autem nisi divinâ pietate & abundantiâ suffulti, Diabolum omnes, paucis admodùm exceptis, sequerentur.* Azoarâ 12. inquit: *Sciendum quidem, Viros legum, nullius legis, fideive assequi perfectionem, nisi Evangelii ac Testamenti, & hujus libri à Deo positi pareant præceptis. Hic autem* (Alcoran) *multis eorum, incredulitatem, obstinationem, atque malitiam augebit*

 (quate-

(quatenus nempè à viâ Dei recedit) *quod tibi nullam injiciat curam?* Azoarâ 26. sequentia habet: *Quando legeritis Alcoran, vosmetipsos à Diabolo protegite, cui impossibile est facere quicquam, nisi incredulis tantùm.* Mox ibidem addit: *Dicunt increduli, tu quidem no.. es nisi mendax, cùm adeò varies tua verba. Sed hujus rei, plures eorum inscii sunt: ipse namque Deus, ejusque Spiritus benedictus, hunc librum veracem composuerunt: ut rectam viam credentibus confirmet. Scimus quidem, eos jam dicturos: Lingua Latina virum doces, & Alchoran Arabicus est. Eos nunquam Deus rectam viam docebit, qui Dei praeceptis contradicendo, soli mendacissimi sunt; sed eis gravissimum inferet malum.* Stupendum est, quòd hîc prænuntiatur, Arabibus propter incredulitatem, & seductionem jam contractam, expositionem veram esse occultatam, & hominibus Latinis reservatam. Azoarâ 27. invenitur: *Liber positus* (Alcoran) *salutem & pietatem credentibus prabet, incredulis verò non nisi jacturam. Veritas adfirmatur, falsumq; confunditur. Sed homo semper perversus, à me sibi bonum tribuente, descendit in contrariam partem.* Azoarâ 37. *Hac sunt secreta Alcorani hujus libri clari, viam rectam docentis, & spem bonam pollicentis orantibus, & decimantibus ratione, futuraque credentibus Diei; incredulis autem alio seculo perdendis, malumque gravissimum passuris, suos actus pulchros fecimus adparere: ipsi quidem caci existunt.* Azoarâ 100. *Viam bipertitam, rectam videlicet atque fallentem, homini patefeci.* (Unam scilicet Evangelii, per fidem; alteram ad interitum, per voluptates) *Cur igitur hominem non redimit, vel orphanum atque mendicum, humique prostratum; urgentem fame, cur non cibat? Credentes quidem, patientes atque benefici, dextra parti insidebunt; increduli verò parti sinistra, quos ignis ferventissimus operiet prorsùs.* Ecce, viam recti, illis patere solis ait, qui opera misericordiæ agunt, à Iesu Christo Salvatore nostro præcepta, & quæ ille in extremi judicii die, se requisiturum prædixit. Plura nunc ut addam, opus haut esse videtur; idem namque quod hûc usque deduxi, ipsa notatio Mahumeticæ legis innuere videtur. אַלְפֻּר_קַאן (Alphurcan) etenim est à פָּרַק quod Arabibus pariter atque Hebræis, indicat *divisit.* vid. Schindler. *in Lexic verb.* פרק (ex quo adhûc Latinorum *furca* reliquum est) Hincque in Theologiâ, seu libro doctrinæ Machumedis habetur. *Cur dictum est Alfurcan? Quia discreta sunt ejus sententia atque figura. Quia non simul super me descendit Dei verbum: quemadmodum simul data est lex Mosi, Psalmi Davidi & Evangelium Christo.* Et ita Alcoranus, ipso attestante ejus auctore, rapsodia mera est: nec ideò aliquid perfecti atque consummati, continere potest. Hancque propter rationem (id quod & jam

De etymo Alcorani Vide Drusium. 1. Ebraic. q. c. 44. Schindler in Lex verb. קרא *Soranzius in Otoman. cap. 49.*

jam monui suprà) nullum in Alcorano caput invenitur, in quo impostor ille sibi non contradicat: imò vix una vel altera lineola reperitur, quæ non contineat diversum sensum, sibique contradicentem: adeò ut nullum simile chaos, in scriptore alio prophano unquam fuisse visum, quibusdam videatur. Sicque Arabes quosdam Paragraphos *Iudicantes*, seu quorum sententiæ stetur, alios, *non judicantes*: & rursùs alios *positivos*, alios *primorum revocatorios* adpellitare, Guil. Postellus refert. *2. d. Orbis concord. cap. 10.* Memorabile tandem est, quod illustris Budovvez *fol. 151. Horologii* tradit; dicere Machometem, *omnes Alcorano obtemperantes, Deo charissimos esse, & in ultimo Dei judicio, à sinistris collocatos iri: eò quòd apud Deum sinistrum latus* (contrà omnia testimonia Sacrosanctæ scripturæ, ab ipso etiam Machometo sæpissimè comprobata: ut & adparet ex iis quæ suprà retuli, ex Azoarà 37.) *in honore sit majore; ob idque Turcas etiam nunc omnes, reverentiam alicui in sessione & deambulatione, equitationéve exhibentes, offerre sinistram partem.* Et sic diabolus deludit suos. Ac verò quæ hùc usque ex traditione Joh. Leonis Nardi disputata sunt, ferè consonant cum iis, quæ eruditissimus Cusa scribit, *in cribrator. lib. 1. cap 6.* dum ait: *Alchoran dici non potest sufficere, & esse via recta, nisi in ipso Evangelium includatur; & solùm illud constat, lucem veritatis, rectaq; viæ in Alcorano dici debere, quod Evangelio consonat. Sicut multi sapientes eorum, secretè Evangelium summâ devotione amplectuntur, cum sine ejus scientiâ nihil perfectè ex Alcoran trahere possint. Hinc si quid pulchri, veri, & clari in Alcoran reperitur; necesse est quòd sit radius lucidissimi Evangelij! Et hoc verum videt qui Evangelio lecto, ad Alcoran se transfert. Undè contemptus hujus mundi, & prælatio seculi futuri? persuasio justitiæ, & operum misericordiæ? divini & proximi amoris? undè venditio omnium suorum, etiam animæ, ipsi Deo, maximi lucri convincuntur? undè habetur, quòd mori pro Deo, sit æternaliter vivere? undè virtutum dilectio, usurarum, homicidiorum, perjuriorum atque fornicationum, alienorúmque concupiscentiæ prohibitio in Alcorano suæ claritatis splendorem receperunt; nisi ex Evangelicâ convenientiâ atque perfectione? Cur alia multa, quæ circa voluptatum sensibilem & immunditiam carnis promittuntur in Alchorano, tenebrosa & tetra, viliaque ab omnibus sapientibus, etiam Arabibus reputantur; nisi quia Evangelicis promissis discordant?* Cùm itaque *Alcoranus, liber sit tentationis*, liber divisus & malignus: ea ideò quæ obscura atque vana, ad tentandum impios & incredulos posita sunt: ut scilicet fieret manifestum, quòd minimè crederent in Christum, ejúsque Evangelio instituti non essent; cùm in hoc libro non noverint ea, quæ contra Chri-

stum non rarò posita sunt, quæque contraveniunt Evangelicæ doctrinæ, multis tamen in locis libri hujus comprobatæ.

IV. Sed nimis forsan evagari videtur Guilhelmus Postellus; cui (ut ipsemet fatetur) decretum erat, ita Ægyptios, id est, humanitatis auctores spoliare; ut illis relinquat nihil, quod ad historiæ sacræ confirmationem, aut nostræ cognitionis faciat recognitionem, quin illud in suum finem conducat. Is, inquam, Postellus nimis forsan evagari, & iis quæ in libro de Orbis concordià tradit passim contradicere videtur, cùm in tr. de Originibus, cap. 2. nimiùm præclarè de Alcorano sentit, & ait. *Quum Ismaëlitæ Muhami dicti sint, qui nomina Alcorano dedêre; certißimum est, ex parte Abrahami veri Patris, & ex parte Saræ veræ dominæ Haragæ Aegyptiæ servæ (cujus consensu, hortatu atque jussu, Ismaël genitus est) Prophetias præclarißimas habere: sicut vicißim multa falsa, aut opinioni affinia, ex parte matris Aegyptiæ habent. Quòd autem multa ad literam absurdißima, aut etiam receptæ veritati contraria habere videntur; dubium non est, quin sint eâdem moderatione ad spiritum trahenda, quâ & nostra conciliamus. Litera enim ubivis occidit, præterquam in simplici historiâ: quæ tamen ipsa etiam ubivis, præterquam in Alcorano, umbra est futurorum, omnia in figuris exponens.* Et eodem porrò libro *cap. 15.* dicit: *A viris eruditione summâ, notatum esse, maxumè ab altero Mose, quem Rabi Mose ben Maimon, seu Arambam vocant; maxumā partem Alcorani seu Ismaëliticæ doctrinæ, ex Ægyptiacâ doctrinâ desumptam esse: cujus cùm ipsa scriptura testetur fuisse peritum Mosen & Salomonem, quorum duorum præcipua scripta in sacris sunt; quin etiam indè quæ bona sunt & digna, quibus Ægyptios spolies possessores, tanti viri desumpserint, dubium non est.* Minùs adhùc adprobare vel intelligere queo, quæ ibidem *cap. 17.* habentur: *Prima secta ex Mosis studio orta est Samaritanorum, quos ideò Deus impeti noluit, aut bello confici à Ierosolymitanis; sed cùm defecissent, dixit, se illud ipsum fecisse quod fecerant: ut olim ostenderet suæ providentiæ virtutem, in illis sub Ismaele primogenito Abrahami congregandis; & sensim per Alcorani semiveras Prophetias (ex parte enim Abrahami Patris, & voluntatis Saræ, ancillam offerentis, maxumus est Propheta Ismaël in Muhamede, sicut est falsus in matre Ægyptiâ Hagar) reduceret ad puriorem Christi cognitionem, positam in operibus charitatis, quàm sit inter (quosdam) Christianos, & communes Iudaeos. Sic Christus veluti omnia negligendo, omnia diligentißimè procurat; ut ornatißima videantur, quæ mundus inordinatißima putat.*

Tantæ molis erat, Christi disponere regnum. *Indirectè enim Samaritanis comparatum Alcorani opus, legis Mosaicæ appendix præstantißima est: in quâ qui noluerant recipere sacros commentarios Cabalista-*

rum,

rum: illos tamen reciperent innumeris literalibus absurditatibus auctos, & mordicùs ad literam eas adfirmarent; & nihilominùs de Christo cognoscerent majora, quàm totum Iudaicum genus, &c. Quæ, an & quatenus aut quomodo intelligenda sint? ii quibus de meliori luto, præcordia ficta sunt, dispicere debent. Et hoc tamen, ex Joh. Feri comment. in Genes. *cap.* 21. adnotare placet: Saracenos aliquandò, ad fidem Christianam perventuros. Ac dici potest, Alcoranum prophetias veras habere: cùm & tales inesse credantur Gentilium scriptis. Ruffin. *hist. lib.* 10. *cap.* 29.

V. Hîc subjungere placet, Testimonia ex Alcorano, de Salvatore nostro Christo: quibus & alia supperaddam, spiritualem & abstractam inculcantia vitam maxumè ut videamus, quòd propriæ suæ Legi, minimè convenienter vivant & credant Turcæ. Azoara 4. fatetur: *Christo Mariæ Filio, animam DEI, propriè fuisse collatam.* Anima vitam notat: & de redemptore nostro, Divus Johannes quoque dicit: *In ipso Verbo vita erat.* Et de se, ille ipsemet pronuntiavit: *Ego sum via, veritas & vita.* Azoarâ 100. *Filium Patri similem* facit. Mahumed quidem, Christum esse Deum, & Dei præsertim Filium, pernegat ubivis sed tamen animus vel Spiritus, & verbum seu sermo Dei existere nequit, quin utique sit Deus: quod magnus Cusa, *in Cribrat. Alcorani, lib.* 1. *per aliquot capita, & præsertim lib.* 3. *cap.* 9. latè probat. Azoarâ 5 & alibi passim, haut abnuit; *Mariam virginem peperisse, & à viro nunquàm fuisse tactam.* Azoarâ 13. *Deus Iesum Mariæ Filium affatur; eiq; tribuisse animam mundam atque benedictam habetur: quâ juvenes & infantulos allocutus, & formis volatilium luteis à se factis, insufflans præbuerit volatum: cæcum natum, atque leprosum curârit, mortuos resuscitârit. Quē item docuerit sapientiam & librum, nec non Evangelium & testamentum, &c.* Per formas luteas, volatiles factas. Joh. Leo Nardus, discipulos intelligit; per insufflationem Spiritus Sancti, ex terrenis redditos spirituales. Quòdque ei divinas abscribit operationes, idem hoc est cum eo, quòd in Psalmis, Dominus virtutum, & Rex gloriæ indigitatur. Azoarâ 19. dicit: *Sacerdotes atque Pontifices, substantias hominum gratis* (id est sine fructu spirituali) *comedentes, non rectam viam proficiscendo, vos viri boni, improbate. Omnis thesaurizans aurum & argentum, nec expendens in Dei nomine, malum gravißimum sortietur: ipsiusque die futuro, venientis ad gehennam frons & latera, dorsum & nares, indè comburentur.* Hisce perversum Christianismum, simul prænuntiare, atque detestari videtur. Ibidem quæ sequuntur, pietatis non obscuram scintillam referre videntur. *Vos viri boni, ait, cùm vobis injungitur iter Dei, cur recusatis; hoc sæculum plùs quàm aliud diligentes? cùm sua res, ad alterius comparatio-*

nem

nem nihil sint. Ire nolentibus Deus summam pœnam inferet: alios eorum locu asciscens; cui nemo nocere potest, cùm omnipotens ipse sit: licet vestrum auxilium desit, Deus tamen minimè suum auxilium subtrahit. Itidem eodem loco docet, quid sit in spiritu orare: in cordis nempe nostri, non in aliquo manu facto Templo. *Melius est*, inquit, *orationes fundere in Templo, timore Dei fundato: ubi se lavare volentes commorantur, Deo munditiam volente. Quod etenim melius est templum Dei; gratiâ fundatum, an illud quod super præcipitium, convexum & concavum ædificatum, ruinâ suâ, in gehennæ ignem suos secum devergit.* Ibidem quoque dicit: *Si de mandatis tibi missis quicquam dubitas, antecessorum tuorum libros legendo, veritatem tibi missam agnosces; ne sis ambiguus, nunc negans nunc affirmans.* Jubet ergò, in dubio ad libros priores recurri, & etiam admittit, quòd veriores seu meliores libri ostendantur, illisque stetur. Azoarâ 24. & aliis quoque multis. *Incredulos vocat, qui hujus seculi vitam, aliis præferunt, & à viâ Dei se distorquent; hisque malum gravissimum futurum patefacit. Horum etiam incredulorum facta, cineri per ventum impetuosum disperso, similia vocat; cùm utrobique impossibilis coadunatio sit, & prolixus error.* Azoarâ 67. scriptum est: *Noe jam & Abraham nuntios misimus, & iisdem filios Prophetas dedimus, per quos librum misimus. Post illos rursus alios nuntios missus; tandem* (id est finaliter, ultimisque nuntii loco) *Christo Mariæ filio misso, cujus sequaces ipsi penitùs obedientes, corda constantia & humilia, atque fidelia gesserunt. Nos Evangelium dedimus, non ob aliud, nisi ut per ipsum, Dei dilectionem atque gratiam assequerentur.* Azoarâ 75. *Laudat eas uxores, quæ fuerunt unicæ suis maritis, & damnat eos qui plures ducunt.* Et item impudicitiam, quàm abominabile scelus judicent Mahometistæ, ex Lonicero Johan. Wolffius refert *memorabil. tom 2. fol. 905.*

VI. Agnoverunt ac indagârunt eadem vestigia hæc in Alcorano, & alij complures; eùmque in sensum Marsilius Ficinus, *tr. d. Relig. Christiana cap. 12.* ita scribit: *Muhamedenses, Christiani quodammodò esse videntur, quamvis hæretici, Arrianorum, Manichæorúmque sectatores. Confitetur certè Rex eorum Muhammedes Iesum Christum Dei virtutem, sapientiam, animam, flatum, Spiritum, Verbúmque; afflatu quodam divino ex Maria virgine perpetuà natum, suscitasse mortuos aliquot, miracula plurima præ cæteris divinitùs effecisse; fuisse cunctis Hebræorum Prophetis sublimiorem, nullúmque Hebræos post Iesum habituros Prophetam. Cunctis quidem viris eum anteponit, Mariam super omnes mulieres extollit.* Addit, *Corpus Iesu incorruptum in cœlum ascendisse. Christianos longo intervallo Iudæis præfert; vicissim Iudæos admodùm detestatur. Vndè sectatores illius, suis sacris non priùs initiant Iudæos, quàm Sacramenta*

Christia-

Christianorum antiqua, vera & bona esse confiteantur. Et qui Muhammedis sepulchrum viserint, nondum satis purificati existimantur. Qui Christi, vel Mariæ nomen contumeliosè commemorat, ab eis severè punitur. Religiosorum genus habent aliud Eliæ, aliud Iohanni Baptistæ, aliud (& id quidem præcipuum) Iesu Christo dicatum. Celebrant Prophetas & Evangelia. Didicerunt enim à Muhammede in Alcorano, Alcoranum esse Hebræorum Prophet. Evangeliíque affirmationem, atque declarationem. Legitur ibid. neminem fore perfectum, nisi Testamento veteri, novóque paruerit: & Alcorano insuper, quòd sit congregatio & declaratio utriusque. Quoties Evangelium nominat, quod facit sæpè; toties proprio cognomento librum appellat lucidum: aliquando etiam addit, Evangelium esse lumen Testamenti, castigationem, rectámque viam timentibus Deum. Inducit prætereà in Alcorano Deum ita loquentem: Quum Prophetas alios aliis præferimus, eosque alloquuti fuerimus; Christo Mariæ Filio animam nostram propriè conferentes, vim atque virtutem præ cæteris præbuimus. Duo, autem præcipui Muhammedis errores esse videntur. Alter, quòd quamvis in Christo divinitatem quandam ponat; longè majorem quàm in cunctis hominibus vel præsentibus, vel præteritis, vel futuris: videtur tamen alicubi velle, divinitatem illam esse à Dei summi substantiâ distinctam atque minorem; quod quidem ab Arrianis accepit. Sed in hoc secum ipse pugnat. Epitheta enim quæ Christo attribuit, divinitatem ejus eandem esse atque summi Dei, significant. Alter Muhammedis error, & quidem manifestior est: quòd quando satellites illi Sacerdotum, qui conjicere manus in Iesum conabantur, ceciderunt; Deus (ut Muhammedus putat) repente & clàm Iesum in cœlum rapuit. Illi quum surrexissent, alium quendam Iesu similem comprehendentes, verberaverunt & cruci affixerunt. Hoc à Manichæis accepisse videtur. Nihil opus est, ut errores hujusmodi confutentur: quicunque enim Arrianam & Manichæam hæresin confutaverunt, Muhamedem quoque confutâsse videntur. Adde eundem Ficinum, cap. 36. ibique vide Crocii adnotationes. Sic & Jan. Drusius. *lib. 4. præterit or. in princ. ad illud Ioh. 1. In principio erat verbum vel sermo*, attestatur; passim in Targum, Messiam vocari, Domini sermonem, דיי מימרא Et addit: *In Alcorano quoque Christus vocatur verbum Dei, nomine proprio R. Samuel Israëlita, in Epistolâ, quam scripsit ad Isahac Magistrum Synagogæ*: & extat in biblioth. Patrum, sub tit. veri Messiæ parastasis. *Dicunt in Alcorano quòd Eise, id est, Ihesus Christus, est verbum DEI; & hoc scilicet esse verbum Dei, est Iesu Christi apud Saracenos quasi nomen proprium; ita quòd nullus alius homo nomine hoc indigitatur, nisi Iesus, quem Arabicè Eise vocant.* Docet item Postellus *lib. 1. d. Orbis Concord.*

cap.3.nu.15. fateri Mahumetanos, ex Spiritu Sancto, verbum illud fuisse conceptum; ac inter alia ita scribit: *In omnibus locis videtur sibi contrarius ipse Muhammedes, quum asserit; se de unitate Dei primùm dicturum, & Deo non esse participem, & Deum non generare, nec generari. In quem scopum videtur vestra religio scripta, favore Nestorii, cujus discipuli à nobis ad vos defecerant. Perpendamus igitur quasdam sententias ex Alcorano, ubi videtur sibi contravenire vester Propheta. Nam unum Deum asserere eum satis constat: at in pluribus locis etiam Spiritũ Dei subinfert, quo fieri videntur omnia. Iam itaque per vos binarius in divinis est. Videamus ab ipso textu. Scriptum ergò est in Sora Elmeide, id est mensa, quæ quarta est: Deum vocaturum in die Iuditii Prophetas, & inter cæteros alloquuturum ita Iesum; Heus Iesu, Fili Mariæ, recordare beneficii mei ergate & generationem tuam, quòd formavi te de Spiritu Sancto, & alloquebaris homines in cunis & fasciis, & quòd docui te librum, sapientiam, & legem, &c. Ex hoc loco videmus esse Deum & Spiritum ejus. Et item versus finem Sora Bacara, id est bovis, scriptum est: hos Prophetas distinximus ordine certo, verbo Dei, & instituimus inter eos gradus, & dedimus Iesu filio Mariæ sapientiam, & formavimus eum de spiritu Sancto, &c. Habemus hic Deum, Verbum Dei, Sapientiam, & Spiritum ejus, &c.* Alias Salvatoris nostri Jesu Christi laudes, ex Alcorano refert idem Postellus, *tractat. eodem, lib.2. fol.252. &c.* Doctissimus Cardinalis Cusa, de profundo mysterio Trinitatis, & quomodo huic non contradicat Alcoran, sequentia quoque in *Cribrator.2.cap.1.* scribit: *Ostendamus Alchoran piâ interpretatione non contradicere Trinitati, modo quo nos de ipsâ loquimur qui Evangelio inhæremus. Dicit fortassis aliquis Arabs (quamvis negari nequeant, hæc quæ de laude Evangelij dicta sunt) per nos qui Alcoran uti Dei verbum colimus, tamen cùm sana fides sit unius solius & singularis Dei, omnium creatoris sine omni participe, sine sociis, sine pluralitate, sine filio seu filiis, & æqualitate quâcunque, & Christiani dicant pluralitatem Dei Patris Creatoris, & Dei Filij ejus, & Dei Spiritus Sancti utriusque, non contradicere Evangelio: proindè Alchoran Musselmanni præferunt Evangelio. Ideò 11. cap. Alchoran, Christus dicitur Iesus Mariæ Filius, Deique nuncius, suusque Spiritus, & verbum Mariæ cœlitùs missum existit. In Deum itaque, illique suo legato credentes, ne dicatis Deos tres esse, cùm non sit nisi unus Deus qui Filio caret; eique omnipotenti universa cœli terraque subjecta sunt. Christus quidem ipse minimè negare poterit, sicut nec Angeli Deo propinqui, quin Dei subsint Imperio, &c. Ad hoc respondemus: Evangelium omnem Deorum pluralitatem, non solùm damnare, sed impossibilem affirmare. Deum enim principium & undè omnia oriuntur, nemo dubitat: Pluralitas quomodo esset principium, cùm ante*

plura-

pluralitatem sit unitas seu singularitas, quæ necessariò est æterna, cùm sit purum principium? quod ideò æternum esse necesse est, quia principium & non principiatum. Illud autem principium potest considerari sine respectu ad principiata, ut non plùs sit, principium quàm non principium: eá consideratione est penitùs infinitum & interminum, incomprehensibile, & ineffabile. Tunc certè cùm excedat omnem sensum, & omnem intellectum, & omne nomen, & omne nominabile: nec dicitur unus, nec trinus, nec bonus, nec Sapiens, nec Pater, nec Filius, nec Spiritus Sanctus, & ita de omnibus quæ dici aut cogitari possunt; ut Dionysius Areopagita hoc astruit: quoniam omnia talia nomina excellit & antecedit in infinitum. Sic manet absconditus ab oculis omnium sapientum, & nulli creaturæ, sed sibi tantùm cognitus. Et hoc tantùm de ipso cognoscimus, quòd ipse est ipsa infinitas, excedens omnem creatum intellectum infinitè: eo modo, cùm de ipso nihil propriè dici & affirmari poßit quod non excedat, in silentio tantùm admiramur, & contemplamur & colimus. De illo intermino & infinito Deo, loquitur Alcoran 29. cap. dicens; Sicque terminum scilicet mundi hujus, seu diem judicij nullatenùs mendacem expectans, illum solum Deum consideret, cujus nullus est terminus, præter quem non est alius Deus. Subjungatur ejusdem libri cap. 11. ubi item probat; necesse esse, ut Arabes fateantur Trinitatem. Sed & notatu digna sunt, quæ habentur cap. 12. Quia secundùm libros sequaces, Alcoran non debet intelligi quasi sibi contradicat, & cùm Evangelium & Prophetas adprobet: ideò intellectus quærendus, quid in his prædictis intelligi velit. Et primò eliciamus conformia Evangelio, in quo scribitur; demùm Christum unum pastorem, & universum hunc mundum, unum ejus ovile futurum. Conformiter asserit Alcoran, omnes viros legum tam veteris Testamenti quàm novi, atque legis Arabum, in ipsum ante diem judicii veraciter credituros. Totum autem studium Alcoran est, persuadere in solum Deum credendum. Et quia hic asserit, quòd omnes viri legum veraciter in Christum credent: utique Christum à divinitate non separat, nec alienum facit, sed divinæ naturæ ipsum esse, tacitè affirmat. Vndè patet, secundùm piam interpretationem Alcoran, hæc secreta non nisi sapientibus voluisse revelare. Ideò ait, illum nihil secretorum subticere, & solis sapientibus facilem esse Alcoran, aliis autem difficilem. Non erant enim rudes Arabes; quos ait Alcoran, omniũ incredulorũ peßimos, apertè de secretis in illo principio informandi. Quare Muhamet ipsis secreta Evangelij occultabat, credens quòd sapientibus in futurum patescere possent. Sicut etiam sanctum Evangelium, multis mansit in principio obscurum & incognitum, & succeßivè est magis & magis apertum. Et nisi hoc expedivisset, Christus vulgo non fuisset parabolicè loquutus. Addatur & caput sequens 13. Sed & Petrum Bellonum

audiamus, qui diù Orientis regiones inhabitavit, & historiam suæ peregrinationis Gallico idiomate, diligentissimè perscripsit. Is ergò *libro 3. cap. 3.* ait: *Insuper agit* (Alcoran) *De Christo, & D. Virgine, de mysterio Nativitatis, vitâ, miraculis Christi, de ipsius Evangelio, & mandatis quæ dedit. Primo namq; libro, cap. 1. aliisq; multis locis, de Iesu Christo Domino nostro perhibet quæ sequuntur: Nos Deus scripturam dedimus Iesu Christo, & Spiritu Sancto eum adjuvimus. Et primo capite libri secundi, dicit: Deum Mahumeti Alcoranum tradidisse, Iesu verò Christo Testamentum & Evangelia, in legem primorum. Capite autem secundo libri primi; D. Virginis conceptionem fusè tractat, atq; totam ferè Elisabethæ visitationem recenset. Hoc loco dicunt Alcorani interpretes, Christum cum Matre, duntaxat à dæmonis tentatione immunes fuisse, ipsamq; sine originali peccato vixisse concedunt. De Christo nativitate, deque salutatione & universo annuntiationis mysterio, expreßè meminit cap. 1. libri tertii. Atque tres excellentiæ Domino nostro tribuuntur in Alcorano; prima, cap. 2. lib. 1. Iesum Christum corpore & animâ in cœlum ascendisse: altera, quòd illum Dei verbum appellet: tertia, cap. 3. lib. 1. quòd Dei Spiritum ipsum nuncupet. Hæc Alcoranus nemini unquam attribuit, nec Mosi, nec Davidi, nec Abrahamo, nec ipsi Mahumeti. Addit cap. 2. lib. 4. Iesum Christum humani cordis secreta cognovisse, mortuos suscitâsse, deploratos morbos curâsse, cæcis visum, mutis linguæ usum restituisse: ipsius etiam discipulos miracula edidisse, naturam superantia. At Turcæ, suæ hæreseos patrocinio faventes, hæc omnia non ad Christi, sed ad sui Mahumetis laudem exponunt.*

At memorabile cumprimis est, quod de Turcarum sectariis scribitur in Thesauro politico, *part. 1. relat. di Constantinopoli, fol. m. 27. Ipsorum Religio in varias opiniones discreta est, non modò inter Othomanos, Persas & Arabes, sed in ipso Turcarum Imperio inter eosdem populos subjectos; possumúsque asserere, opinionem illam, quæ hodiè ceremoniis retinetur penes Portam Othomanam, ad eos tantummodò Turcas redigi, qui Europam habitant: quia in Asiâ, & in totâ Arabiâ, intrinsecùs Arabicæ opinioni adhærent; etsi Mauri, Syriaci, & Ægyptiaci nonnihil cum Persis differant, sed cum Turcis vel maximè dißident. Quæ res Othomanis magnum terrorem incutit, nimirùm dubitantes, ut belli tempore adversùs Sophum in partibus illis, aliqua defectio detegatur. Verùm præter hæc omnes, in illud imperium, ac præsertim in eam partem Europæ quæ à Christianis incolitur, alia periculosa inducta est opinio, quæ nostræ simillima est: nam Christum Deum, ac Redemptorem hominum prædicant: quæ opinio in animis multorum tales egit & radices, ut plerique Portæ magnates eandem foveant, & nonnulli incredibili constantiâ propter eandem opinionem, mortem non refugerunt; adeò ut si aliquando inter populos illos hâc de causâ tu-*

multus

multus aliquis excitetur, equidem haud parvo sedaretur negotio. Fundamentum sanè hujuscemodi sectæ consistere puto in iis, quæ non ita perperam in Alcorano dicuntur, & quæ redolere incipiunt avia multiplicia falsitatis, ibidem passim apparentis. Concludo hæc omnia verbis Viri undecunque clarissimi, Johan. Selden, qui *in tr. eruditissimo, de diis Syris, syntagm. 1. cap. 2. fol. 25.* ita scribit. *Vultus hujus seculi sunt subjecti vultibus cœlestibus; & ideò sapientes, qui imagines faciebant stellarum, introitus in cœlestes, vultus inspiciebant, & tunc operabantur quod debebant.* Mox idem auctor ibidem sequentia subjungit. *Vultus autem illi cœlestes, non modò XLVIII. constellationes Globis depictas, verùm innumeras & portentosas etiam illas figuras denotant, quas Persæ, Indi atque Ægyptii, cum unoquoque Signi Decano seu quolibet Decani gradu, ascendere tradebant. Quarum in numero est illa, quam in primo Virginis Decano, Sphæra Persica collocant. Virgo nempe pulchra, capillitio prolixa, duas spicas manu gestans, residens in siliquastro, educans puerulum, lactans & cibans eum. Pro exemplo hanc magis, quòd non solùm Alboasar, quem falsò, ut docet I. Picus, Albumasarem vocant, decanum illum, uti cœleste unici Salvatoris JESU nativitatis Symbolum, notaverit Mahumedanus; verùm etiam insignis ille Mathematicus, & Vir, ultra sanè quàm seculum suum tulerit, doctus, Rogerus Bachonus, Oxoniensis & Minorita, Alboasaris sententiam fuerit amplexus. Opere enim tertio, quod ad Clementem quartum dedit, Alboasaris verba; ab Hermanno Dalmatâ Latinè ex Arabico facta, citat, subjungitq; : Intentio est quòd beata virgo habet figuram & imaginem infra decem primos gradus virginis, & quod nata fuit quando sol est in virgine, & ita habetur signatum in Calendario, & quod nutriet filium suum Christum Iesum in terrâ Hebræorum; & ad hanc rem ille Liber cui titulus, Ovidius de Vetulâ, ad Virginem Mariam:*

O Virgo fœlix, ô Virgo significata
Per Stellas ubi spica nitet.

De quo libro, & hâc re, vide, si placet, Robertum Holkot in Sapientiam Salom. Lect. XXI.

7. Lubet addere Adagia Arabum seu Mahumetanorum; quæ vel vestigia habent pietatis, vel ad mores & Reip. administrationem conducere videntur. **Ex selectis Arabum Adagiis, quæ Thomas Erpenius cū Latinâ edidit in-**

1. *Initium sapientiæ est timor Dei.*

2. *Qui se ipsum habet pro sapiente, habent eum Deus & homines pro ignaro.*

3. *Qui cupit pollere sapientiâ, in animam ejus potestatem ne habeant mulieres.*

terpret. & Fabulis Locmani Sapientis adjecit.

4. *Qui adulatur tibi, etiam detestatur te.*
5. *Benefac, si vis ut benefiat tibi.*
6. *Cujus concupiscentia vincit intellectum (seu rationem) is perit.*
7. *Religio (cultus religiosus) occidit concupiscentiam.*
8. *Abstinere à concupiscentiis est divitem esse.*
9. *Pessimus hominum est eruditus, qui non prodest eruditione suâ.*
10. *Audi, & disce: sile, & pacem habe.*
11. *Propitios habere subditos, utilius est multitudine militum.*
12. *Sapientissimus hominum est, qui fines respicit.*
13. *Qui non discernit bonum à malo, adjunge eum bestiis.*
14. *Non est Sapiens sapiens, donec cupiditates suas omnes vincat.*
15. *Difficillima homini est sui ipsius cognitio.*
16. *Amor mundi & divitiarum, omnis peccati est origo.*
17. *Mundus cadaver est, & petentes eum canes sunt.*
18. *Ne te hominibus annumeres, quamdiu ira te superat.*
19. *Contentus est eo quod Deus tibi impertit; & eris dives.*
20. *Frequens ad homines accessus, adducit malum.*
21. *Perfectio est in tribus rebus (quæ sunt) Devotio in religione; patientia in adversis; & prudentia in vitâ.*
22. *Imperator sine justitiâ, est ut fluvius sine aquâ.*
23. *Ut Corpori ægroto utilis non est cibus: ita menti captæ amore mundi, non prosunt admonitiones.*
24. *Doctus sine opere, ut nubes est sine pluvia.*
25. *Qui patrem suum honorat, prolongantur dies ejus.*
26. *Dives sine liberalitate, est ut arbor sine fructu?*
27. *Iuvenis sine pœnitentiâ, est ut domus sine tecto.*
28. *Improbus mortuus est, etiamsi in mansionibus sit vivorum: at probus vivus est, licet migraverit in mansiones mortuorum.*

Ex duabus centuriis Proverbiorum Arabicorum, etiam ab Erpenio vulgatis.

29. *Obstrue quinque fenestras, ut luceat domus, & habitans eam.* Id est, *obstrue (vel coërce) quinque sensus corporis, ut luceat anima tua in luce vitæ.*
30. *Occlude ostium tuum adversus raptores:* id est, *Claude sensus tuos contra peccatum, ne te capiant hostes tui.*
31. *Nata in aquâ ante vesperam.* Hoc est, *Purifica te pœnitentiâ ante migrationem, ac priusquam superveniat tibi mors.*
32. *Accende lucernam tuam ante tenebras.* Id est, *Illumina te operibus bonis, antequam superveniat tibi mors.*
33. *Liberalis, vicinus est Dei, vicinus hominum, vicinus Paradisi, remotus ab igne inferni.*
34. *Qui vult vivere incolumis, separet se ab hominibus tacitè.*

35. Sta-

35. Stabilimentum fidei humilitas: labefactatio autem ejus præsumptio.

36. Quando non evenit tibi quod vis; velis quod evenit.

37. Quando audiveris virum loquentem de te bonum quod in te non est, ne credas: loquetur enim & malum de te, quod in te non est.

38. Opes & mundus transibunt, & durabunt opera bona.

39. O tu qui malè egisti in eo quod præteriit, esto benè agens in eo quod reliquum est.

40. Esto sermo tuus etiam vel non, ut sis verax apud omnes homines.

41. Cogita ingressum tuum in hunc mundum, & egressum tuum ex ipso: quia tu de nihilo factus es homo, & momento fies tanquam non fueris. Item considera qui fuerint ante te reges, præfecti, & nobiles: considera quomodo migrârint ex isto mundo; tu verò quemadmodum illi, migrabis.

42. Declina à turpitudine si audis illam, & sede tanquam cogitabundus non audires turpitudinem: id est, sermonem obscœnum.

43. Reges judicant terram, sapientes judicant ipsos reges. Ex Ian.

44. Mi Fili, ne esto sapiens verbis, sed factis. Dousii a-

45. Homo sapiens est, quamdiu quærit sapientiam: ubi autem se putat ad ejus culmen pervenisse, desipit. pophthegmat. Ebræorum

46. Sapiens quidam Arabs negabat sapientem esse, qui aut minorem se contemneret aut majori invideret, aut præmium acciperet pro sapientiâ suâ. ac Arabum lib. 3.

47. Cujus facta dictis non respondent, si quando aliquem reprehendit, ejus oratio cadit super corda; quemadmodum pluvia cadit super lapidem.

48. Sapiens quidam Arabs rogatus, quid optimum esset in homine? tolerantia, inquit. Quid pessimum? ultio sive vindicta.

49. Fertur de eodem, eum semper hilari vultu fuisse: cumq; ex eo quidam quæreret, cur nunquam tristis esset? ipsum respondisse: nihil se unquã possedisse, ob quod amissum dolere aut tristis esse debuerit.

50. Qui non fert placidè castigationes Dei, ejus stultitiæ non est remedium.

51. Qui non vincit luctum patientiâ, ejus mœror longus erit.

52. Qui non contentus rebus necessariis, alia quærit, sibi adimit usum eorum, quæ habet.

53. Ne crede te sapientem esse, donec eo animi robore fueris, ut possis regere cupiditates.

54. *Interroganti, quodnam bellum honestissimum esset? illud, inquit, sapiens Arabs, quod contra voluptatem geritur.*

55. *Qui obtemperat cupiditati, abnegat creatorem suum.*

56. *Et digno & indigno benefac. Primùm, quia te dignum est, ut ita facias: deinde quia sic præcepit Creator, inquiens, cùm esurierit inimicus tuus, ciba eum pane, &c.*

57. *Idem Arabs rogatus, quid esset fiducia in Deum? quâ Deo, inquit, fretus homo, res suas omnes ei committit.*

58. *Præstat beneficiis & benevolentiâ regnum tenere, quàm vi ac metu. Quid enim prodest possessio corporum? nam possessio ea demùm vera est, quâ quis corda & animos possidet.*

59. *Nemo, inquit sapiens ille Arabs, me dilexit quem non vicissim dilexerim sincerè, per omnem vitam meam. Nemo me odio prosecutus est, pro quo non oraverim Deum, ut illi meliorem mentem daret.*

60. *In cultu divino, nihil melius silentio & spe.*

61. *Iactabat ille idem, se nunquam vindicasse, injuriam sibi illatam, aut malum malo reddidisse. Quærenti causam: quia, inquit, si vir honoratus erat, qui injuriam faciebat, æquum erat eum ferre; sin stultus erat, non decebat me cum stulto contendere.*

62. *Cui Deus largitur animum bonum, is est ex Filiis futuri seculi.*

63. *Ne gaude cùm ceciderit inimicus tuus: nam nescis quid tibi eventurum sit.*

64. *Caput fidei est, Dei ejusq; præceptorum reverentia.*

65. *Deus alta deprimit, & depressa exaltat. Quocirca deprime te ipsum, ut ipse te exaltet.*

66. *Reputa te pauperem esse, cùm eris dives; quia futurum est, ut separeris à divitiis per mortem.*

67. *Qui restrictus est ad largiendum tenuibus; in ejus pecuniam Reges, Deo ita decernente, dominatum obtinebunt.*

68. *Cor durum, procul abest à Deo.*

69. *Cui anima chara est, is parvi pendit hunc mundum.*

70. *Qui suam animam amat, eam occidit.* Morte videlicet secundâ, quæ dicitur animæ mors.

71. *Asserunt Arabiæ sapientes, duas esse mortes; quarum alteram natura, alteram voluntas præstat. Homo enim moritur, cùm anima corpus relinquit, solutum lege Naturæ. Mors quinetiam dicitur, cùm anima adhùc in corpore constituta, cupiditates & mundi illecebras contemnit. Hanc dicunt efficere, ut qui eâ moritur, vivat in æternum, nec mortem illam alteram obeat.*

72. *Rex Indorum, cuidam ex famulis suis schedulam dabat, cum hoc man-*

mandato, ut sibi eam schedulam ostenderet quotiescunque irasceretur. In quâ perscriptum erat; Remissum te prabe: non enim Deus es, sed corpus, cujus pars partem absumet, & à vermibus ac lumbricis corrosum in pulverem redibit.

73. Sapiens quidam fundum vendiderat 80000. aureis denariis; cumq; ei amici suaderent, ut partem illius pecuniæ thesaurum liberis reponderet, dixit: Reponam hunc thesaurum universum apud Creatorem, liberis autem meis relinquam pro thesauro ipsum Creatorem. Quod cùm dixisset, erogavit omnia pauperibus.

74. Interrogatus idem, quis felicissimè negotiaretur? Is, inquit, qui vendit bona peritura, hoc animo ut sibi comparet stabilia & duratura.

75. Principium luctus, est diligere mundum.

76. Cùm ob calamitatem publicam, Cives cujusdam oppidi in luctu essent; sapiens noster, quasi nihil ad se pertineret illa calamitas, non admodùm afficiebatur. Ibi Cives quærere ex eo, cur non esset tristis cum aliis? Quia, inquit, si hæc in somnio viderem, experrectus non tristarer: Ita nec nunc tristis esse possum, cùm sciam mundum istum universum, nihil aliud esse quàm somnium; quod abit, quoties homo expergiscitur.

77. Quî potest dulcis esse vita ei, qui novit Deum judicaturum nos de opere tàm bono quàm malo; ac redditurum unicuique secundùm facta sua?

78. Rogatus ille, quis longum dolorem sustineret? Is, inquit, qui Deo diffisus, in perpetuâ sollicitudine est de victu; cujus dolor sine fine est, & labor sine quiete: dùm non contentus sorte suâ, id concupiscit, quod Creator aliis largitus est.

79. Ne aliorum vitia patefacito, ne Deus tua patefaciat.

80. Ipsum Numen silentio & consensu optimè coli, asseverabat ille sæpè jam laudatus.

Denique ex Clenardi *Epistolar. lib. 1.* & hoc in Saracenorum laudem maxumè vergit, cùm ait: *Nullus tàm durus casus eis contingit, ut fracti impatientiâ, redigantur in blasphemias: id quod latè patet in quibusdam regionibus. Verùm quicquid evenerit, non stomachantur, ut & nauta, sed illud habent in ore,* LAUS DEO.

8. Nunc si vicissim fabulas, & impia ac nefanda dogmata Alcorani, enarrare vellem, operam certè perderem; ab aliis etiam, jam modò præoccupatam: nam & in hoc illustris Budovvez, multus est, *fol. 155. & c. Horologii*, ac plura quoque habet Postellus, *d. Orbis Concord. lib. 2. cap. 14. & seqq. multis.* Sed tamen stratagemata quædam, mundanæ & naturalis hujus religionis indicabo. Azoarâ 5. *prohibet, ne ullus audeat*

 dispu-

disputare de Alcorano; sed ut ei citra duquisitionem, cur hæc ita sint, aut esse queant, adhibere quisque debeat fidem. Indéque Turcarum Muffti (quo uno capite in suâ religione reguntur) in unicum hoc intentus est; ut externis ceremoniis obedientia præstetur, nemoque disputet de Alcorano. In Politico quoque Thesauro, linguâ Italica conscripto, *relat. di Constantinopoli, fol. m. 127.* notatur, *Turcas renuere disputationes, & pro fidei articulo habere; omnes contrarium sentientes, solo ense convincendos; armisque subjugandos esse.* Quamvis Scaliger, *D. subtilit: exercit. 258 sect. 2.* de illorum dissensionibus, velitationibusque innumeris faciat mentionem: *hancque amentißimam turbam, in duas ac septuaginta sectas discerptam, easque omnes ridiculas esse, ait.* Et quoque Claudius Duret *histor: des Langues de cest univers. cap. 45. fol. 402.* multorum auctoritate probat, *reperiri ultra 800. Commentatores supra Alcoranum.* Qui idem auctor *ibid. cap. 46. fol. 411. &c. item fol. 425. &c. & cap. 51. fol. 558. &c.* de Sectis & divisionibus Machometanorum multa habet. Adfine hisce est, quòd *ipsorum Lege prohibetur; ne ullum unquam locum restituant hosti, quem cœperint ferro, & ubi Moschaas ædificaverint suasque recitaverint preces:* sicque religionis prætextu, illa natio semper utitur ad imperium suum amplificandum. Violentum planè Imperiū, coacta etiam religio est; sicque Azoarâ 2. 3. 6. &c. habetur: *Deus Mosem & Christum, miraculis abundè instructos misit: Mahumetem copiis accinctum, nullis miraculis; ut fidem illis solâ vi conciliet.* Et non uno loco Alcoran ingeminat; *Interficite infideles, ulciscimini, disperdite, &c: quo strages major, eo dignior & insignior in paradiso locus, eo uberior merces. Qui porrò minùs strenuè pugnaverit, ad inferos detrudetur.* Quàm procul hæc à patientiâ, nedùm à patientiæ triumphis absunt! Num verò quidquam impium adeò est, quod hâc ratione stabiliri & vires acquirere non possit? Denique, vis uno verbo miracula Mahumedis? belligerando & populando, Orbis aliquantulam partem devastavit. Vis miracula Christi? patiendo mundum ordinavit: ille magnâ latronum catervâ stipatus; hic martyrum strage circumseptus. quorum quidem alterum homo facere potest, homo quotidiè facit; alterum nemo homo fecit unquam, nemo præter Jesum facere conatus fuit. Hac eâdem de re, non meis sed Cusani verbis, adhuc pluribus agere lubet: is *lib. 3. Cribrator. cap. 3.* ait: *Postquam Mahumet vidit se deficere in veritate, & mēdacia quæ ex testamento & Evangelio allegabat rudi ignoranti populo, non posse diu occultari Christianis & Iudæis hoc verum negantibus (cùm nec in ambobus, nec in altero librorum allegatorum mentio fiat, aut nominetur Mahumet) ad arma se transtulit, & populo dixit: Iussit Deus gentes me gladio expugnare, donec testificentur, quòd non est Deus nisi Deus, &*

quòd

quòd ego sum nuncius ejus: quòd si hoc fecerint confestim salvabunt sanguinem & pecuniam suam. Terrore igitur percussi, multi mandato paruerunt, & salvi facti sunt à sanguinis effusione, & rapinâ, & nominabantur salvati seu Muselmanni. Est igitur ultima resolutio probationis omnium quæ in Alcoran leguntur, gladius. Idem Cusa, *lib. 3. cap. 8.* ita alloquitur Machometum: *Sed visus es mihi ô Mahumet, prætextu religionis, dominandi potentatum quæsiisse, omnia enim in gladium resolvis, & gladio saltem ad tributum pervenire. Persuasisti quemlibet in suâ lege salvari posse, ac quòd Deus fidelium constantiam diligat, variantes verò nequaquam. Deindè accipis gladium, quasi illos velis ad veritatem compellere, quos animâsti constantes manere: sed das optionem ipsis, ut vel varient, vel tributum solvant. Quis non intelligit finem tuæ religionis, zelum & ritum tuæ legis tantùm ad hoc tendere, ut domineris? Tributo enim Deo & tibi aliquis satisfacit.* Libro eod. 3. cap. 6. *Adhùc dubito; postquam Deus toties tibi dixit, vim nequaquam propter leges inferas, in cap. 4 & cap. 15 ab incredulis quidem nil mali seu contumeliarum illis inferens, licet illi per irã & insciti am de Deo malè loquantur (cuiq; namq; gentium sua sibi placida formosaq; videri fecimus) recede: ad Deum autem cùm redierint, opera sua Deo pandente cognoscent. Et cap. 18. dicitur, quòd non sunt gentes cogendæ ad fidem: quia nisi Deo volente, nemo credere poterit, qui malos & indiscretos in suâ sorditie dimittit, ibi de hoc plura. Et cap. 56. Nullam illis castigando vim inferas, sed tantùm illis Alcoran explana, & in aliis pluribus locis. Quomodo, inquam, contra Deum tuum qui tibi hæc suasit, præsumis dicere, Deum præcepisse ut incredulos capias, interficias & spolies, cogas credere, aut tributum solvere? Deo magnam facies injuriam & contumeliam, apud quem coacta servitia, vitia sunt. Ideò vult servitores ex suâ liberâ electione sibi fideles & credulos.* At hæc politica & violenta, indicio mihi certissimo sunt gerere Machometum, ejúsque asseclas, secundi Antichristi regnum. Nempe Machometus ac ex sententiâ protestantium, Papa; verè & præcipui sunt Antichristi, quatenus contra Salvatoris nostri præceptum, & primitivæ Ecclesiæ exemplum, religionis in hoc mundo, felicitatem & regnum quærunt, ac dissentientes, vel ferro, vel igne infestant: sicque fidem contra naturam spiritus, cogere volunt. Quibus ferè sunt æquiparandi, politicis qui arcanis religionem propagant, conservant, & sui status rationes singulares habent, callidas, occultas & perplexas: quibus etiam politicos, & quidem naris emunctioris, superant, quin & fallunt. Qui non à filiis seculi hujus, astutiâ superantur, sed superant eosdem; eoque se filios lucis non esse, iis quibus Spiritus Sanctus ... manifestò produnt. Lubet & alia quædam de bello, bellisque Saracenorum addere ex Gulhelmo Postello,

nem nihil sint. Ire nolentibus Deus summam pœnam inferet: alios eorum locu asciscens; cui nemo nocere potest, cùm omnipotens ipse sit: licet vestrum auxilium desit, Deus tamen minimè suum auxilium subtrahit. Itidem eodem loco docet, quid sit in spiritu orare: in cordis nempe nostri, non in aliquo manu facto Templo. *Melius est,* inquit, *orationes fundere in Templo, timore Dei fundato: ubi se lavare volentes commorantur, Deo munditiam volente. Quod etenim melius est templum Dei; gratiâ fundatum, an illud quod super præcipitium, convexum & concavum ædificatum, ruinâ suâ, in gehennæ ignem suos secum devergit.* Ibidem quoque dicit: *Si de mandatis tibi missis quicquam dubitas, antecessorum tuorum libros legendo, veritatem tibi missam agnosces; ne sis ambiguus, nunc negans nunc affirmans.* Jubet ergò, in dubio ad libros priores recurri, & etiam admittit, quòd veriores seu meliores libri ostendantur, illisque stetur. Azoarâ 24. & aliis quoque multis. *Incredulos vocat, qui hujus seculi vitam, aliis præferunt, & à viâ Dei se distorquent; hisque malum gravissimum futurum patefacit. Horum etiam incredulorum facta, cineri per ventum impetuosum disperso, similia vocat; cùm utrobique impossibilis coadunatio sit, & prolixus error.* Azoarâ 67. scriptum est: *Noe jam & Abraham nuntios misimus, & iisdem filios Prophetas dedimus, per quos librum misimus. Post illos rursùs alios nuntios missos; tandem* (id est finaliter, ultimique nuntii loco) *Christo Mariæ filio misso, cujus sequaces ipsi penitùs obedientes, corda constantia & humilia, atque fidelia gesserunt. Nos Evangelium dedimus, non ob aliud, nisi ut per ipsum, Dei dilectionem atque gratiam assequerentur.* Azoarâ 75. *Laudat eas uxores, quæ fuerunt unicæ suis maritis, & damnat eos qui plures ducunt.* Et item impudicitiam, quàm abominabile scelus judicent Mahometistæ, ex Lonicero Johan. Wolffius refert *memorabil. tom 2. fol. 905.*

VI. Agnoverunt ac indagârunt eadem vestigia hæc in Alcorano, & alij complures; eúmque in sensum Marsilius Ficinus, *tr. d. Relig. Christiana cap. 12.* ita scribit: *Muhamedenses, Christiani quodammodò esse videntur, quamvis hæretici, Arrianorum, Manichæorúmque sectatores. Confitetur certè Rex eorum Muhammedes Iesum Christum Dei virtutem, sapientiam, animam, flatum, Spiritum, Verbúmque; afflatu quodam divino ex Maria virgine perpetuâ natum, suscitasse mortuos aliquot, miracula plurima præ cæteris divinitùs effecisse; fuisse cunctis Hebræorum Prophetis sublimiorem, nullúmque Hebræos post Iesum habituros Prophetam. Cunctis quidem viris eum anteponit, Mariam super omnes mulieres extollit.* Addit, *Corpus Iesu incorruptum in cælum ascendisse. Christianos longo intervallo Iudæis præfert; vicissim Iudæos admodùm detestatur. Vndè sectatores illius, suis sacris non priùs initiant Iudæos, quàm Sacramenta*

Christia-

Christianorum antiqua, vera & bona esse confiteantur. Et qui Muhammedis sepulchrum viserint, nondum satis purificati existimantur. Qui Christi, vel Mariæ nomen contumeliosè commemorat, ab eis severè punitur. Religiosorum genus habent aliud Eliæ, aliud Iohanni Baptistæ, aliud (& id quidem præcipuum) Iesu Christo dicatum. Celebrant Prophetas & Evangelia. Didicerunt enim à Muhammede in Alcorano, Alcoranum esse Hebraicorum Prophet. Evangeliique affirmationem, atque declarationem. Legitur ibid. neminem fore perfectum, nisi Testamento veteri, novóque paruerit: & Alcorano insuper, quòd sit congregatio & declaratio utriusque. Quoties Evangelium nominat, quod facit sæpè, toties proprio cognomento librum appellat lucidum: aliquando etiam addit, Evangelium esse lumen Testamenti, castigationem, rectámque viam timentibus Deum. Inducit præterea in Alcorano Deum ita loquentem: Quum Prophetas alios aliis præferimus, eosque alloquuti fuerimus; Christo Mariæ Filio animam nostram propriè conferentes, vim atque virtutem præ cæteris præbuimus. Duo, autem præcipui Muhammedis errores esse videntur. Alter, quòd quamvis in Christo divinitatem quandam ponat; longè majorem quàm in cunctis hominibus vel præsentibus, vel præteritis, vel futuris: videtur tamen alicubi velle, divinitatem illam esse à Dei summi substantiâ distinctam atque minorem; quod quidem ab Arrianis accepit. Sed in hoc secum ipse pugnat. Epitheta enim quæ Christo attribuit, divinitatem ejus eandem esse atque summi Dei, significant. Alter Muhammedis error, & quidem manifestior est: quòd quando satellites illi Sacerdotum, qui conjicere manus in Iesum conabantur, ceciderunt; Deus (ut Muhammedis putat) repente & clam Iesum in cœlum rapuit. Illi quum surrexissent, alium quendam Iesu similem comprehendentes, verberaverunt & cruci affixerunt. Hoc à Manichæis accepisse videtur. Nihil opus est, ut errores hujusmodi confutentur: quicunque enim Arrianam & Manichæam hæresin confutaverunt, Muhamedem quoque confutâsse videntur. Adde eundem Ficinum, cap. 36. ibique vide Crocii adnotationes. Sic & Jan. Drusius. *lib.* 4. *prateritor. in princ. ad illud Ioh.* 1. *In principio erat verbum vel sermo*, attestatur; passim in Targum, Messiam vocari, Domini sermonem, מימרא דיי Et addit: *In Alcorano quoque Christus vocatur verbum Dei, nomine proprio R. Samuel Israëlita, in Epistolâ, quam scripsit ad Isahac Magistrum Synagogæ*: & extat in biblioth. Patrum, sub tit. veri Messiæ parastasis. *Dicunt in Alcorano quòd Eise, id est, Ihesus Christus, est verbum DEI; & hoc scilicet esse verbum Dei, est Iesu Christi apud Saracenos quasi nomen proprium; ita quòd nullus alius homo nomine hoc indigitatur, nisi Iesus, quem Arabicè Eise vocant.* Docet item Postellus *lib.* 1. *d. Orbis Concord.*

H *cap.*

cap.3.nu.15. fateri Mahumetanos, ex Spiritu Sancto, verbum illud fuisse conceptum; ac inter alia ita scribit: *In omnibus locis videtur sibi contrarius ipse Muhammedes, quum asserit, se de unitate Dei primùm dicturum, & Deo non esse participem, & Deum non generare, nec generari. In quem scopum videtur vestra religio scripta, favore Nestorii, cujus discipuli à nobis ad vos defecerant. Perpendamus igitur quasdam sententias ex Alcorano, ubi videtur sibi contravenire vester Propheta. Nam unum Deum asserere eum satis constat: at in pluribus locis etiam Spiritũ Dei subinfert, quo fieri videntur omnia. Iam itaque per vos binarius in divinis est. Videamus ab ipso textu. Scriptum ergò est in Sora Elmeide, id est mensa, quæ quarta est: Deum vocaturum in die Iudicii Prophetas, & inter cæteros alloquuturum ita Iesum; Heus Iesu, Fili Mariæ, recordare beneficii mei erga te & generationem tuam, quòd formavi te de Spiritu Sancto, & alloquebaris homines in cunis & fasciis, & quòd docui te librum, sapientiam, & legem, &c. Ex hoc loco videmus esse Deum & Spiritum ejus. Et item versus finem Sora Bacara, id est bovis, scriptum est: hos Prophetas distinximus ordine certo, verbo Dei, & instituimus inter eos gradus, & dedimus Iesu filio Mariæ sapientiam, & formavimus eum de spiritu Sancto, &c. Habemus hic Deum, Verbum Dei, Sapientiam, & Spiritum ejus, &c.* Alias Salvatoris nostri Jesu Christi laudes, ex Alcorano refert idem Postellus, *tractat. eodem, lib. 2. fol. 252. &c.* Doctissimus Cardinalis Cusa, de profundo mysterio Trinitatis, & quomodo huic non contradicat Alcorán, sequentia quoque *in Cribrator. 2. cap. 1.* scribit: *Ostendamus Alchoran piâ interpretatione non contradicere Trinitati, modo quo nos de ipsâ loquimur qui Evangelio inhæremus. Dicit fortaßis aliquis Arabs (quamvis negari nequeant, hæc quæ de laude Evangelij dicta sunt) per nos qui Alcoran uti Dei verbum colimus, tamen cùm sana fides sit unius solius & singularis Dei, omnium creatoris sine omni participe, sine sociis, sine pluralitate, sine filio seu filiis, & æqualitate quâcunque, & Christiani dicant pluralitatem Dei Patris Creatoris, & Dei Filij ejus, & Dei Spiritus Sancti utriusque, non contradicere Evangelio: proindè Alchoran Musselmanni præferunt Evangelio. Ideò 11. cap. Alchoran, Christus dicitur Iesus Mariæ Filius, Deique nuncius suusque Spiritus, & verbum Mariæ cœlitùs missum existit. In Deum itaque, illique suo legato credentes, ne dicatis Deos tres esse, cùm non sit nisi unus Deus qui Filio caret; eique omnipotenti universa cœli terræque subjecta sunt. Christus quidem ipse minimè negare poterit, sicut nec Angeli Deo propinqui, quin Dei subsint Imperio, &c. Ad hoc respondemus: Evangelium omnem Deorum pluralitatem, non solùm damnare, sed impoßibilem affirmare. Deum enim principium & undè omnia oriuntur, nemo dubitat: Pluralitas quomodo esset principium, cùm ante*

plura-

pluralitatem sit unitas seu singularitas, quæ necessariò est æterna, cùm sit purum principium? quod ideò æternum esse necesse est, quia principium & non principiatum. Illud autem principium potest considerari sine respectu ad principiata, ut non plùs sit, principium quàm non principium: eá consideratione est penitùs infinitum & interminum, incomprehensibile, & ineffabile. Tunc certè cùm excedat omnem sensum, & omnem intellectum, & omne nomen, & omne nominabile: nec dicitur unus, nec trinus, nec bonus, nec Sapiens, nec Pater, nec Filius, nec Spiritus Sanctus, & ita de omnibus quæ dici aut cogitari possunt; ut Dionysius Areopagita hoc astruit: quoniam omnia talia nomina excellit & antecedit in infinitum. Sic manet absconditus ab oculis omnium sapientum, & nulli creaturæ, sed sibi tantùm cognitus. Et hoc tantùm de ipso cognoscimus, quòd ipse est ipsa infinitas, excedens omnem creatum intellectum infinitè: eo modo, cùm de ipso nihil propriè dici & affirmari possit quod non excedat, in silentio tantùm admiramur, & contemplamur & colimus. De illo intermino & infinito Deo, loquitur Alcoran 29. cap. dicens; Sicque terminum scilicet mundi hujus, seu diem judicij nullatenùs mendacem expectans, illum solum Deum consideret, cujus nullus est terminus, præter quem non est alius Deus. Subjungatur ejusdem libri cap. 11. ubi item probat; necesse esse, ut Arabes fateantur Trinitatem. Sed & notatu digna sunt, quæ habentur cap. 12. *Quia secundùm libros sequaces, Alcoran non debet intelligi quasi sibi contradicat, & cùm Evangelium & Prophetas adprobet: ideò intellectus quærendus, quid in his prædictis intelligi velit. Et primò eliciamus conformia Evangelio, in quo scribitur; demùm Christum unum pastorem, & universum hunc mundum, unum ejus ovile futurum. Conformiter asserit Alcoran, omnes viros legum tam veteris Testamenti quàm novi, atque legis Arabum, in ipsum ante diem judicii veraciter credituros. Totum autem studium Alcoran est, persuadere in solum Deum credendum. Et quia hic asserit, quòd omnes viri legum veraciter in Christum credent: utique Christum à divinitate non separat, nec alienum facit, sed divina natura ipsum esse, tacitè affirmat. Vndè patet, secundùm piam interpretationem Alcoran, hæc secreta non nisi sapientibus voluisse revelare. Ideò ait, illum nihil secretorum subticere, & solis sapientibus facilem esse Alcoran, aliis autem difficilem. Non erant enim rudes Arabes; quos ait Alcoran, omniũ incredulorũ pessimos, apertè de secretis in illo principio informandi. Quare Muhamet ipsis secreta Evangelij occultabat, credens quòd sapientibus in futurum patescere possent. Sicut etiam sanctum Evangelium, multis mansit in principio obscurum & incognitum, & successivè est magis & magis apertum. Et nisi hoc expedivisset, Christus vulgo non fuisset parabolicè loquutus.* Addatur & caput sequens 13. Sed & Petrum Bellonum

audiamus, qui diù Orientis regiones inhabitavit, & historiam suæ peregrinationis Gallico idiomate, diligentissimè perscripsit. Is ergò *libro 3. cap. 3.* ait: *Insuper agit* (Alcoran) *De Christo, & D. Virgine, de mysterio Nativitatis, vita, miraculis Christi, de ipsius Evangelio, & mandatis quæ dedit. Primo namq; libro, cap. 1. aliisq; multis locis, de Iesu Christo Domino nostro perhibet quæ sequuntur: Nos Deus scripturam dedimus Iesu Christo, & Spiritu Sancto eum adjuvimus. Et primo capite libri secundi, dicit: Deum Mahumeti Alcoranum tradidisse, Iesu verò Christo Testamentum & Evangelia, in legem primorum. Capite autem secundo libri primi; D. Virginis conceptionem fusè tractat, atq; totam ferè Elisabethæ visitationem recenset. Hoc loco dicunt Alcorani interpretes, Christum cum Matre duntaxat à dæmonis tentatione immunes fuisse, ipsamq; sine originali peccato vixisse concedunt. De Christo nativitate, deque salutatione & universo annuntiationis mysterio, expressè meminit cap. 1. libri tertii. Atque tres excellentiæ Domino nostro tribuuntur in Alcorano; prima, cap. 2. lib. 1. Iesum Christum corpore & animâ in cœlum ascendisse: altera, quòd illum Dei verbum appellet: tertia, cap. 3. lib. 1. quòd Dei Spiritum ipsum nuncupet. Hac Alcoranus nemini unquam attribuit, nec Mosi, nec Davidi, nec Abrahamo, nec ipsi Mahumeti. Addit cap. 2. lib. 4. Iesum Christum humani cordis secreta cognovisse, mortuos suscitâsse, deploratos morbos curasse, cæcis visum, mutis linguæ usum restituisse: ipsius etiam discipulos miracula edidisse, naturam superantia. At Turcæ, suæ hæreseos patrocinio faventes, hæc omnia non ad Christi, sed ad sui Mahumetis laudem exponunt.*

At memorabile cumprimis est, quod de Turcarum sectariis scribitur in Thesauro politico, *part. 1. relat. di Constantinopoli, fol. m. 27. Ipsorum Religio in varias opiniones discreta est, non modò inter Othomanos, Persas & Arabes, sed in ipso Turcarum Imperio inter eosdem populos subjectos; possumúsque asserere, opinionem illam, quæ hodiè ceremoniis retinetur penes Portam Othomanam, ad eos tantummodò Turcas redigi, qui Europam habitant: quia in Asiâ, & in totâ Arabiâ, intrinsecùs Arabicæ opinioni adhærent; etsi Mauri, Syriaci, & Ægyptiaci non nihil cum Persis differant, sed cum Turcis vel maximè dissident. Quæ res Othomanis magnum terrorem incutit, nimirùm dubitant, ut belli tempore adversùs Sophum in partibus illis, aliqua defectio detegatur. Verùm præter has omnes, in illud imperium, ac præsertim in eam partem Europæ quæ à Christianis incolitur, alia periculosa inducta est opinio, quæ nostræ simillima est: nam Christum Deum, ac Redemptorem hominum prædicant: quæ opinio in animis multorum tales egit & radices, ut plerique Portæ magnates eandem foveant, & nonnulli incredibili constantiâ propter eandem opinionem, mortem non refugerunt; adeò ut si aliquando inter populos illos hâc de causâ tumultus*

multus aliquis exciteretur, equidem haud parvo sedaretur negotio. Fundamentum sanè hujuscemodi sectæ consistere puto in iis, quæ non ita perperam in Alcorano dicuntur, & quæ redolere incipiunt avia multiplicia falsitatis, ibidem passim apparentis. Concludo hæc omnia verbis Viri undecunque clarissimi, Johan. Selden, qui *in tr. eruditissimo, de diis Siris, syntagm. 1. cap. 2. fol. 25.* ita scribit. *Vultus hujus seculi sunt subjecti vultibus cœlestibus; & ideò sapientes, qui imagines faciebant stellarum, introitus in cœlestes, vultus inspiciebant, & tunc operabantur quod debebant.* Mox idem auctor ibidem sequentia subjungit. *Vultus autem illi cœlestes, non modò XLVIII. constellationes Globis depictas, verùm innumeras & portentosas etiam illas figuras denotant, quas Persæ, Indi atque Ægyptii, cum unoquoque Signi Decano seu quolibet Decani gradu, ascendere tradebant. Quarum in numero est illa, quam in primo Virginis Decano, Sphæra Persica collocant. Virgo nempe pulchra, capillitio prolixa, duas spicas manu gestans, residens in siliquastro, educans puerulum, lactans & cibans eum. Pro exemplo hanc magis, quòd non solùm Alboasar, quem falsò, ut docet I. Picus, Albumasarem vocant, decanum illum, uti cœleste unici Salvatoris* JESU *nativitatis Symbolum, notaverit Mahumedanus; verùm etiam insignis ille Mathematicus, & Vir, ultra sanè quàm seculum suum tulerit, doctus, Rogerus Bachonus, Oxoniensis & Minorita, Alboasaris sententiam fuerit amplexus. Opere enim tertio, quod ad Clementem quartum dedit, Alboasaris verba; ab Hermanno Dalmatâ Latinè ex Arabico facta, citat, subjungitq; : Intentio est quòd beata virgo habet figuram & imaginem infra decem primos gradus virginis, & quod nata fuit quando sol est in virgine, & ita habetur signatum in Calendario, & quod nutriet filium suum Christum Iesum in terrâ Hebræorum; & ad hanc rem ille Liber cui titulus, Ovidius de Vetulâ, ad Virginem Mariam:*

O Virgo fœlix, ô Virgo significata
Per Stellas ubi spica nitet.

De quo libro, & hâc re, vide, si placet, Robertum Holkot in Sapientiam Salom. Lect. XXI.

7. Lubet addere Adagia Arabum seu Mahumetanorum; quæ vel vestigia habent pietatis, vel ad mores & Reip. administrationem conducere videntur.

Ex selectis Arabum Adagiis, quæ Thomas Erpenius cū Latinâ edidit in-

1. *Initium sapientiæ est timor Dei.*

2. *Qui se ipsum habet pro sapiente, habent eum Deus & homines pro ignaro.*

3. *Qui cupit pollere sapientiâ, in animam ejus potestatem ne habeant mulieres.*

terpret. & Fabulis Locmani Sapientis adjecit.

4. *Qui adulatur tibi, etiam detestatur te.*

5. *Benefac, si vis ut benefiat tibi.*

6. *Cujus concupiscentia vincit intellectum (seu rationem) is perit.*

7. *Religio (cultus religiosus) occidit concupiscentiam.*

8. *Abstinere à concupiscentiis est divitem esse.*

9. *Pessimus hominum est eruditus, qui non prodest eruditione suâ.*

10. *Audi, & disce: sile, & pacem habe.*

11. *Propitios habere subditos utilius est multitudine militum.*

12. *Sapientissimus hominum est, qui fines respicit.*

13. *Qui non discernit bonum à malo, adjunge eum bestiis.*

14. *Non est Sapiens sapiens, donec cupiditates suas omnes vincat.*

15. *Difficillima homini est sui ipsius cognitio.*

16. *Amor mundi & divitiarum, omnis peccati est origo.*

17. *Mundus cadaver est, & petentes eum canes sunt.*

18. *Ne te hominibus annumeres, quamdiu ira te superat.*

19. *Contentus est eo quod Deus tibi impertit; & eris dives.*

20. *Frequens ad homines accessus, adducit malum.*

21. *Perfectio est in tribus rebus (quæ sunt) Devotio in religione; patientia in adversis; & prudentia in vitâ.*

22. *Imperator sine justitiâ, est ut fluvius sine aquâ.*

23. *Ut Corpori ægroto utilis non est cibus; ita menti captæ amore mundi, non prosunt admonitiones.*

24. *Doctus sine opere, ut nubes est sine pluvia.*

25. *Qui patrem suum honorat, prolongantur dies ejus.*

26. *Dives sine liberalitate, est ut arbor sine fructu?*

27. *Iuvenis sine pœnitentiâ, est ut domus sine tecto.*

28. *Improbus mortuus est, etiamsi in mansionibus sit vivorum: at probus vivus est, licet migraverit in mansiones mortuorum.*

Ex duabus centuriis Proverbiorum Arabicorum, etiam ab Erpenio vulgatis.

29. *Obstrue quinque fenestras, ut luceat domus, & habitans eam.* Id est, *obstrue (vel coërce) quinque sensus corporis, ut luceat anima tua in luce vitæ.*

30. *Occlude ostium tuum adversus raptores*: id est, *Claude sensus tuos contra peccatum, ne te capiant hostes tui.*

31. *Nata in aquâ ante vesperam.* Hoc est, *Purifica te pœnitentiâ ante migrationem, ac priusquam superveniat tibi mors.*

32. *Accende lucernam tuam ante tenebras.* Id est, *Illumina te operibus bonis, antequam superveniat tibi mors.*

33. *Liberalis, vicinus est Dei, vicinus hominum, vicinus Paradisi, remotus ab igne inferni.*

34. *Qui vult vivere incolumis, separet se ab hominibus tacitè.*

35. Sta-

35. Stabilimentum fidei humilitas: labefactatio autem ejus præsumptio.

36. Quando non evenit tibi quod vis; velis quod evenit.

37. Quando audiveris virum loquentem de te bonum quod in te non est, ne credas: loquetur enim & malum de te, quod in te non est.

38. Opes & mundus transibunt, & durabunt opera bona.

39. O tu qui malè egisti in eo quod præteriit, esto benè agens in eo quod reliquum est.

40. Esto sermo tuus etiam vel non, ut sis verax apud omnes homines.

41. Cogita ingressum tuum in hunc mundum, & egressum tuum ex ipso: quia tu de nihilo factus es homo, & momento fies tanquam non fueris. Item considera qui fuerint ante te reges, præfecti, & nobiles: considera quomodo migrârint ex isto mundo; tu verò quemadmodum illi, migrabis.

42. Declina à turpitudine si audis illam, & sede tanquam cogitabundus non audires turpitudinem: id est, sermonem obscœnum.

43. Reges judicant terram, sapientes judicant ipsos reges.

44. Mi Fili, ne esto sapiens verbis, sed factis.

45. Homo sapiens est, quamdiu quærit sapientiam: ubi autem se putat ad ejus culmen pervenisse, desipit.

46. Sapiens quidam Arabs negabat sapientem esse, qui aut minorem se contemneret aut majori invideret, aut præmium acciperet pro sapientiâ suâ.

Ex Ian. Drusii apophthegmat. Ebræorum ac Arabum lib. 3.

47. Cujus facta dictis non respondent, si quando aliquem reprehendit, ejus oratio cadit super corda; quemadmodum pluvia cadit super lapidem.

48. Sapiens quidam Arabs rogatus, quid optimum esset in homine? tolerantia, inquit. Quid pessimum? ultio sive vindicta.

49. Fertur de eodem, eum semper hilari vultu fuisse: cumq; ex eo quidam quæreret, cur nunquam tristis esset? ipsum respondisse: nihil se unquã possedisse, ob quod amissum dolere aut tristis esse debuerit.

50. Qui non fert placidè castigationes Dei, ejus stultitia non est remedium.

51. Qui non vincit luctum patientiâ, ejus mœror longus erit.

52. Qui non contentus rebus necessariis, alia quærit, sibi adimit usum eorum, quæ habet.

53. Ne crede te sapientem esse, donec eo animi robore fueris, ut possis regere cupiditates.

54. In-

54. Interroganti, quodnam bellum honestissimum esset? Illud, inquit, sapiens Arabs, quod contra voluptatem geritur.

55. Qui obtemperat cupiditati, abnegat creatorem suum.

56. Et digno & indigno benefac. Primùm, quia te dignum est, ut ita facias: deinde quia sic praecepit Creator, inquiens, cùm esurierit inimicus tuus, ciba eum pane, &c.

57. Idem Arabs rogatus, quid esset fiducia in Deum? quâ Deo, inquit, fretus homo, res suas omnes ei committit.

58. Praestat beneficiis & benevolentiâ regnum tenere, quàm vi ac metu. Quid enim prodest possessio corporum? nam possessio ea demùm vera est, quâ quis corda & animos possidet.

59. Nemo, inquit sapiens ille Arabs, me dilexit quem non vicissim dilexerim sincerè, per omnem vitam meam. Nemo me odio prosecutus est, pro quo non oraverim Deum, ut illi meliorem mentem daret.

60. In cultu divino, nihil melius silentio & spe.

61. Iactabat ille idem, se nunquam vindicasse, injuriam sibi illatam, aut malum malo reddidisse. Quaerenti causam: quia, inquit, si vir honoratus erat, qui injuriam faciebat, aequum erat eum ferre; sin stultus erat, non decebat me cum stulto contendere.

62. Cui Deus largitur animum bonum, is est ex Filiis futuri seculi.

63. Ne gaude cùm ceciderit inimicus tuus: nam nescis quid tibi eventurum sit.

64. Caput fidei est, Dei ejusq; praeceptorum reverentia.

65. Deus alta deprimit, & depressa exaltat. Quocirca deprime te ipsum, ut ipse te exaltet.

66. Reputa te pauperem esse, cùm eris dives; quia futurum est, ut separeris à divitiis per mortem.

67. Qui restrictus est ad largiendum tenuibus; in ejus pecuniam Reges, Deo ita decernente, dominatum obtinebunt.

68. Cor durum, procul abest à Deo.

69. Cui anima chara est, is parvi pendit hunc mundum.

70. Qui suam animam amat, eam occidit. Morte videlicet secundâ, quae dicitur animae mors.

71. Asserunt Arabiae sapientes, duas esse mortes; quarum alteram natura, alteram voluntas praestat. Homo enim moritur, cùm anima corpus relinquit, solutum lege Naturae. Mors quinetiam dicitur, cùm anima adhuc in corpore constituta, cupiditates & mundi illecebras contemnit. Hanc dicunt efficere, ut qui eâ moritur, vivat in aeternum, nec mortem illam alteram obeat.

72. Rex Indorum, cuidam ex famulis suis schedulam dabat, cùm hoc man-

mandato, ut sibi eam schedulam ostenderet quotiescunque irasceretur. In eâ perscriptum erat; Remissum te prabe: non enim Deus es, sed corpus, cujus pars partem absumet, & à vermibus ac lumbricis corrosum in pulverem redibit.

73. Sapiens quidam fundum vendiderat 80000. aureis denariis; cumq; ei amici suaderent, ut partem illius pecunia thesaurum liberis reponderet, dixit: Reponam hunc thesaurum universum apud Creatorem, liberis autem meis relinquam pro thesauro ipsum Creatorem. Quod cùm dixisset, erogavit omnia pauperibus.

74. Interrogatus idem, quis felicissimè negotiaretur? Is, inquit, qui vendit bona peritura, hoc animo ut sibi comparet stabilia & duratura.

75. Principium luctus, est diligere mundum.

76. Cùm ob calamitatem publicam, Cives cujusdam oppidi in luctu essent; sapiens noster, quasi nihil ad se pertineret illa calamitas, non admodùm afficiebatur. Ibi Cives quarere ex eo, cur non esset tristis cum aliis? Quia, inquit, si hac in somnio viderem, experrectus non tristarer: Ita nec nunc tristis esse possum, cùm sciam mundum istum universum, nihil aliud esse quàm somnium; quod abit, quoties homo expergiscitur.

77. Quî potest dulcis esse vita ei, qui novit Deum judicaturum nos de opere tàm bono quàm malo; ac redditurum unicuique secundùm facta sua?

78. Rogatus ille, quis longum dolorem sustineret? Is, inquit, qui Deo diffisus, in perpetuâ sollicitudine est de victu; cujus dolor sine fine est, & labor sine quiete: dùm non contentus sorte suâ, id concupiscit, quod Creator aliis largitus est.

79. Ne aliorum vitia patefacito, ne Deus tua patefaciat.

80. Ipsum Numen silentio & consensu optimè coli, asseverabat ille sæpè jam laudatus.

Denique ex Clenardi Epistolar. lib. 1. & hoc in Saracenorum laudem maxumè vergit, cùm ait: Nullus tàm durus casus eis contingit, ut fracti impatientiâ, redigantur in blasphemias: id quod latè patet in quibusdam regionibus. Verùm quicquid evenerit, non stomachantur, ut & nauta, sed illud habent in ore, LAUS DEO.

8. Nunc si vicissim fabulas, & impia ac nefanda dogmata Alcorani, enarrare vellem, operam certè perderem; ab aliis etiam, jam modò præoccupatam: nam & in hoc illustris Budovvez, multus est, fol. 155. & c. Horologii, ac plura quoque habet Postellus, d. Orbis Concord. lib. 2. cap. 14. & seqq. multis. Sed tamen stratagemata quædam, mundanæ & naturalis hujus religionis indicabo. Azoarâ 5. prohibet, ne ullus audeat

quòd ego sum nuncius ejus: quòd si hoc fecerint confestim salvabunt sanguinem & pecuniam suam. Terrore igitur percussi, multi mandato paruerunt, & salvi facti sunt à sanguinis effusione, & rapinâ, & nominabantur salvati seu Muselmanni. Est igitur ultima resolutio probationis omnium quæ in Alcoran leguntur, gladius. Idem Cusa, *lib.* 3. *cap.* 8. ita alloquitur Machometum: *Sed visus es mihi ô Mahumet, prætextu religionis, dominandi potentatum quæsisse, omnia enim in gladium resolvis, & gladio saltem ad tributum pervenire. Persuasisti quemlibet in suâ lege salvari posse, ac quòd Deus fidelium constantiam diligat, variantes verò nequaquam. Deindè accipis gladium, quasi illos velis ad veritatem compellere, quos animâsti constantes manere: sed das optionem ipsis, ut vel varient, vel tributum solvant. Quis non intelligit finem tuæ religionis, zelum & ritum tuæ legis tantùm ad hoc tendere, ut domineris? Tributo enim Deo & tibi aliquis satisfacit.* Libro eod. 3. cap. 6. *Adhuc dubito; postquam Deus toties tibi dixit, vim nequaquam propter leges inferas, in cap. 4 & cap. 15 ab incredulis quidem nil mali seu contumeliarum illis inferens, licet illi per irã & inscitiam de Deo male loquantur (cuiq; namq; gentium sua sibi placida formosaq; videri fecimus) recede: ad Deum autem cùm redierint, opera sua Deo pandente cognoscent. Et cap. 18. dicitur, quòd non sunt gentes cogendæ ad fidem: quia nisi Deo volente, nemo credere poterit, qui malos & indiscretos in suâ sorditie dimittit, ibi de hoc plura. Et cap. 56. Nullam illis castigando vim inferas, sed tantùm illis Alcoran explana, & in aliis pluribus locis. Quomodo, inquam, contra Deum tuum qui tibi hæc suasit, præsumis dicere, Deum præcepisse ut incredulos capias, interficias & spolies, cogas credere, aut tributum solvere? Deo magnam facies injuriam & contumeliam, apud quem coacta servitia, vitia sunt. Ideò vult servitores ex suâ liberâ electione sibi fideles & credulos.* At hæc politica & violenta, indicio mihi certissimo sunt, gerere Machometum, ejúsque asseclas, secundi Antichristi regnum. Nempe Machometus ac ex sententiâ protestantium, Papa; verè & præcipui sunt Antichristi, quatenus contra Salvatoris nostri præceptum, & primitivæ Ecclesiæ exemplum, religioni in hoc mundo, felicitatem & regnum quærunt, ac dissentientes, vel ferro, vel igne infestant: sicque fidem contra naturam spiritus, cogere volunt. Quibus ferè sunt æquiparandi, politicis qui arcanis religionem propagant, conservant, & sui status rationes singulares habent, callidas, occultas & perplexas: quibus etiam politicos, & quidem naris emunctioris, superant; quin & fallunt. Qui non à filiis seculi hujus, astutiâ superantur, sed superant eosdem; eoque se filios lucis non esse, iis quibus Spiritus Sanctus in corde lucet, manifestò produnt. Lubet & alia quædam de bello, bellisque Saracenorum addere ex Gulhelmo Postello,

qui lib 1.d. *Orbis Concord. in præfat.* ita scribit: *Postquam compendii & libidinis potiùs, quàm salutis popularium gratiâ, aut oboriuntur, aut diutiùs conservata augentur Imperia; proculdubio, licet quâdam specie, primâ fronte occasiones videantur justissimæ, contingit non infrequenter, non minus victoribus quàm victis bella attulisse ærumnarum, post seq; parem infelicitatis sensum utrisque populis reliquisse. Verùm ita divina permittente providentiâ, ob hominum improbitatem senio augescentem, à quo maluit alieno quàm suo arbitrio homo regi, hominémque alium quàm rationem ducem sequi, nunquam non est bellis attritus mundus. Hæc est neglecti officii pœna; hæc æterni, improbis & ab hac tantùm larvâ rerum humanarum pendentibus supplicii arra est: Piis verò, Dei, ad se suos per calamitates revocantis, signum beneficii. Ideo Deus optimus maximus compensare jacturam rerum externarum, & detrimenti in bellis accepti, aut festâ quâdam pace, aut legibus & meliori animorum cultu ferè semper solet. Sic factum est, ut quamvis Romani & Græci, quorum latissimè secundum populos Orientis patuêre caluêreque imperia, toto ex orbe nobis olim cognito reportârint victoriam, prædas egerint, non rarò crudelissimè victoriâ usi sint: tamen legum & morum natura magis affinium, ubivis seminaria & usum in detrimenti accepti compensationem reliquerint. Reliqua certè mutationum genera, ut quæ à Scythis & Barbaris accidêre, quicquid ornamenti & literis & moribus hæ duæ nationes contulerant, frequentiùs penè funditùs extirpârunt. Sunt itaque Barbarorum incursiones naturæ infensissimæ, & veluti in ejus perniciem omninò armatæ. Hoc tamen vel minùs mali habent, quòd quanto præsentiorem corporibus humanis cladem adferunt, tanto minora animis adferunt nocumenta. In summo enim felicitatis gradu ponentes corporis bona, nec multas, nec perversas leges adferunt; sed potiùs compositis rebus, & à bello respirantes, quum quâ ante uterentur felicitate & otio sub legibus suis populi victi considerant, eas leges amplectuntur. Id docent Scytharum & Gothorum multa, tàm in Asiam quàm Europam incursiones, Hunnorum, Herulorum, Alanorum, Saxonum, Normannorũ, Wandalorum, Longobardorum insultus, & fixa ubivis in Europâ sedes. Leges enim illi omnes à victis accepêre, quum propter utilitatem, quum ob literarum & disciplinarum ignorationem. Imperia ergò cætera hoc habent, aut ut leges & cultum loco prædæ victorlæq; victis adferant; aut ut labem corporibus tantùm, non item animis fœda cujusdam superstitionis cæcitatem ingerant. Vna verò Arabica colluvies, tàm fœdam & corporibus & animis invexit cladem fermè in universo orbe, ut quicquid unquam pestium expertus antè est, in felicitate id ponere debeat, si rerum justâ comparatione utatur. Præterquam enim quòd id suadet impia persuasio, nil esse præstantius, nullamque ad felicita-*

tem

tem viam compendiosiorem, quàm si nomine dissentanei dogmatis, quotquot sunt mortales conficiat; qui in ejus verba juravit, perpetuum pradonum seminarium, etiam inter suos, nomine militum Dei alit, fovet, tutatur, & colit misere lactata gens, tenebrisque plusquam Cimeriis capta. Quum itaque Deus hominem, cujus causâ catera constant, durationis causa creaverit, leges, Imperia, & quotquot genera sunt magistratuum, ejus unius in vitâ diutissimè conservandi rationem inprimis habeant, omnia & corporis & animi adminicula, undique reipubl. habenas moderantes ejus ergò conquirant, cumulent, servent; una hac perfidi Tyranni lex, aut horribus Furiis, contra Dei Majestatem, Natura humana incolumitatem, animorum & corporum salutem, pacemque publicam insurgens, & armata tantam mortalibus cladem, rebusque omnibus, praterquam voluptati & vitio, perniciem attulit, ut revera Orbis vastitas nuncupari possit, & debeat; ut quanec suis pace, nec externis quiete frui unquam permittat. Viginti millia Vrbium olim Ægyptus habuit; nunc vix decem municipia, & sex Vrbes: utranque Asiam plusquam dena millia Vrbium olim ornabant, nūc ducenta vix supersunt. Vasta omnia, dumisque & sentibus ob Nomades Religioni adscriptos milites obsita. Et quoque, quantum infelicitatis sub Saracenicâ lege respublicæ patiantur, prolixè deducit idem Postellus *2. d. Orb. Concord. cap. 19.* Sed pergamus, in enarratione Stratagematum Mahumetanorum Azoarâ *9. conqueritur de Iudais & Christianis, quòd vetus & novum Testamentum depravârint*: (id quod tamen gnaviter refellit Ficinus *cap. 36. de relig. Christ.* & hunc cardinem esse disputationis cum Saracenis, rectè judicat Clenardus, *lib. 1. Epist. ad Latomum f. m. 70.*) & indè porrò satagit argutari, sibi suoque Alcorano soli credendum esse. Sicque Azoarâ 24. *Nulla alia scripta legenda contendit, at ne quidem Davidicos Psalmos*: Et Califæ in Baldach; ubi studium ejus sectæ fuit, inhibuerunt Evangelium & Philosophiam publicè legi. *Cusa 2. cap. 1.* ne scilicet suboleat fraus; cùm tamen alibi, & etiam quamplurimis in locis Alcorani, S. S. Scriptura expressè confirmetur. Stratagema aliud est; quòd hominibus mundanis, & regnum colligere intendens mundanum, Paradisum talem promittit, ubi omniū desideriorum carnis esset complementum. Et quamvis alicubi, etiam mentionem faciat intellectualis felicitatis; non tamen eam completè describit, quod & fatetur Avicenna, in Metaphysicâ suâ: ubi dicit, Mahumet corporalem describere felicitatem, quódque intellectualis, illâ multò excellentior, per sapientes meliùs describatur. Cusa 2. *cap.* 18. Tandem etiam astu, ut puto singulari, omnia probat; & Azoarâ statim *2. omnem rectè viventem, Iudaeum seu Christianum, seu lege suâ vel ctâ in aliam tendentem; omnium scilicet Deum adorantem, bonique gestorem,*

Sanctus in Prophetis meminit, quum sermo sit de vocatione gentium ad regnum Christi: velut Psalmo septuagesimo primo: Reges Arabum & Saba dona adducent. Et iterum; vivet, & dabitur ei de auro Arabiæ, & adorabunt de ipso semper, tota die benedicent ei. Et Esaia capite sexagesimo, ubi sub nomine Hierusalem, sermo est de Christi Ecclesiâ ex Iudæis & Gentibus congreganda: inundatio camelorum operiet te, dromedarii Madian & Epha. Omnes de Saba venient, aurum & thus deferentes, & laudem Domino annunciantes, & reliqua. Verùm Episcopis ad privatæ rei studium conversis, & negligentibus suum munus; Principibus quoque magis incumbentibus expilationi plebis, quàm studio tuendi & conservandi veram religionem, in populis creditis à Domino Deo suæ fidei, persequentibus insuper studiosos syncera pietatis (ut fecit Imperator Valens, Arianâ impietate depravatus; & Episcopus Lucius, ejusdem hæreseos sectator) plebs misera, velut oviculárum grex Pastore destitutus, abiit in diversas opiniones, & secuta est affectus suos pecuinos: ut omnes homines naturâ sunt proclives ad malum, & semper indigent habenis, ut in viis Domini rectâ pregrediantur. Hinc cœpit res Christiana inclinare ad occasum apud Arabes, ut paulatim Ecclesiastica disciplina & Christi noticia exolescerent; & divinæ Scripturæ nomina, & umbra quædam tenuis relinqueretur. Simul etiam liberalis educatio juventutis, & artes bonæ expirârunt. Ut horrida barbaries tandem, & densa ignorantia omnium rerum bonarum, planum aditum præberent Principi tenebrarum, ejusq; legatis artificio decipiendi egregiè instructis, omnia transigendi pro suâ pessimâ libidine in populo infelici. Incidat & causam tantæ pœnæ, Guil. Postellus, *d. Orbis Concord. lib. 2. in præfat. fol.* 134. dum ait: *Græca Ecclesia opibus ad luxum est abusa: nunc illa cedunt militi, & vires ad eam opprimendum faciunt: Ita instituit Deus, ut postquam diutiùs nos ad pœnitentiam expectâvit, invitos trahat: & quibus rebus in perniciem & luxum superbiamque utimur; illas aliò tradúcit, ut afflictionem quidem, non autem voluptatem indè recipiamus. Immanis ille Tyrannus Muhamedes, qui Constantinopolim cœpit, quum opum acervos, quibus Patriarchatus diffluebat ornatu, pompáque, & rationum libros cerneret, fertur dixisse: ô impii homines, in caput vestrum hoc recidet: Vos his opibus tàm copiosis contra leges vestra præscriptum abutentes, ruinam vobis accelerâstis: faciam ut posteritas luat peccati vestri pœnas. Militi res Christianas affligenti; hæc pecunia cedet.* Superbia magnatum, plebisque oppressio, pariter Saracenis victoriam reddidit faciliorem; dùm non gravè tenuioribus fuit, dominum mutari, & dum justa Nemesis, servos reddere fategit peregrinorum, qui fratribus duriter nimis imperitabant. Nam ut Haython, *in Orientis historiâ, cap. 52.* attestatur: *Imperator Græcorum consuevit*

terra-

terra Ægypti dominium obtinere, & per Duces & rectores terram illam regebat, qui redditus colligebant, & Imperatori Constantinopolin transmittebant, & duravit dominium Græcorum usque ad annos Domini D. CC. III. Aegyptii verò, nequeuntes pati dominium Græcorum, à quibus mirabiliter gravabantur, reddiderunt se Sarracenis, & elegerunt Dominum super eos quendam de progenie Mahumeti, quem vocaverunt Caliph, & tenuerunt isti dominium Aegypti annis CCC. XLVII. Sic & Salomon Schweigger in seiner Reißbeschreibung, *lib. 3. cap. 43.* in descriptione Candiæ, scribit: Da aber man noch in solcher Freyheit/ was die Griechen für Leut sein/ vnd wer sie vor zeiten möchten gewesen sein/ sonderlich aber die Gewaltigen vnd der Adel/ wie derselbig stoltz/ vbermütig/ dem Wollust ergeben/ Tyrannisch der die Vnterthanen schindet/ vnnd jhnen die Haut vber die Ohren abzeucht/ hurdurstig/ frech/ *quicquid libet, licet.* Die Vnterthanen müssen den vierdten Theil jhres Einkommens der Obrigkeit geben/ wann sie anderst nicht die drey Theil noch darzu nimbt/ schenden den Vnterthanen die Weiber vnnd Töchtern/ vnd treiben grossen Muthwillen. Tandem de sectatoribus Saracenicæ legis, caussisque tanti progressus, subjungere volui judicium F. Richardi, monachi, ordinis Prædicatorum, quod est apud Duret, *hist. des langues. cap. 46. fol. 431.* ubi ita scribit: *Notandum est, quatuor esse partes eorum qui tenent errorem Machumetis, prima eorum qui ingressi sunt Saracenismum per ensem: qui etiam nunc suum errorem cognoscentes, resipiscerent libenter, nisi eum propter ensem timerent. Alia pars est eorum, qui decepti sunt à Diabolo, credentes vera esse mendacia. Tertia pars eorum, qui nolunt discedere ab errore majorum suorum, sed dicunt se tenere ea quæ sui Patres tenuerunt: à quibus maximè discedunt, qui pro idololatria quam priùs tenebant, Machumeti sectam tanquam minùs malam, sine dubio elegerunt. Quarta eorum, qui propter indulgentiorem & remissiorem vitam, & mulierum multitudinem, & alia licentiora, potiùs in hîs immunditiam, quàm æternitatem futuri seculi elegerunt, & hi concordes sunt, qui apud eos sapientiores appellantur. Et qui literarum peritiam habent, non credunt legem suam esse veram, vel bonam simpliciter, sed vehementia voluptatum sedat judicium rationis, ut dicit sapiens. Sicut & multi literarum experti apud Christianos non servant Evangelii legem, etsi credant veram esse, & bonam; sed potiùs imitantur viam Alcorani, quamvis credant in veritate, malam & erroneam. Et hujus rei argumentum utrinq; est. Transmutantur enim quidam Saraceni in Christianos, & Christiani quidam efficiuntur Saraceni. Christianus quidem nunquam in morte fieret Saracenus, sed in vitâ: Saracenus autem in morte po-*

ciùs fit Christianus, quàm in vitâ. Vterque igitur eorum potiùs eligit Christianus mori, quàm Saracenus, nisi aliquo modo vi impediatur.

X. Exoptatam quoque Mahumetismo introducendo præbuit occasionem Arianismus, aliæque consimiles sectæ in Orientis regiones effusæ: quarum spinosæ & intricatæ disputationes effecêre, ut ferè jam nemo in suâ fide certus esse, & dùm de religione acerrimè disceptabant, qui in corde neque Deum agnoscebant, nec proximi rationem habebant, nemo suæ devotioni tutò inhærere posset. Et nunc considera pie lector, fructus qui subsequuntur curiosas, & charitate carentes disputationes, ex zelo qui non est secundùm scientiam, profectas; cùm ex ratione & Philosophiâ mysteria fidei dijudicamus, nec sequendo magis quàm disputando, adprehendere volumus Christum; cùm initium sapientiæ nostræ non Domini timor, sed Peripateticismus & corrupta ratio est: quas prophanas corruptelas, meritò justus Deus, puro puto punit atheismo. Et quoque est Alcoranus, colluvies sectarum multifariarum, nec ferè ibi in effectu aliquid invenitur novi, sed sentina humanarum de religionis negotio opinionum: quod pluribus evincit Bibliander, *in Apolog. editioni Alcorani præfixâ, ß. b. & seqq. multis.* Quin & hodiè aliud nil magis obstare videtur, quo minùs Saraceni, ut & Judæi, aliæque gentes, ad Christum convertantur; quàm quòd Christianismus in ceremoniis ferè, non in cordis puritate, & operibus quæ coram hominibus lucent, apud plerosque hodiè consistit. Quâ de re, & illustris Budovvez, *in circulo horologii, fol. 223.* ita scribit: *Verißimum est, quod sæpe cum Græcis collocutus sum, & diligenter illis inculcabam: nempe firmißimum esse illud axioma; impoßibile esse, ut Iudæi, Turcæ, & quævis gentes externis ritibus, & ceremoniis, & commemoratione perpetua succeßionis in iis servandis, convertantur, & Christo lucrifiant. Quin potiùs hæc omnia illis scandalo, & offendiculo sunt: & ut liberiùs cum Apostolo dicam, talia sunt; per quæ nomen Dei blasphematur inter gentes; id est, omnia beneficia Christi, quæ ad internum hominem erudiendum, & fidem in ejus corde, per verbum Dei formandum pertinent: ea, inquam, omnia à Græcis in spectacula, & quasi in quandam Comœdiam transmutantur: id quod videre licet coram altari eorum in peragendis sacris suis; deindè in conspersionibus, lampadibus, deambulationibus, sacra sua, & reliquias Sanctorum populo demonstrando, cunas Christo infanti apparando; eûdem sepeliendo. Quid quæso illud aliud est, quàm omnia beneficia Christi, Iudæis & Turcis, ludibrio instar fabellæ alicujus, exponere? adeò ut me aliquoties spectante, Iudæi, & Turcæ etiam ex remotißimis Asiæ locis, dùm talia spectacula ab illis peragerentur, filios suos pueros, ad illa spectanda adducerent, inculcantes eis: ut discerent Gojos, id est, infideles, qui Deos sibi fa-*

bi fabricant, & eos colunt: contra quos quoq; eò ardentiùs tanquam contra idololatras, & gentem omnis judicii expertem, pugnandum esset. Et videmus quoque ipsum Alcoranum, Idololatricas, & absurdas, nimisque humanas de Deo opiniones subindè impugnare: eoque veriorem etiam Christianam religionem, populis reddidisse exosam. Sunt sanè Machometani, qui non abhorrent à devotione, quâ si animus imbutus, facilè credit mysteriis nostræ confessionis. Et mirum est, quod Aubertus Miræus, *in elog Belgicu fol. m. 56.* ac etiam Henricus Sommalius, è Soc. Jesu, *in epist. illius libelli editioni præfixa.* de aureo Kempisii libello (quo Christi imitationem, & mundi vanitatem efficacissimis argumentis inculcat) referunt: *Cum societatis Iesu Sacerdos quidam, ante annos plùs minùs XXX. Argirium Mauritaniæ profectus esset, lytrum captivis reducendis laturus; Rex eum in suam duxit Bibliothecam, variâ librorum supellectile instructam: varios hîc illi Codices visendos porrigit, atque in his libellum hunc vulgari barbarorum linguâ redditum; adjecitq; pluris se unicũ illum facere, quàm reliquos omnes Mahumetanorum. Præclarum sanè vel ab hoste expressum testimonium: quod, nisi gravissimis testimoniis niteretur, incredibile videri posset.* Sic & Ludovici Granatensis opera quædam, in Linguam Arabicam esse versa, ac à Turcis in pretio haberi; notat ille qui vitam B. Granatensis conscripsit. *cap. 5. fol. m.* 38. Et ita vani sunt Sociniani, cùm non per hanc semitam & stultam Evangelii prædicationem, in viam reducere Mahumetanos; sed in abnegandâ Christi divinitate (præcipuo Christianæ religionis fundamento) cum iisdem consentiendo, fœdere execrabili, nos cum illis unire volunt: ejúsque Consilii testimonia luculenta, in Photinianorum scriptis extare ajunt. Quod si est, nil aliud id esse videtur, quàm naturalem introducere Theologiam, extinguere spiritum qui anima scripturæ, fidem alligare rationi, & devotionem, vitámque Christianam transmutare in philosophicam probitatem. Ac porrò Apostatæ quoque, qui à nostrâ religione ad Mahometismum desciscunt, & quâdam eruditione, seu ratione præditi sunt, meri existunt Atheistæ. Quod & illustris Budovvez, *in horolog. fol.* 177. historiâ quâdam rei gestæ evincit, ac de apostatâ quodam Italo, in philosophicis scriptis versatissimo, & Dei etiam verbi non ignaro, refert: Eum ab ipso Budovvez interrogatum, *si quam scintillulam conscientiæ haberet, ut pensitaret, illas nunquam à condito mundo auditas fabulas, quæ in Alcorano impudentissimè, contra propriam rationem, confictæ sint. Ibi Apostatam, siquidem Atheista erat, & aulicus, non tàm irascendo, quàm ridendo respondisse, & quidem jurejurando; se nihil insulsius in vitâ legisse, quàm Alcorani fabulas: quibus sicuti fidem non praberet; ita neque veteri, & novo Testamento se credere. Itaque me-*

ritò

ritò Lucianum irrisisse omnes religiones, dicentem eas esse meras & stultas, vel simplicium hominum opiniones; vel ad conservandum ordinem politicum constitutas: & eas mutari cum Imperiis, & regnis, & inclinationibus adfectuum humanorum. Et pergit auctor: quod cùm audivissem ex Apostatâ, respondi; En fructum tui Mahometismi, & fidei veræ ad cælum ducentis: quâ tantoperè gloriando, jam aliquot ex Christianis tui similibus seduxisti. Ad qua ille replicando, & sæpè ridendo respondit; mundum decipere & velle decipi: Deum terram dedisse incolendam hominibus, & cælum sibi reservâsse. Quare nihil consultius esse, quàm ut Christiani, relictis de religione certaminibus, faciliorem cum Turcis, unam religionem (in quâ non opus sit tot libros evolvere, tot censuris Ecclesiasticorum subjectum esse, & res naturales pro peccatis fingere) eligant, & ita unum fiant.

XI. Non inutilis pariter meditatio est; haut casu, magnam potentiam in hoc mundo, & simul spiritualis vitæ neglectum, apud Saracenos inveniri: sed hæc omnia divinitùs jam diù ante prædicta fuisse. Magna est adeò Arabica lingua, ut & hodiè nulla, nec etiam olim ulla fuerit unquam, quæ tot in orbis partibus habeat locum: & nunc vix tertia noti orbis pars, eam non agnoscit; idque solùm fit occasione Alcorani, qui in eâ linguâ est conscriptus. *Bibliander de ratione communi omnium linguar. Duret. cap. 46. fol. 430. &c.* At hæc proveniunt ex Ismahele filio Agar, (autore Ismaëlitarum, Midianitarum & Saracenorum. Drus. *in frag. interp. Græcor. in Genes. fol.* 50. Aldrete. *lib.* 3. *des antiquitates. cap.* 4. & *lib.* 4. *cap.* 26.) qui non est hæres benedictionis æternæ; sed tantùm rerum naturalium possessionis. Genes. *cap.* 16. 17. (ubi Gualtper. *in collat.*) *cap. item* 21. & 25. Hæque benedictiones difficiles reddunt victorias contra Turcas. Testatur etenim de Ismaële scriptura sacra, eum in ipsâ pueritia cœpisse illudere Deo & hominibus, ac persequi fratrem suum Isaacum: quod idem conspicitur in Mahumetanis. Verificatur in posteris Ismaëlis id quod ad Galat. *cap.* 4. *ver.* 30. dicit Paulus: Ejice filium ancillæ, non enim erit heres. Dicti autem olim fuêre Agareni, etiam Ismaëlitæ, & quod vocantur Saraceni, non id fit à Sarâ; sed ab Arabico אלסרק (Alsarak) quod est, nomades, seu prædatores: Covarruv. 4. *var. cap.* 9. *Duret. cap.* 45. & 47. *fol.* 440. &c. quales sunt, qui Turcis dicuntur Tartari, aut Cosaki; à quibusdam Martolossi, vel Bandolieri in montibus Pyreneis. Et certè Arabes etiamnum hodiè rapinis victitant, ceu genus hominum vagum: à quibus ideò adagium est ortum; ut Arabs in deserto. *Ierem.* 3. 2. & *Ezech.* 38. 13. Arabes porrò dicti sunt ab Hebraicâ voce, ערב (Arab) vespera; quæ

dicitur à miscendo, seu commiscendo, quia tunc lux tenebris miscetur: tropicè est mixtura variorum populorum, turba miscella. *Ierem.* 25. 20. 24. Ubi Kimchi scribit, Arabes vagos & mixtos, habitantes tabernacula intelligi; *Adde Lex. Schindler. verb.* ערב qui ob id Plinio dicti Scenitæ, pastionibus inprimis vacantes. Undè νομάδες dicti ἀπὸ τοῦ νέμειν, à pascendo: quod præter alios Esaias innuit *cap.* 13. *vers.* 20. Neque figet tentorium ibi Arabs; scilicet ad pecus suum pascendum. *Caspar. Waserus. in Comment. ad Mithridatem Gesneri, fol.* 93. *b. & c.* Quódque Saraceni etiam ante Mahometum, ita fuerunt dicti; adparet ex eo: quòd tempore Valentis Imp. suppetias tulerunt Constantinopolitanis, eóque misit eorum Regina Mavia. Erant Saraceni ita dicti, cùm adhuc idololatræ erant, & Venerem cùm primis colebant, nec Mahumedem noverunt. vid. Vitas Petr. *in Hilar.* Selden de Diis Syror. *syntag.* 2. *cap.* 4. *fol.* 95. *&* 100. Ac in dictis Vit. *in vitâ Malchi*, qui Saraceni, paulò post Ismaëlitæ vocantur. Et passim in commentariis Rabinorum, Lingua Arabica, Lingua Ismaël interpretatur. Drus. *in fragm. fol.* 114. Tempore Theodosii Junioris Saraceni, in auxilium Persarum profecti; miraculo territi fuerunt. Hist. Tripart. *lib.* 11. *cap.* 15. Saracenos ponit Ptolomæus in Idumæa. Sr. d. Guyon. 1. *d. divers. leçons. c.* 5. *tom.* 1. Agarenonorum mentio fit Psalm. 83. v. 6. Ismaëlitarum meminit Origenes *in Philocal. fol. m.* 363. & ait, famam esse, eos 13. anno circumcidi. Imò Ammianus Marcellinus, aliique historici Romani habent multa de Saracenis v. Indicem Sylburg. *in hist. minores Romanos.* Pariter S. Hieronymus, *ad cap.* 9. *Hierem. ad fin. ac alibi passim* v. *ad not.* Erasmi, *in epist. B. Hieron ad Chromatium. incip. Non debet charta.* ait, Saracenos in solitudine habitare, & esse Ismaëlitas. Etiam benedictionem Ismaëlis diversam ab eâ quæ facta fuit Isaaco, hûc adplicat Illustris Cusa *in Cribratt. lib.* 3. *cap.* 13. *& seqq.* ubi inter alia ita scribit. *Vivit in sempiterno semine suo Abraham, & quomodo vivit? non secundum carnem, modo quo in Ismaële filio suo Pater Abraham vixit, qui fuit filius secundùm carnem, non secundùm repromissionem; sed secundum Spiritum, modo quo vivit Spiritus credentis in promissu Dei. Pactum igitur Abrahæ cum Deo, quod esse debet sempiternum, continuatur per Isaac, non per Ismaëlem, scilicet in semine carnis.* Paulò pòst: *Nunc attendite vos Arabes, quomodo vos ex Ismahele secundùm carnem geniti, non estis in fœdere & pacto Abrahæ cum Deo, sicut filii promissionis ex Isaac: & nullam habetis partem hæreditati Abrahæ, quia ex ancillâ Agar geniti, & adversarii Spiritus sicut caro semper est contra Spiritum. Et non potestis esse benedicti in semine Abrahæ, nisi sitis filii Abrahæ in Spiritu per fidem; & tunc assequi poteritis re-*

pro

promißionem benedictionis in Christo, qui est finis & complementum promißionis. Intelligite igitur, fidem spiritu capi & terminari in Christo vivo, vitá immortali & sempiterná: cùm sic sit filius hominis, quod & filius Dei, qui solus est immortalis. Præfigurantur ergò in Ismaële omnes terreni, quique oppositi sunt veris Saraitis, seu filiis Abrahami: illorúmque symbolum gerunt Saraceni. Et quoq; carnalibus benedictionib. Ismaëlis, innituntur prognosticationes Alcorani, de Saracenorum felicitate, admirandóque successu in bellis, aliorúmque oppugnatione: quódque dicitur Azoarâ 18. *Tu nuntie, me tui tuorúmque factorum adjutore, tuis pugnam persuade. Tui namque viginti sustinentes & indurantes, ducentos alios superabunt: & centum vestri, cæterorum mille, quia sunt indiscreti. Deus autem hoc primò propter vestram debilitatem faciens, nunc imminuit. Si centum enim fueritis, eorum ducentos vincetis: & vos mille cæterorum duo millia Deo præside indurantium sustentamine. Prophetarum alicui captivos habere usque quò terras expugnásset, nondum accidit. Sed vos hunc mundum, Deus autem sapiens & incomprehensibilis alium diligit.* Addo & hoc ex Postelli tractatu de Originibus, cap. 18. *Non secùs erat necesse, primogeniti Abrahami benedictiones, quæ multæ sunt, quàm secundo geniti compleri. Sunt verò multæ tàm Hagaræ matri, quàm Abrahamo Patri datæ; quibus Reubenicæ, Isacharis & Zebulonis accedunt, similiter omnium primogenitorum, suo loco motorum: Ideò tantus fuit rerum splendor, idololatriæque profligatio à conatu Muhamedis Ismaëlitæ.* Ubi quoque alia eum in sensum habentur: mox namque addit: *Sed nationes præcipuæ, quæ hodiè agnoscunt Alcoranum, sunt Medi, Persæ, Turchæ & Tartari. Turchorum vocabulum derelictos sonat, quia primùm venêre ex eâ regione, in quam translati erant Israelitæ ad suscipiendam legem. Et quia non omnes una venêre, sed reliquerunt ultra montes Imaos Caspiósque majorem suorum partem, quæ Tatar, id est residuum dicta est: ideò ante 300. annos divinitùs sicut & Mosi, aperto mari septentrionali Duce Cha gio Chan, ad castigationem orbis, & Alcorani (ubi defuit Eva ge ium) sus e tionem educti sunt.* Eadem adprobat doctissimus simul & nobilissimus Mornæus, *d. verit. religionis Christ. cap. 26. fol. m.* 516. ubi de transmigratione decem tribuum agit, eósque Tartaros ac Turcas esse censet [illegible] & Duret. *hist. des langues. cap. 48. à princ. & cap. 49. fol. m. 517.* Bibliander *d. Fatis Monarch. Rom. fol. 77.* Dissentit tamen Nic. Fullerus, *miscell. Sacrar. 2. cap. 5.*

XIII. Sed nunc demum vel conjecturas vel prædictiones, de fine & interitu Mahumeticæ Sectæ adponam. Quâ de re ita scribit Theodorus Bibliander, *De rat. communi omnium linguarum*, & ait: *Est vaticinium celebre inter Mahumetanos, de Imperio ipsorum occasuro per gladium*

dium Christianum. Quod vehementer exhorrescunt tàm viri quàm fœminæ, verùm non sine causa meo judicio. Unde eum Spiritum ille fuerit, qui vaticinatus est post occupatum aureum malum, hoc est, sedem quondam Imperii Romani post multas calamitates Christianis illatas à Mahumedicis, gladium Christianum longè lateque pervagaturum esse per ipsorum Imperium; existimo illud congruere oraculo, quod per Iohannem edidit Christus, in suâ revelatione 10. cap. Christum post apostasiam, horrendámque deformationem Ecclesiæ, sub finem mundi, rursùm occupaturum Insulas, & continentes partes mundi: quod perficietur gladio verè Christiano, quod verbum Dei est; ut Iohannes, ut Paulus, ut Petrus, ut Apostoli & Prophetæ, quorum scripta sunt reliqua, iterùm prophetent gentibus & populis, & linguis, & regibus multis. Apponam igitur prognoma illud linguâ Persicâ, Latinè interpretatum à B. Georgievitz. Imperator noster veniet, Gentilium Regnum capiet, rubrum malum capiet, subjugabit septem usq; ad annos; Ethnicorum gladius si non resurrexerit, duodecim usque ad annos in eos dominabitur, domum ædificabit, vineam plantabit, hortos sæpe muniet, filium & filiam habebit: duodecim post annos Christianorum gladius insurget, qui Turcam retrorsùm profligabit. Parilia *in explic. somnii Esræ* habet idem Bibliand. *fol.* 131. Refert etiam Johan Wolffius Lection. memorabil. *Tom.* 2. *centenar.* 16. *fol.* 803. Franciscum Sansovinum edidisse libellum, anno 1570. 26. Aprilis, in quo vaticinia quædam, & inter cætera de Turcico quoque Imperio, recenseat: *Quòd & Turcæ & Iudæi, Mahumetúm magum fuisse, confiteantur, ipsiusque leges non ultrà mille annos duraturas, prædictum sit. Item Dominum decimum quintum, Imperio Turcico finem impositurum esse. Idem de Leone Sopho Cæsare Constantinopolitano refert, eum præstantissimum fuisse Astrologum (quod ipsum & Zonaras testatur) ac in quodam suo libro, sequentia verba reliquisse: Familia flava cum competitoribus totum Ismaelem in fugam conjiciet, septémque colles possidentem, cum ejus possessionibus capiet. Porrò in dicto Leonis libro, columnæ cujusdam mentio fit, Constantinopoli extantis numerisque circumscriptæ: quos S. ibidem Patriarcha ita interpretatus sit; ut omninò cum ipsius Leonis explicatione consentiat, dicens: Venetianos atque Moscovitas Constantinopolim capturos; & post quandam inter eos rixam & contentionem, Cæsarem Christianum unanimiter electuros atque coronaturos.* Et quoque de conversione Mahumetanorum aliquando futurâ, ita scribit, *in Cribratorio*, *cap.* 3. *lib.* 1. Cusa: *Multi Christiani, sub Principibus sectæ Arabum, Christo devotius serviunt, & infiniti Christiani renegati: & Arabes, & ejusdem legis cum ipsis, timore gladii fingentes se illius sectæ, in horâ mortis profitentur se Christianos. Sicque finaliter facient omnes.* An Turcæ potestas & Imperium cessatura

tura sint, disquirit Rostius. in prognost. Theol. Vom Jüngsten Tag K. 3. Mentionem pariter facit Duret. *hist. des langues, fol. 575.* cujusdam Prophetiæ, quam magni æstimant Abyssini; *quòd nempe, aliquando Mecha, Medina, aliaq; fœlicis Arabiæ urbes, destruentur; Mahometíque & ejus symmystarum cineres dissipabuntur; hacque omnia facturus sit Rex aliquis Christianus, in regionibus septentrionalibus natus; qui pariter Ægyptum & Palæstinam sit occupaturus.* Jungi his potest Discursus, de futurâ & speratâ victoriâ contra Turcam, è sacris Prophetis, aliisque vaticinis, prodigiis & prognosticis depromptus, ac in lucem datus, per Iohannem Baptistam Nazarum, Brixiensem: qui habetur apud Wolff. *lect. memorabil. tom. 2. fol.* 884. & quoque Tractatus de futuris Christianorum triumphis in Saracenos, Magistri Iohannis Viterbiensis, scriptus An. 1480. & Parisiis ante annos centum impressus. Hæcque omnia, licet vana & fanatica multis videantur, ac etiam ratione temporis vel loci falli possint; certum tamen multi habent, adpropinquare quoque Saracenicæ legis ruinam. Nam sanè jam diu est, quòd disciplina & eruditio ab eâdem recessit. Eâ olim totum reliquum orbem superavit: quod ego *in tr. d. nat. popul. num.* 11. evici, Iosephi Scaligeri auctoritate, & insuper Galleott. Martius, *de doctrinâ promiscuâ, cap. 6.* ac Erpenius *orat. d. ling. Arab.* probant. & etiam prolixus est Duret, *hist. des langues, fol. 433. & seqq. multis. fol item 477. & seq. ac fol. 558. &c.* in commendatione Averrois, Avincennæ, aliorúmque Doctorum, qui quondam Arabicè in omni literaturâ scripserunt. Sed abhinc ante annos ducentos & quod excurrit, scriptorum industria refrixit, & in desidiam lapsi sunt Saraceni; ac nec intelligunt elegantias suæ linguæ: quod pluribus exequitur Clenardus, *in Epist. fol. 63. & seqq.* Turcæ etiam Saracenos Arabes oppresserunt, & ut vastatores dominantur. Ac certè nostri mali mores scandalum Saracenis præbent. vid. Ionville, *in hist. Ludovic. sancti Gall. Reg. cap. 19.*

CAP. X.

De unâ Religione & quemadmodum ea sit conservanda ac tuenda: ubi de pace Religionis.

NOn solùm precibus animorum, in cœlesti doctrinâ efflagitanda est Concordia; sed cuilibet, potissimùm magistratui summo, omnes dissen-

dissensiones religionis, sedulò præcavendæ atque avertendæ sunt, summisque eò admitendum viribus, ut una eàque religio, ubique locorum & civitatum, dominium obtineat; & quod in actis legitur, *cap. 4. v. 32.* ut multitudinis credentium cor sit unum, & anima una. Felix civitas est & beata respublica, verâ sanioris doctrinæ [illegible] nec ullum unquam firmius sperandum, concordiæ & [illegible], quàm si in unâ eâdemque verâ religione, consensu [illegible] devinciuntur cives. Pulchrè Josephus, *2. contra Ap* [illegible] Unam, inquit, habere & eandem de Deo sectam, vitæ verò & morum nihil differre nihil ab invicem; optimam moribus hominum posse efficere concordiam. Lætmatius, *2. cap. 1.* At verò eum optare in ipsa [illegible] in magnâ præcipuè republicâ vix liceat: hæreses quoque esse cùm oporteat, ut qui probati sunt, manifesti fiant. *1. Corinth. 11. vers.* 9. ac impossibile sit, aliquod bonum fieri, quin simul etiam pullulet malum. Chrysost. *in Act. homil. 33.* Indè rectè quæritur; An ne aliquando, in unâ (præsertim si magna sit) republicâ diversæ sint tolerandæ religiones, & discrepantes sententiæ de cultu divino? Hanc quæstionem jucundâ varietate illustrat Johann Gerhardi *in Coron. quæst. polit. per tot.* ac *in loc. de magistrat num. 314. & seqq.* Ærod. *rer. judicatar fol. m. 84. &c. ac 91. &c.* & addatur Camerar. *1. meditat.* 58. Monsieur de la Noüe, *discours. polit. & militair. 2.* Bartholom. Keckerman. *1. polit. ult. fol. 526.* Suscitabulum Benbellonæ de Godentiis, *part. 1. cap. 5. & 6.* Discursus anonymi, relatus *in tom. 5. des memoires de la ligue, fol. 665. &c.* Balthas. Meisner. *d. legib. fol. 340.* Dn. Justus Meier *in quæst. capitali.* & egi etiam eâ de re ego, *in dissert. de Iure Majest. Ecclesiast.* Ac item etiam falsam sectam, non esse armis depellendam docet auctor d. Saggi Morali, *della sapientia degli antichi, ubi de Diomede.*

II. Valentem Imperatorem, adversus Orthodoxos sævientem, Themestius Philosophus admonebat; ne quà ipsum caperet admiratio, de Christianorum in religione dissensione: eam enim perexiguam esse, si cum multitudine ac turbâ opinionum, quæ sunt apud Gentiles Philosophos, comparetur. Deúmque velle tam diversâ ac dispari opinionum ratione, suam gloriam illustrare: quò singuli ejus majestatem propterea magis revereantur, quòd non sit cuiquam in promptu, eum accuratè cognoscere. Socrates *Ecclesiast. histor. 4. cap. 26.* adde histor. Tripartit. *8. cap. 12.* & Procopii *historiam arcanam*, & ibi Alemannum *in notis, fol. 51.*

III. Sanè hic, Lupum, quod ajunt, auribus tenemus & inter Scyllam navigamus atque Charybdin. Primò, hoc moneo; non ad partem dextram nimis deflectendum, credendumque esse; omnes Religiones

giones à purâ mente profectas, intentionémque & conatum colendi Deum habentes, ei gratas esse; id quod Puccius & Libertini credere dicuntur, & etiam Wigelius, *in postill. Dominic. post. epiphan.* item *Domin. Quinquagesimæ & de vita Christi cap.* 40. ac item Stoici olim in eâ versati sunt opinione. Consentit Symmachus, *lib.* 10. *epistol.* 54. ubi ait: Æquum est, quicquid omnes colunt, unum putare. Item: Quid interest, quâ quisque prudentiâ verum requirat? Uno itinere, non potest perveniri ad tantum secretum. Non abnuit hoc idem dogma Thom. Morus, *in Vtopiâ*. Marsil. Ficinus, *de relig. Christian. cap.* 11. Martinus Cellarius (aliàs Borraus) *in tractat. de operib. Dei.* (ubi *fol.* 36. *b. &c.* dicit: non omnia esse vasa iræ, quibus Evangelium non illuxit) Johann. Binderlin, Anabaptista, *in tractat.* cui Titulus, Ein gemeine Berechnung vber die H. Schrifft. *D.* 6. *& multis seqq.* vide etiam in eodem ferè luto hærentem Michel d. Montaigne, *lib.* 2. *cap.* 12. *fol. m.* 480. Alios autores habet Rosvveid, *in Anticapello fol.* 62. *&c.* Et Capellus, *in Vindiciis lib.* 2. *cap.* 1. 2. 3. 4. Quod & placet Muhamedo, *in Alcor. azoar.* 2. Sciendum autem generaliter, quòd omnis rectè vivens, Judæus sive Christianus, seu lege suâ relictâ in aliam tendens: Omnis scilicet Deum adorans, bonique gestor, indubitanter divinum amorem assequitur, &c. Contra quos pugnat Trithemius, *quæst.* 2. *ad Maxamil. Imp.* Guil. Parisiensis, *de legibus, fol. m.* 28. *b.* Et etiam illi sancti Patres, qui hoc dogma fovent, haud approbãt contemptum omnium religionum, aut Vertumni mores, in fidei causis: qualis fuit tempore Juliani Ecebolus ille: sed tantùm excusant eos, qui nil aliter sciverunt. Et ex Ethnicis nonnulli, de veritate plura sciverunt, quàm profiteri fuerint ausi: quod Lactantius prodit de Cicerone, *lib.* 2. *cap.* 3. Religio potiùs, cùm sui naturâ una sit, & unionis certissimus auctor; ea una, quæ verissimum, verissimi Dei unius cultum continet, in republicâ plantanda, & quatenus fieri potest propaganda; contráque injurias & oppressiones hostium, contráque factiones hæreticorum est defendenda. Fuerunt tamen præter Judæos, & in gentibus nonnulli, quibus etiam vera religio (absque cæremoniis Judaicis) traditione cognita fuit. Bellarmin. *de verb. Dei cap.* 4. At contra Franc. Puccium, ex Catholicis Serrarius, ex Evangelicis satis prolixè scripsit Lucas Osiander Senior.

IV. At quòd Catholico-Romani, Hæreticos supplicio afficiunt extremo; unanimi ferè tantóque consensu, ut pro articulo Fidei istud habeatur, Majerhoff. *in specul. prædicat. fol.* 54. Bellarminus, *de Laicu, cap.* 21. *&c.* Carnin. *in Turri Babylon. fol.* 695. *&c.* Barclaius, in Argenide, *lib* 2. *fol.* 156. *&c.* Lætmatius, *lib.* 2. *&* 3. *per tot.* Decianus, *praxi. crimin.* 5. *cap.* 40. *&* 42. vid. Lips. Defens. posthumam *cap.* 5. Vernulæiũ.

lib.1.polit.tit.11.quaest.6.&c. Ut &, quod Wouvver. *ad Minut. Felicem Octavium fol.125.* notat: usitata illa supplicia, quibus in Christianos saeviebant Romani, non omninò iniqua fuisse, si humanâ ratione consideremus. Haec inquam, & si quae similia sunt nimis dura dogmata; Naturali & juri etiam nostro scripto, haut consona esse videntur: quod & sentit Themistius, *orat.3.per tot.* Castalio *tractat.singul.sub nomine Minutij Celsi.* & ille idem, teste Cassandro, *epist.58.* collegit hâc de materiâ variorum opiniones, sibique imponit nomen Martini Belli: hicque liber Dn.Clutenio curante, ante aliquot annos, Argentinae iteratò editus fuit. Balthasar.Meichsner. *in philosoph.sobriâ, part.1.section.2. cap.4.quaest.ultim.* Julien Peleus, en l'histoir. d. Henri le Grand, *lib.2. per discurs.* Wesenbec. *in paratit.Cod.d.haeret.& t.ne S.Baptisma iter.* item *tit.de apostat.* & ibi Henric.Scotan. *in paratit.fol.64.* adde Rod. Fornerium, *2.quotid.17.& 18.* Canonhiero, 10. *dell. introduzz. cap.5.* Acontium, *tractat.de stratagem.Satanae, passim: praesertim lib.3.* Harmon.anonymi, *titul.* von der Kirchen/ *fol.82.&c.fol.150.&c.fol.223.&c.* Disput. Affelman. *de haereticis ferendis.* Franc.Balduini, *disputat. de haeretic.* Rittershus. *comment. ad Plinii epistol.fol.351.* Romano-Catholici hujus dogmatis satis crudelem & tristissimam praxin, Martyrologium Gallicâ linguâ editum, abundè monstrat: docet ille liber, quid sit plerunque zelus, non secundum scientiam, sed secundum insipientiam.

——— *Facto pius, & sceleratus eodem.*

De Hispanicâ inquisitione, vide orationes, ex narrationibus Reginaldi Consalvi Montani, collectas; & Heidelbergae recitatas. Guyon. *tom.2. lib.3.cap.10.& seq.* add. Corasium, *5.miscellan. 19.num.4. &c. & cap.20.* de absurdo adversus haereticos usitato processu. Sambenita verò Hispanica quid sit, docet Alberic.Gentil. *de malefic.& mathemat.fol.51.*

V. Etiam ex Reformatis, quos Calvinistas vulgò vocant, quique olim nil nisi libertatem conscientiarum & exercitii suae confessionis urserunt facultatem, nunc si contra recepta dogmata quid innovetur, contenti non sunt, sed id vindicant acerbè. Drusius *ad loca Exod.cap.2.* Et indè ortae sunt Factiones Remonstrantium, seu Arminianorum & Gomaristarum, vel Contraremonstrantium. Imò ex Calvinistis nonnulli haereticos occidunt. Carnin. *de turri Babylon. part.3.cap.7.fol.693.* Et sanè Genevates atque Bernenses, quosdam ultimo supplicio affecerunt. Zepper. *de legib.Mosaic. lib.4. cap.3.* Undè etiam contra suprà allegatum libellum Martin. Belli pugnavit Calvinus, *vide ejus vitam* apud Melchiorem Adami. Quo etiam nomine à Georg. Cassandro *epistol.6.* aliisque exagitantur; & à Sebastian. Castalione, apertè oppugnantur. *dissertat. hâc de re editâ & Anno 1614. in Belgio* (Goudae) *recusâ.*

Im

In Angliâ, qui proximè Imperium obtinuit, Jacobus Rex, Arrianos occidi jussit. Premiere Continuation du Mercure François, *fol.m.*290. *de Anno* 1611. & idem contra Vorstium, crudelia consilia suggessit, *in tract.Gall.* Arrianos, Socinianos, & similes morte multandos censet, *in circul.horolog.* Wenceslaus à Budovvetz L. Baro, *fol.* 227. *&c. ac etiam fol.* 238. Olim item in Germaniâ, Anabaptistæ passim interempti fuerunt. Dn. Ulric. Wolff. amicus & affinis meus, *disput.polit.*12.*thes.*6. adde Ungersdorffers Erinnerung/von der Calvinisten falschen Anschlägen/*part.*2.*cap.*3. *per tot.fol.m.*57. Imò etiam Paracelsus, civilibus pœnis, & quoque morte hæreticos punire posse autumat, *lib. de Lunaticis, tractat.*4. Ita & in Angliâ Catholici turbantur. Card. Bellarmini responsio *ad apolog. pro jurament. fidelitat.* & adde Martyria Campiani, Oligbei &c. Quos ajunt Catholici, nil aliud ibi perpetrâsse, quàm quòd in Belgio Calvinistæ, qui suam religionem satagunt propagare: imò etiam civilis delicti rei ipsi Calvinistæ peraguntur, quod nimirum destruunt monasteria. Quomodo autem hæreticus sit definiendus, tradit Forster. *de Dominio, cap.*6.*num.*9.

VI. An autem libertas conscientiarum, per se sit concedenda; an verò tantùm ad majus malum evitandum? disputatio est maxumi momenti. vid. Boccalin. 1. *ragguagl.* 64. contra Bodinum dissertantem. Sed utut sit, hanc non ego despondeo mihi litem. Sanè, si per se hæc libertas concedatur, sequitur posse quemlibet credere quod velit. Idque nec Evangelici, in suis ditionibus concedunt. vid. Barclai *Paraenes. lib.*1.*cap.*5. Illud expeditum videtur: (1) Contra jus gentium esse, ut hæretici occidantur, & fuit Antiochus primus qui hoc fecit. Meisner. *de legib.fol.* 348. Benbellon. de Godentiis, *part.*1.*cap.*9. Nero, primus fuit, qui ex Imperatorib. Christianos supplicio affecit. Guill. Sallust. du Bartas, *en l' Impost.fol.m.*137. *& seq.* Unde is est figura Antichristi: & putabant nonnulli, Neronem minimè occisum, sed subtractum fuisse, suóque tempore revelatum iri. August. 20. *de civitat. Dei.* Bellarmin. 3. *de Pontific.cap.*12. (2) Hæretici semper persequuti sunt verè Christianos; non è contra. Camerar. *meditat.*3.*cap.*5. hoc fecerunt Arriani, histor. Tripartit. 5.*cap.*31. & etiam Pagani. Nihilominùs infirma prædicatio, tàm Paganos quàm Arrianos vicit. vide Vitas Patrum, *in vitâ Anton.* Proprium Ecclesiæ attributum censetur, pati persequutionem; & hoc est testimonium ejus. Matth. 16. *vers.*16. *& seq.* Quamvis non statim sit nota Ecclesiæ veræ, Martyres habere. Bellarmin. 4. *de concil. cap.*2. *ad fin.* Nestorius hæreticus, non orthodoxus aliquis Episcopus, olim clamavit: Da mihi, ô Imperator, terram ab hæreticis repurgatam, & ego tibi cœlum dabo: disperde mecum hæreticos; & ego tecum disperdam

Persas. Euseb. *histor. Ecclesiast.* 7. *cap.* 29. Histor. Tripartit. 12. *cap.* 4. Nova & inaudita est prædicatio, quæ verberibus exigit fidem. Lucæ 9. *vers.* 54. *can.* 1. *dist.* 45. *can. tres personas*, 34. *quæst.* 4. *& canon. seq.* Et divus Martinus donum gratiæ amisit, quòd præsens fuerat contrariæ conclusioni. Servin. *tom.* 2. *des plaidoyes fol.* 38 *b.* De novo testamento ostendi non potest, quòd justus quisquam interfecerit aliquem; ait Augustin. *epistol.* 163. Prædictum est enim de Christo; Pacem gentibus loquetur. Zachar. 9. *vers.* 10. Et voluntarium populum Deus requirit. Balduin. *disputat. de hæretic. thes.* 184. *&c.* In Hispaniis coactio, ex Judæis Marranos fecit. Thesoro Politic. *part.* 1. *fol.* 80. Quo intuitu scribit Montaigne, 2. *cap.* 12. *fol.* 403. hæreses facere Atheismum. Cætera legibus subjiciuntur, sola religio nec cogi nec imperari potest. Et quod Ovidius, 3. *Trist.* de ingenii dicit bonis ac dotibus:

En ego cùm Patriâ caream, vobisque domoq;,
Ingenio tamen ipse meo comitorque fruorque;
Cæsar in hoc potuit, juris habere nihil.

Hoc multò magis de religione dici potest: quæ interiorem hominem concernit. Ad fidem cogere, magistratui impossibile; & graviora quo irrogabis supplicia, eò minus proficies: cùm religio in iis approbandis sita sit, quæ ad Dei cultum pertinent; approbatio verò ex fide & persuasione oriatur. At persuaderi homines armis & minis nequeunt; sed docendo, monendo, argumentis & testimoniis, quæ si paulatim ad assentiendum illiciunt. Hæc est hominum insita natura, ut ad aliquid assentiendum, sponte duci velit, non cogi. Quis imponat mihi necessitatem, vel credendi quod nolim, vel quod velim, non credendi. Lactantius, 5. *cap.* 4. Nullus Rex, nullus Princeps efficere potest, ut quicquam agamus, animi præter sententiam. Ergò, ut Prudent. *peristeph.*

Dampnes, si sapias, anile dogma:
Iussum est Cæsaris ore Gallieni;
Quod Princeps colit, hoc colamus omnes.

Adde Boccalin. *ragguagl.* 64. *fol.* 288. Christus præcipit, ut zizaniam crescere sinamus, ne simul bonas herbas eradicemus. Matth. 13. *vers.* 29. vide Benbellonæ tempestivum suscitabulum, *tom.* 1. *fol. m.* 82. *usque* 95. Fr. Balduin. *disputat. de hæretic. thes.* 164. *&* 194. Wigel. *de Christianismo cap.* 3. *fol.* 45. *&c.* Nec hoc ad alios, aliis delictis inquinatos spectat; ratio enim diversitatis est in promptu: hæretico obstinato, ad salutem supplicio præcluditur via, tempúsque resipiscendi abbreviatur; aliis ad pœnitentiam aperitur, quos nempe conscientia convincit, cùm se peccasse fateantur: quod in hæreticis nullum supplicium efficere potest. Hæresis non est civile peccatum. Ergò non meretur civilem pœnam:

vid.

vid. Tertullian. *apo og cap. 1.* Eandémque ob causam Adrianus ac Antoninus, absolverunt olim Christianos. vide eorum bina rescripta apud Euseb. *histor.* 4. Gratianus permisit libertatem religionis. Tripart. hist. 9. *cap.* 2. Et Augustus Christianos tulit. vid. Euseb. 4. *histor. cap.* 26. ut & Constantinus, Lehman, *fol.* 41. ac Julianus, *ibid. fol.* 45. & 48. Proclus, hæreticos non persequutus est, histor. Tripartit. 12. *cap.* 11. & culpatur, qui expulit Macedonianos, histor. Tripart. *lib.* 11. *cap* 3. Ante Constantinum omnes Christiani, licèt sectarum diversitate separati, uni erant. Tripart. 3. *cap.* 11. Atticus, Novatianos toleravit, Tripart. 12. *cap.* 2. Et nonnulli ex reformatis, placidè cum Anabaptistis egerunt: ut Musculus, vid. ejus vitam apud Melchior. Adami, *in Theol. Ger. fol.* 376. *& c.* Sæpè sub hæreseos prætextu, veros persequimur Christianos. Nam non sunt populus Dei, qui (ut Martinus Luther, In der Postill. *Dominic.* 14. inquit) pro tali habentur: die den Namen / Schein vnd Ehr davon haben: Sondern die für Kätzer / abtrünnige / vnd die deß Teuffels eigen gehalten werden. &c. quæ verba etiam retuli, *in differtat. de Ecclesiast. Majestat. Iure.* Sæpè qui volunt, nulla esse zizania inter sese; hoc efficiunt, ut nullum apud eos sit triticum. C. Kleinberg. Im Buch von der Religion. Wann die nicht fromb seind / so man von deß Namens Christi wegen verfolget / so seind keine Fromme vberall. Wann die / so man für Kätzer vmbbringet / nicht Märterer seind / oder doch etliche vnter jhnen / so hat die Kirche gar kein Märterer. Dann es seind nie keine getödtet worden vmb Christi wegen / dann vnter dem Namen der Kätzer. Wann die Christen die bösen in dieser Welt von deß Glaubens wegen verfolgeten / so würden die Christen in dieser Welt regieren: vnd würde also das Reich Christi von dieser Welt sein. allegatur in der Harmoni oder Concordantz deren / so die Welt nunmehr Catholische / Lutherische / Calvinische erkennet. *fol.* 57. Christus Salvator noster sapientissimus fuit. Ergò scivisset modum meliorem, si alius fuisset, quàm quem ipse usurpavit. Potentissimus fuit: Ergò alia potuisset usurpare. Certè unico miraculo potuisset Tiberium permovere, ut bello hanc religionem zelo maxumo defendisset. Optimus fuit Salvator noster: Ergò eum modum non occultavisset. Pœna sine fraude non esse potest. *l.* 131. *de verbor. signific.* Omnis itaque in corpus punitio, dolum, eúmque verum requirit, *l.* 7. *ubi Dd. ad l. Cornel. d. Sicariis.* Qui sanè in hæreticum non cadit; animi solùm errore lapsum, & qui sibi persuasum habet, rem se Deo gratam facere, ac qui conscientiæ obsequitur suæ. vid. Balduin. *d. disputat. de hæretic. thes.* 36. Undè Lucius quidam Christianus, ad Urbicium judicem olim: Quid quæso causæ est, quòd neque ad adulterum, neque corruptorem aut homicidam, aut latronem, ra-

ptorémque aut alterius cujuslibet facinoris reum; sed tantùm pro homine Christiano, quòd hoc se vocabulo confessus est nuncupari, ad mortem duci hominem præcipisti? Non sunt hæc digna Pio Imperatore, neque sapientissimo puero filio ejus, neque sacro senatu, quæ agis. Euseb 4 *cap.* 17 Quin & pij nonnunquam errant; ut olim Petrus, cui restitit Paulus, in articulo de vocatione gentium. Quid verò leges civiles, hâc de quæstione sanciant, docet Balduinus *epistol. ad Cassiandr. quæ est inter Belgicas 1. centuria. 1.* Just. Majer. *in quæst. capital.* Et notat Historia Tripartita, *lib. 9. cap. 19. ad fin.* Theodosium Imperatorem graves pœnas in hæreticos constituisse, ad terrorem magis, quàm ut eas exequi voluerit.

VII. Sed ais; undè ergò procedit, quòd homines religionis causâ, se invicem persequuntur? ad id respondet Diego de Rojas, *problem. en Filosofia moral. 13. Vulgo nomira à otro, que à la licentia, para acometer siempre que puede, qualquiera mala hazannia, y algunos de los, que ordenaron Leyes, lo mandaron assi; ò por vana gloria de ser obedecidos à que el Demonio los cegò &c.* adde Wigel. *de Christianismo cap. 4. & seq. fol. 65. &c.* Canonhiero, 10. *cap.* 4. Ac etiam propter religionem, ejusq; prætextum bella mota aliis sceleribus obtenduntur. Defensio posthuma Just. Lipsi. *fol.* 80. At gentium & populorum Principes, contra Christum bella moverunt, ne cogantur ejus servare legem; contrariam sensibus carnis, & prudentiæ humanæ. Bellarmin. *ad Psalm. 2. vers. 3.* Sed hos irridet Deus: per signa, prodigia, patientiam martyrum, gentium conversionem, *ibid.* Itidem, undè multitudo sectarum descendat, docet Guil. Parisiens. *de legib. fol.* 27. Omnis hæresis tendit ad libertatem, vid. Iohann. Rusbrochii *Samuelem.* & Paracelsi judicium von den Widertäuffern / aliquot in locis (quæ Index operum monstrat) repetitum. Et nascitur ex libertate & superbiâ spirituali. Theol. Germanica, *cap.* 23. 24. 38. 40. 41. & 51. Arcanum politicum est, magis permittere plures sectas, quàm unam: ut scilicet se invicem consumant.

VIII. Non etiam mihi videntur Christiani esse modi, Romano-Catholicis (ut ajunt) frequentes; honorum, divitiarúmque promissione aliquos allicere, aut etiam scelerum impunitate religionem promovere: vel tributis, hæreticos onerare; ut eò faciliùs ad fidem convertantur, vide Lactantium. *5. cap. 21. & seq.* Christus enim suis discipulis, non regna mundi promisit; sed tribulationes multijugas prædixit. Et duo sunt vera media, quæ Deus habet: stulta prædicatio verbi; & pietas verorum Christi servorum: qui prædicationem exemplo comitari debent; ne scandalo plus noceant quàm promoveant eloquétiâ & eruditione. Iuliani Apostatæ hoc fuit: qui arte potiùs, quàm potestate inse-

insectatus fuit religionem; honoribus magis promovere, quàm tormentis, studebat. Orosius, 7. *cap.* 30. Ruffin. 10. *cap.* 32. Histor. Tripart. 6. *cap.* 5. *&c.* item, *cap.* 27. adde Tertullian. *præscript. cap.* 41. Et de eodem Imperatore Ammianus Marcellinus, *lib.* 22. *fol. m.* 405. Christianis aliàs non æquus: Illud, inquit, inclemens, obruendum perenni silentio; quod arcebat docere magistros Rhetoricos & Grammaticos, ritus Christiani Cultores. Sic & non videntur hæretici sub prætextu sequelæ expiscandi. Histor. Tripart. 5 *cap.* 43. Absonum est expellere alterius religionis suspectos: quemadmodum Anno 1610. Rex Hispaniarum 900000. Mauros, qui ibi per 900. annos habitaverunt, exegit. Premiere Continuation du Mercure Franç. *fol.* 9. Meteranus, In der Niderländischen Histori. Etiam superstitiosi sunt nonnulli reformati, qui indifferenter Pontificios pellunt. Epistol. Belgica. 70. *centur.* 2. adde Clenardum, *in epistol. fol. m.* 218. *&c.*

IX. Sunt & pacta servanda, religioni quæ dant alicui pacem, argum. *l.* 12 § *excipiuntur Gothi. C. de hæretic.* Hæreticis namque fides est servanda, Iohann. Molanus, *tractat. hâc de re singular.* vid. Iacob. Capelli, & Heriberti Rosvveidi, de hoc argumento, (& inprimis de Salvo conductu Hussi) adversaria scripta. Et talem in Germaniâ, quæ Anno 1555. communi ordinum scitu sancita fuit; Palladium nostri Imperii haut perperàm indigitat Springerus, *tractat. de Pace religios. cap.* 1. Et notandum est, quod sacratissimæ memoriæ Ferdinandus Imperator, crebris ante obitum sermonibus usurpavit; Inter summa, quæ Deus ipsi in gubernatione concessisset beneficia. primum atque maximum, vero animi judicio se hoc ducere; quod ad sedandas discordias publicas animum adjecisset. & tolerantiæ in religione formulam, Deus sibi in mentem dedisset. Crato *in epistol. prælimin. historia Dubravii.* Etiam sævissimus Tyrannus Maximinianus, fecit pacem religionis. Eusebius 8. *cap. ult.* ut & Maximinus, Eusebius 9. *cap.* 9. ubi ejus in hunc sensum extat edictum. Itidem, quàm primùm in Galliâ liberum religionis exercitium permissum, nec ea ulteriùs proprias in viscera vires vertere voluit, maxumâ ex parte tranquilla & pacata omnia fuerunt. Isac. Pontanus, *in itin. Gall. Narbonens. fol.* 140. 150. *&* 152. Ita quoque fecit Henricus IV. Thuan. *lib.* 122. *fol.* 859. *sub Anno* 99. *&c.* Quod ipsum in aliis quoque Regnis & Provinciis, animadvertere quimus. Et docuit alias nationes Gallia hâc in parte, Facius *emblem. fol.* 144. *tit. Gallica certamina.* Religionum enim diversitas, non per se afferre videtur mutationes, & perturbationes rerumpublicarum, eæ sed demùm incidunt, cùm magistratus inveteratam opinionem, absque judicio & discrimine, rejectisque per vim reliquis, pertinaciùs tuetur. Et sanè Evangelium

non

non tollit politias: ideircò nec dissensio in religione inter subditos, tollit pacem politicam inter eos; neque illi, qui veram Evangelij sententiam tenent, cupient pace politicâ privare eos, qui istam sententiam nondum amplectuntur. Hœnnon. *disputat. 2. th. 20. &c.* vide tamen Balthasar Meisnerum, *part. 1. philosoph. sobriæ section. 2. cap. 3.* ubi quatenus amicitia vera locum habeat inter diversarum opinionum sectatores. Ob religionem non est deflectendum à tramite justitiæ naturalis: eóque nomine meritò commendatur Julianus Imperator ab Ammiano *lib. 22. fol. 405.* de quo ait; Nec argui unquam potuit ob religionem, vel quodcunque aliud, ab æquitatis recto tramite deviasse, scilicet in judicando. Et ubi diversæ religioni pacem damus, non debemus eis imponere necessitatem aliquid faciendi, quod eorum conscientiam lædat. Apophthegma est Polycarpi, cùm vellet Proconsul. ut Fortunam Cæsaris juraret: Docemur, inquit, Principibus ac potestatibus his qui à Deo sunt, honorem defendere; eum scilicet qui religioni contrarius non sit, Eusebius *4. histor. cap. 15.*

X. Sunt etiam gradus hæreticorum, Lætmatius, *2. cap. 2. &c.* At hæretici, seditiones qui movent & tumultus, sunt puniendi, Balduin. *thes. 133.* Id enim fit jure defensionis: quia se adversus ejusmodi defendere cogitur magistratus. Sicque Anabaptistæ occisi sunt non paucis in locis: de eorúmque turbis seditiosis, vid. Isaac. Montan. *in Histor. Amstelodam.* Ita ipse Lutherus satis acerbè contra rusticos seditiosos scripsit. Non verò statim pro turbatoribus sunt habendi, qui annunciât suam fidem contra mandatum. *Actor. 5.* Et nec statim ut blasphemi, *ali* asserere puniendi sunt; qui horrenda dogmata defendunt. Castalio, *dissertat. de supplic. hæretic. nuper Goudæ recusâ.* Minus seditiosi sunt, qui alios docent. Apophthegma est Benjamini Persæ martyris. *Impossibile est, non me participare lumen aliis, quod ipse percepi, &c.* Tripart. *10. cap. 33.* Quomodò verò hæreticis, sine periculo publici status cœtus sint concedendi; famosum illud Januarii edictum anno 1562. in Galliâ promulgatum docet; nempè nullas Protestantibus Synodos, Colloquia, Consistoriáve celebrare permittens, nisi vocato ac præsente magistratu &c. Sed annè privatus in suâ familiâ, famulos alienæ religionis tolerare potest? vid. Consil. Theolog. Felicis Bidembachii, *decad. 1. consil. 1.* Annè licet simulatè subscribere confessioni? Forster, *disputat. ad symbol. decad. 1. problemat. 7.* Et quatenus liceat in causâ religionis dissimulare, Sanctúmque Paulum imitari; qui omnibus omnia factus est, vid. Riccium. *3. agriculturar. fol. 98 & seq.* Annè licet idololatricis sacrificiis interesse? idem Forster. *disputat. ad orat. domin. decad. 1. problemat.*

blemat.6. An licet infantes alterius confessionis ministris committere baptizandos? Ferster *disputat. Catechet. de Baptism. decad.2. problem.5.*

XI. Germanicam hanc religionis pacem, plus ecclesiasticis, ecclesiasticorumque bonorum securitati; quàm reformatæ religionis asseclis commodare prudenter judicat **Lazar von Schwendi. Im bedencken von Regierung deß Römischen Reichs.** *num.21. & 36.* Cui Henrici III Franciæ Regis consonat apophthegma: *I'ay grand peur, qu'en voulant perdre le Presche, nous ne hazardions fort la Messe.* Inconsideratum ergò est illud de Antonomiâ, (**von der Freystellung**) publicatum scriptum; & ferè ominosum est, Johann. Pauli Windeck, futuri status Ecclesiæ prognosticum: in quibus docere non verentur, constitutionem **deß Religions Friedens/** à tempore Tridentini Concilii planè exspirâsse. Cujus contrarium ipsa evincit nostra constitutio, §. **Wann dann solche Vergleichung** *&c.* & Recessus Imperii de anno 57. 59. 66. & 94. Arumæ. *discurs.24. fol.678.* & *discurs.25. thes.89. &c.* Syring. *disputat. de pac. religion. thes.49.* Johann. Gerhard. *loc. de magistrat. num. 202. &c.* Cranius, *de pace religios. part.2. problemat.4.* Et ipse auctor **deß Lermenblasers** / negat ita Romano-Catholicos sentire. Et certè magnum est discrimen inter scita statuum, ac scripta nonnullorum zelosa. Pontificis Romani consensus necessarius non fuit. Syring. *thes.16.* Et ipsi etiam Romano-Catholici dicunt; hodiè Papam religiosam pacem adprobâsse **Widerleg. Vngersdörffischer Erinnerung/** *fol.34.* Sed tamen Patres Societatis negant, literas Majestatis in Bohemiâ, sine Episcopi consensu concessas, momentum aliquod habere, Apolog. Patr. Soc. *contra Bohemos cap. ultim.* De nullitate Concilii Tridentini, vide **Recusationschrifft deß Tridentinischen** Concilii. & Andreæ Dudithii opera, *passim, præsertim fol.40.* ubi ita scribit: Erat aliquis vir gravis & eruditus, qui tantam indignationem ferre non poterat; hic, ut non bonus Catholicus, terrore & minis ac insectatione, à concilio ad probandum quæ nollet, traducebatur. In summâ, in eum statum res est adducta, istorum qui illûc facti institutique venerant, improbitate; non ut jam episcoporum, sed larvarum, non hominum, sed simulacrorum, quæ nervis moventur alienis (ut Dædali statuæ fuisse perhibentur) concilium illud videretur. Erant Episcopi illi conductitii plerique, ut utres rusticorum musicum instrumentum; quos ut vocem mittant, inflare necesse est. Nil habuit cum illo conventu S. Spiritus commercii, omnia erant humana consilia; quæ in immodicâ, & sanè quàm pudendâ Pontificum tuenda dominatione consumebantur. Cursitabant Romam nocte diéque veredarii, omnia, quæ dicta consultáque essent, quàm celerrimè ad Papam deferebantur. Illinc responsa, tanquam

M Del-

Delphis aut Dodonâ, expectabantur: illinc nimirum Spiritus ille S. quem suis consiliis præesse jactant, tabellarii manticis inclusus, mittebatur: qui, quod admodum ridiculum est, cùm aliquando, ut fit, aquæ pluviis excrescebant, non ante advolare poterat, quàm inundationes desedissent. Ita fiebat, ut spiritus non super aquas, ut est in Genesi, sed secùs aquas ferretur. Sed audiamus Ferdinandi Imp. de prætenso hoc concilio, judicium prudens & ferè propheticum: Is ergò anno 62. ad Pontificem Maximum Pium IV. ita scripsit: Magno cum dolore animi nostri intelleximus, res sacras illius synodi, non eo modo ac ordine procedere, quo nos cum omnibus piis vellemus: ita ut verendum sit, nisi properè salubria adhibeantur remedia, quòd is futurus sit consilii exitus, qui & universo orbi Christiano scandalum & offensionem præbeat, & iis, qui ab obedientiâ sedis Apostolicæ recesserunt, ridendi materiam exhibeat &c. Goldast. *Constitution. tom. 2. fol. 373.* Historiam etiam sub nomine Petri Soave Polani, Italicè & latinè, ac quoque postea in germanicam linguam conversam edidit Antonius de Dominis: de quâ tamen in suâ revocatione ipse posteà non ita honorificè sentit.

XII. Magis controversa est quæstio; An & quatenùs ii, quos Zvvinglianos ac Calvinianos vocant, pacificatione religiosâ comprehendantur? Affirmativam categoricè propugnat auctor eines Intitulirten Christlichen Bedenckens, anno 1604. Hanoviæ impressi. Irenæus item Palæus, in einem genanten rathsamen Bedencken der Mängel vnd Vrsachen &c. Waremund. ab Erenberg: de fœderibus. *1. fol. 158. & 190. &c. & lib. 2. fol. 48. &c.* Basil. Horderman. Westphalus, *in disputat. de principatu. thes. 29. & 30. tom. 1. juris publici, Hanoviæ editi.* Anonymus, so sich Catholisch nennt / in dem Discurs wider die Jesuiter / *fol. 122. &c.* purè negativam Westphalus (de quo vide vitam Lasci, apud Melchior. Adami *fol. 21.*) Selneccerus, Bidembach. *decad. 7. consil. 8. & 9.* Dn. Ebert. Cranius, *part. 1. problem. 13. &c.* defendunt. At responsum illud, anno &c. 66. Cæsari in comitiis datum, quod extat *tom. 2. German. constitution.* Goldasti, *fol. 294.* apud Spring. *de pace relig. fol. 55.* & cujus fit mentio à Thuano, *39. fol. 817. &c.* passivè non activè illos sub hanc pacem recipere videtur. adde Symphorem. Supplic. *tom. 1. fol. 189. 190. 196.* Bertram, apud Arumæum, *discurs. 25. th. 27. &c.* Syringus, *disputat. de pace religios. th. 21.* Johann. Grimmius, *in tom. 1. consiliorum illustrium Iuriconsultorum, Francofurt. Anno 1603. in 4. editorum, consil 15.* vide etiam die Donawertische Relation / *part. 2. fol. 119. &c.* Fr. Burckard. von der Freystellung / *part. 1. cap. 7. fol. 118. &c.* adde Reichs Abschied. Anno &c. 66. Passivè eos receptos arbitror, id est, ut tolerentur, nec inquietentur; non activè, seu ut subditis exercitiũ vi obtru-

obtrudere, ipsisque invitis, Lutheranos ministros pellere possint. quod tamen fecerunt in Palatinatu, ut graviter Lutherani scripto singulari, germanico conqueruntur. Inter Theologos hîc bellum æternum est: Calviniani Augustanæ semet confessioni addicunt. Irenicum Parei, *cap.29. motiv. 2. fol.* 287. E contrà, à nostratibus corruptores ejusdem confessionis indigitantur. Forster. *disput ad symbol. decad.* 1. *problem.* 3. Cæterùm in politicis arctiorem cum iis pacem inire licere, & conducere, vel ex eo argumentantur nonnulli, quia Pontificios talis concordia, (quam illi eine Man vocant) maxumè turbat. Donawertische Erinnerung *fol.* 280. *&c.* vid. Pareum in Irenico, *cap.* 14.24. *& multis seqq.* Sed si sunt, quemadmodum eos describit Petrus Bertius, *in breviario totius orbis*, periculo non caret, cùm ait: Habent autem hoc proprium Calvinistæ, ut Statum, in quem irrepserunt, evertant, neque ante conquiescant, quàm ipsi rerum potiantur. Irrisores turbulenti, factiosi, disputaces, ingrati, arrogantes suprà quàm dici aut credi potest, hostes catholicorum juratissimi. Verùm refert Christophorus Donavver, *in append. tractat.* von Verdammung der genannten Calvinisten. *fol.* 59. Maxæmilianum II. Imperatorem Principibus condemnationem Friderici Palatini Electoris urgentibus, respondisse: Nescitis, quid petatis. De iis, qui mixtam religionem habent, partim nempè catholicam, partim Evangelicam, vid. Cranium, *part.* 1. *problem.* 14.

XIII. Nunc unam atque alteram quæstionem, constitutionem pacis religiosæ concernentem, subjungam. Nobilis immediatè quidem Imperio; sed tamen statui alicui Feudali nexu obligatus, ipse arbitrium religionis habet, & subditis suis Feudalibus, concedere potest Augustanæ confessioni conformem cultum; Dominus licet Feudi Romano-Catholicus sit, vel etiam ecclesiasticis annumeretur ordinibus, Frider. Mindan. 1. *cap.* 32. Rosacorb. *pract. forens. quæst.* 30. Bidembach. *quæstio. nobil.* 2. Dn. D. Bocer, *tractat. de Iure Vasalli fol.* 318. *&c.* Cranius, *de pace relig. part.* 1. *problem.* 1. Multi enim Status Imperii, & ipsi etiam seculares electores, ab ecclesiasticis, quàmplurima recognoscunt Feuda. Knichen. *de Saxon. non provoc. Iure. cap.* 1. *num.* 101. *&c.* Matth. Stephani, *de jurisdict. ecclesiast. cap.* 7. *num. pen.* Et cùm plerique Nobiles sint Vasalli, distinctionem, si hîc aliqua esset facienda, ipsa constitutio adhibuisset. Si verbi gratiâ, Episcopus vel Princeps aliquis alius, criminalem habeat jurisdictionem, seu Imperium merum, Nobili verò tantùm inferior competat; sanè in hoc concursu jurisdictionum, processus ei decernuntur, qui habet, die Voigtenlische Oberkeit: nisi superior jurisdictio (die hohe Oberkeit) jure territorii competat; non si jure tantùm quasi servitutis. Springer, *de pac. religios. fol.* 101. Bidembach. *quæst.* 4.

 Sym-

Symphorem. Supplicat. *part.1. tit.3. fol.* 211. 215.258. vide Thom. Michaël *thes.56. lit.* D. Wehner. *in observation. practic. verbo* 𝔅[illegible]*.fol.* 335. Maulius, *tractat. de Homag. cap.1. num.* 17. Testator Titio reliquit legatum sub conditione, si religioni Romano-Catholicæ se associaverit: An conditio pro non adjecta habenda, & Titius ea haud obstante, ad legatum est admittendus? Quod affirmarem, *arg. l. reprehendendæ. C. de instit. & substit. l.134. de verb. oblig. in princ.* contra Jacobum Alemannum, *in palastr. consultation.* 10. Et est hæc conditio, publico contraria juri; quod concedit religionis libertatem. vid. Bertram. apud Arumæ. *discurs.25. th.32. & c.* Syringum, *disputat. de pace religios. thes.45.* Cranium, *part.2. problem.7.* Videtur quodammodo conditio inhonesta, ut aliquis sub spe lucri provocetur ad religionis immutationem. Est conditio ferè impossibilis. Et qui eo tempore, quo ipsi tale legatum est relictum, mutat religionem, suspectum se facit. Conferunt huc, quæ de conditionibus adhibitis constitutionibus majoratuum, latè disputat Molina, *de justit. & jur. tom.3. part.1. disputat.611. & multis seqq.* Sed nihilominus habemus exemplum in Histor. Tripartit. *6. cap.44.* ubi Pater abdicat Filium, qui Paganus factus fuit.

CAP. XI.

De Antistitibus religionis.

A*ntistites pietatis & religionis* sunt constituendi: quorum officium est, ut Dei metum & Christi cognitionem, hominum mentibus instillent, atque scripturas interpretentur: doceant quid Deus sit, & quæ ejus voluntas, quæ ceremonia in eo colendo fieri debeat? Sicque debent esse in scripturâ docti, non enarrare scripturam haut intellectâ. Drusius, *ad loca Exod. cap.33.* Et porrò rectè docet confessio Augustana, *tit. final. de potestate ecclesiastic. fol. m.37. & c. & in apolog. confession. fol.* 292. ac quoque in articulis Smalcaldicis, *fol.* 351. potestatem clavium, seu potestatem Episcoporum, juxta Evangelium, esse potestatem seu mandatum Dei, prædicandi Evangelii, remittendi & retinendi peccata, ac administrandi Sacramenta: & præterea jurisdictionem; videlicet mandatum excommunicandi eos, quorum nota sunt crimina, (quæ excommunicatio dicitur minor, *in artic. Smalcaldic.9.*) & resipiscentes rursùm absolvendi. Etsi quam habent Episcopi potestatem gladii, hanc non habere ex mandato Evangelii: sed jure humano, à regibus donatam &c. De confessione, vid. Histor. Tripartit. *9. cap.35.* Et de priscorum excommunicatione, consule Origenem, *in Philocal.* 201. *& seq.* Et verò vocatio hic necessaria est omninò particularis. latè Gerhard.

loc. de

loc. de minister. ecclesiastic. cap. 3. section. 1. ubi *num.* 64. disputat contra Anabaptistas, & Photinianos, qui non vocati currunt, ac *num.* 76. *&c.* agit de vocatione mediatâ. An invitus, vel sorte quis sit eligendus, idem Gerhard. *ibid. num.* 117. *quæstion.* 9. *&* 10. Certè Albertus Magnus, nolens vocatus fuit ad Episcopatum. vide ejus vitam *fol.* 179. *cap.* 20. 33. *&* 37.

II. Sunt autem huic officio, viri graves & idonei præficiendi. Et egregium est B. Chrysostomi apophthegma: Non debent frui sacerdotii honore, qui vitam antiquorum sacerdotum, contemnunt imitari, Tripartit. Histor. *lib.* 10. *cap.* 4. Sanè ad interitum veri Christianismi in Ecclesiâ primitivâ, non parùm attulerunt momenti (censente Flaccio Illyrico, *in catalog. testium veritatis lib.* 4. *fol. m.* 251.) Archiepiscopi quidam; penes quos erat ordinandi potestas: qui nullâ accuratâ adhibitâ ratione, propter avaritiam, ineptos, & impuros homines ordinabant. Hinc Nazianzenus, *oration. de laudib. Basil.* Sanctissimus, inquit, apud nos periclitatur ordo, ne præ cunctis rebus sit ridiculosissimus. Non enim ex virtute magis, quàm malitiâ præsidentia oritur; neque dignorum, sed potentiorum sunt throni. Cathedra enim sine ullo labore acquiritur. Unius diei sanctos facimus, ac sapientes esse jubemus eos, qui nullâ præditi sunt sapientiâ, & qui nihil ad gradum, præterquàm velle adferunt. Et *oration. in funere Athanas.* Non thronum eo modo Athanasius accepit, sicut ii, qui dominatum aut hæreditatem, præter opinionem sortiuntur. Hæc enim degenerantium & adulterinorum sunt sacerdotum, qui professione sunt indigni, qui nihil ad sacerdotium adferunt, neque boni consequendi gratiâ laborârunt; heri sacrilegi, hodiè sacerdotes: heri sacrorum expertes, hodiè in sacris duces &c. Ambrosius, *lib. de sacerdotum dignitat. cap.* 5. Sollicitudo inquit, fraterni nos retardat amoris; illorum præcipuè sacerdotum, qui sacerdotalem diffamant honorem, qui novam prodigaliter regulam ac tempestatem peperisse deflentur, ut Giezi: qui sectantes Simonis sententiam, sancti Episcopatus gratiam pecuniis coëmerunt: nequaquam timentes, cùm honorem sacerdotalem pecuniis emerent à B. Petro Apostolo, se cum Simone fuisse damnatos; sicut ait, pecunia tua tecum sit in perditionē: & lepram cum Giezi, à Sancto accepisse se credant Helisæo, qui gradum sacerdotalem æstimant pecuniis comparari. Et videas in Ecclesiâ passim, quos non merita, sed pecuniæ ad Episcopatus ordinem provexerunt: nugacem populum & indoctum, qui talem sibi asciverunt sacerdotem. Quos si percunctari fideliter velis, quis eos præfecerit sacerdotes, respondent mox & dicunt: ab Archiepiscopo sum nuper Episcopus ordinatus, centùmque ei solidos dedi, ut Episcopalem gratiam consequi

sequi meruissem: quos si minimè dedissem, hodiè nō esse in episcopus. Undè melius mihi est aurum de Sacello invehere, quàm tantum perdere sacerdotium. Aurum dedi & episcopatum comparavi. Quos tamen solidos, si vivo, non diffido me ilicò recepturum. Hæc Ambrosius. Menippus redivivus hac de re, *in dialog* 2. ita scribit: haud ad Ecclesiam verè vocari, quos vel consuetudo, vel nomen, vel cognatio, vel grammatica, vel argentum, vel solicitatio, vel intercessio, vel lucri, otiique spes Ecclesiæ obtrudunt. Veré ne an perperàm sentiat, non est meum dijudicare. At tamen spiritus, ubi vult, spirat, nec sequitur ductus humanæ ratiocinationis; sed eam captivam reddit. Vocemus ergò, quos absque ullo humano respectu, Spiritu S. agitari arbitramur. De virtutibus ministrorum pluribus agit, Johann. Gerhard. *loc. de minister. num.* 181. *&c. num.* 189. *&c. ut & num.* 178. *&c.* Inprimis exemplo B. Granatensis, vid. ejus vitam *cap.* 10. *fol. m* 77. *&c.* Politicis negotiis se immiscere non debent. Quomodo se in sacerdotio gesserit S. Paulinus, consule ejus vitam (opusculis Eucherii *de contemptu mundi* subjunctam) *fol.* 87. *&c.* Ac multa de vitâ ministrorum, congesta sunt in libro flor. S. Bernhardi, *lib.* 3. *&* 4. Censent Schwenckfeldiani, impios ministros non producere fructum; hoc ut falsum est, constat tamen, per simoniacam vocationem, & scandalosos mores impediri profectum, vid. Philon. *quod deter. potiori insidiari soleat, lib.* 2. *fol.* 159. An ecclesiæ minister possidere possit bona temporalia, vid. *disputat. singular.* Gerhardi Moringi apud Rogerium, *de contemptu mundi.* Et disputatum hac de re acriter olim fuit. vid. Hervvarti, *Ludovicum IV.* ac adde *vitam* Conradi Grasseri, apud Melchiorem Adami. Cur olim mutili arcebantur, docet Magius, 4. *miscellan. cap.* 4. Olim Episcopi eligebantur docti, sancti, præditique virtute, tàm ex secularibus, quàm clericis. Paradin. 2. *cap.* 8. *histoir. d. Lyon.* Et quatenus unius Ecclesiæ Pastor, alterius auditoribus debeat prospicere; vide Forster. *in dispp. ad orationem Dominic. decad.* 1. *problem.* 5. Num possit transire de loco in locum, ubi non sunt ordinati. vid. *histor.* Tripart. 12. *cap.* 8.

III. Quemadmodum in excessu Romano-Catholici, peccare putantur, qui ecclesiæ ministros, jurisdictioni subtrahunt seculi: ut dixi *in tractat. de ecclesiast. majestat. jure.* & docet Antonius Albizius, *exercitation. theologic. part.* 1. *tit. de minister. ecclesiastic. quæst.* 3 *fol.* 169. ac etiam Meisnerus, *tractat. de legibus, fol.* 580. ita in defectu laborant seditiosi, & ἄτακτοι homines, nonnullique impii politici; qui verbi ministros, suis privilegiis spoliant, eósque in rusticorum & bajulorum ordinem, redigere conantur. Nec immeritò insignes pastorum & episcoporum Ecclesiæ urgemus immunitates: quibus à Constantino Magno & mul-

& multis aliis post eum piis, & Christianis Imperatoribus, eximiam ob officii dignitatem donati fuerunt. vide Eusebium, *in vitâ Constantini*, *& Sozomen. lib. 1. cap. 8.* Tileman. *disputat. Pandectar. 1. th. 33. vol. 1.* Albicium, *dict. tit. quæst. 14. fol. 221.* Scheplitz, *part. 1. tit. 1. §. 23.* Ecclesiasticorum autem privilegia, duplicia ferè sunt: una species circa personalia versatur; quòd nempe vacatione gaudent ab aliis. Reipublicæ debitis laboribus, qui vel animi industriâ, vel corporis operâ perficiuntur: ut sunt Custodiæ, Vigiliæ, Tutela, Frohn &c. Cujus privilegii, causa est, ne hisce impedimentis, à concatenatis vocationis suæ laboribus avocentur. An verò deterioris sint conditionis, quò ad negotiationes: putà Im Wein oder Bierschencken? vide Speckhan. *2. quæst. 2.* adde praxin episcopalem Pauli Piasecii, *part. 2. cap. 4. num. 55. & fol. 323.* Klock, *de vectigalibus thes. 28. &c.* Gavisi etiam sunt insigni olim, circa extraordinaria onera, privilegio: Moditius, *§. Lex. dubitat. 30.* à quibus exempti fuerunt; tùm quia pauperes ferè erant, tùm ut pro diligentiâ & laboris præmio, talis cederet relaxatio. *l. 1. &c. C. de episcop. & cler.* Bronchorst. *2. miscellan. 78.* Timpler. *4. polit. 8. quæst. 7.* Klock. *de vectigalib. thes. 26. &c.* Privilegiorum ecclesiasticarum personarum, etiam mentionem faciunt Capitula Patrum, *fol. m. 46.* Quicunque recipit super sese jugum legis, tollunt ab eo jugum regni, &c. Sed tum temporis legisperiti pauperes, & rerum mundanarum negligentes erant. ibid. *fol. 72.* Ne facias, (ait Rabbi Zadok.) coronam, (per quam intelligunt legem) ut per eâ magnus fias. Neque eâ utaris, tanquam securi, ut vives ex eâ. Similiter & Hillel dicit: Qui commodi gratiâ servit coronæ, perit. En jam didicisti, quòd quicunque capit utilitatem ex lege, tollit ex hoc seculo vitam suam. Ex lege autem securim facere, est eo fine discere legem, ut eâ ventrem alas, indéque ditescas: securim namque, nullum in alium usum sibi mercenarius comparat, quàm ut eo sibi quæritet victû. Quod ibi Paul. Fagius notat. Et quod Theologi, non adfectare debeant immunitates, Wigelius monet, *dominic. 25. post. Trinitat. fol. m. 336.* Sed potiùs salarium timidè, & tanquam piorum elemosynam accipere debent. Tauler. am 19. Sontag nach *Trinitat. fol. m. 120* De salariis ministrorum, item ac de decimis & ecclesiarum bonis. vid. Johann. Gerhardi, *loco de minister. num. 324. &c.* Bellarmin. *1. de cleric. cap. 25. & seqq.* Epitomatorem Baronii, *sub Anno 57. num. 22. &c.* ac de ratione alendi ministros Evangelicos, *singularem habet tractat.* Johann. Giffordus. In Græciâ Monachi victum labore manuum quærunt. Bellon. *1. cap. 7.* In Saxoniâ, vinum non biberunt, Alb. Stadens. *fol. 119.* Et de Encherio, eremiticam vitam professo, vid. Paradin. *histoir. d. lyon. 2. cap. 1.* qui ibid. *cap. 24. in fin.*

sequi meruissem; quos si minimè dedissem, hodiè nō esse in episcopus. Undè meliùs mihi est aurum de Sacello invehere, quàm tantum perdere sacerdotium. Aurum dedi & episcopatum comparavi. Quos tamen solidos, si vivo, non diffido me ilicò recepturum. Hæc Ambrosius. Menippus redivivus hac de re, *in dialog* 2. ita scribit: haud ad Ecclesiam verè vocari, quos vel consuetudo, vel nomen, vel cognatio, vel grammatica, vel argentum, vel sollicitatio, vel intercessio, vel lucri, otiique spes Ecclesiæ obtrudunt. Veré ne an perperàm sentiat, non est meum dijudicare. At tamen spiritus, ubi vult, spirat, nec sequitur ductus humanæ ratiocinationis; sed eam captivam reddit. Vocemus ergò, quos absque ullo humano respectu, Spiritu S. agitari arbitramur. De virtutibus ministrorum pluribus agit, Johann. Gerhard. *loc. de minister. num.* 181. *&c. num.* 189. *&c. ut & num.* 278. *&c.* Inprimis exemplo B. Granatensis, vid. ejus vitam *cap.* 10. *fol. m* 77. *&c.* Politicis negotiis se immiscere non debent. Quomodo se in sacerdotio gesserit S. Paulinus, consule ejus vitam (opusculis Eucherii *de contemptu mundi* subjunctam) *fol.* 87. *&c.* Ac multa de vitâ ministrorum, congesta sunt in libro flor. S. Bernhardi, *lib.* 3. *&* 4. Censent Schvvenckfeldiani, impios ministros non producere fructum; hoc ut falsum est, constat tamen, per simoniacam vocationem, & scandalosos mores impediri profectum, vid. Philon. *quod deter. potiori insidiari soleat, lib.* 2. *fol.* 159. An ecclesiæ minister possidere possit bona temporalia, vid. *disputat. singular.* Gerhardi Moringi apud Rogerium, *de contemptu mundi.* Et disputatum hac de re acriter olim fuit. vid. Hervvarti, *Ludovicum IV.* ac adde *vitam* Conradi Grasseri, apud Melchiorem Adami. Cur olim mutili arcebantur, docet Magius, 4. *miscellan. cap.* 4. Olim Episcopi eligebantur docti, sancti, præditique virtute, tàm ex secularibus, quàm clericis. Paradin. 2. *cap.* 8. *histoir. d. Lyon.* Et quatenus unius Ecclesiæ Pastor, alterius auditoribus debeat prospicere; vide Forster. *in dispp. ad orationem Dominic. decad.* 1. *problem.* 5. Num possit transire de loco in locum, ubi non sunt ordinati. vid. histor. Tripart. 12. *cap.* 8.

III. Quemadmodum in excessu Romano-Catholici, peccare putantur, qui ecclesiæ ministros, jurisdictioni subtrahunt seculi: ut dixi *in tractat. de ecclesiast. majestat. jure.* & docet Antonius Albizius, *exercitation. theologic. part.* 1. *tit. de minister. ecclesiastic. quæst.* 3 *fol.* 169. ac etiam Meisnerus, *tractat. de legibus, fol.* 580. ita in defectu laborant seditiosi, & ἄτακτοι homines, nonnullique impii politici; qui verbi ministros, suis privilegiis spoliant, eósque in rusticorum & bajulorum ordinem, redigere conantur. Nec immeritò insignes pastorum & episcoporum Ecclesiæ urgemus immunitates: quibus à Constantino Magno & mul-

& multis aliis post eum piis, & Christianis Imperatoribus, eximiam ob officii dignitatem donati fuerunt. vide Eusebium, *in vitâ Constantini, & Sozomen. lib. 1. cap. 8.* Tileman. *disputat. Pandectar. 1. th. 33. vol. 1.* Albicium, *dict. tit. quæst. 14. fol. 221.* Scheplitz, *part. 1. tit. 1. §. 23.* Ecclesiasticorum autem privilegia, duplicia ferè sunt: una species circa personalia versatur; quòd nempe vacatione gaudent ab aliis. Reipublicæ debitis laboribus, qui vel animi industriâ, vel corporis operâ perficiuntur: ut sunt Custodiæ, Vigiliæ, Tutela, Frohn &c. Cujus privilegii, causa est, ne hisce impedimentis, à concatenatis vocationis suæ laboribus avocentur. An verò deterioris sint conditionis, quò ad negotiationes: putà Im Wein oder Bierschencken? vide Speckhan. *2. quæst. 2.* adde praxin episcopalem Pauli Piasecii, *part. 2. cap. 4. num. 55. & fol. 323.* Klock, *de vectigalibus thes. 28. &c.* Gavisi etiam sunt insigni olim, circa extraordinaria onera, privilegio: Moditius, §. *Lex. dubitat. 30.* à quibus exempti fuerunt; tùm quia pauperes ferè erant, tùm ut pro diligentiâ & laboris præmio, talis cederet relaxatio. *l. 1. & c. C. de episcop. & cler.* Bronchorst. *2. miscellan. 78.* Timpler. *4. polit. 8. quæst. 7.* Klock. *de vectigalib. thes. 26. &c.* Privilegiorum ecclesiasticarum personarum, etiam mentionem faciunt Capitula Patrum, *fol. m. 46.* Quicunque recipit super sese jugum legis, tollunt ab eo jugum regni, &c. Sed tum temporis legisperiti pauperes, & rerum mundanarum negligentes erant. ibid. *fol. 72.* Ne facias, (ait Rabbi Zadok.) coronam, (per quam intelligunt legem) ut per eâ magnus fias. Neque eâ utaris tanquam securi, ut vives ex eâ. Similiter & Hillel dicit: Qui commodi gratiâ servit coronæ, perit. En jam didicisti, quòd quicunque capit utilitatem ex lege, tollit ex hoc seculo vitam suam. Ex lege autem securim facere, est eo fine discere legem, ut eâ ventrem alas, indéque ditescas: securim namque, nullum in alium usum sibi mercenarius comparat, quàm ut eo sibi quæritet victũ. Quod ibi Paul. Fagius notat. Et quod Theologi, non adfectare debeant immunitates, Wigelius monet, *dominic. 23. post. Trinitat. fol. m. 336.* Sed potiùs salarium timidè, & tanquam piorum elemosynam accipere debent. Tauler. am 19. Sontag nach *Trinitat. fol. m. 120.* De salariis ministrorum, item ac de decimis & ecclesiarum bonis. vid. Johann. Gerhardi, *loco de minister. num. 224. &c.* Bellarmin. *1. de cleric. cap. 25. & seqq.* Epitomatorem Baronii, *sub Anno 57. num. 22. &c.* ac de ratione alendi ministros Evangelicos, *singularem habet tractat.* Johann. Giffordus. In Græciâ Monachi victum labore manuum quærunt. Bellon. *1. cap. 7.* In Saxoniâ, vinum non biberunt, Alb. Stadens. *fol. 119.* Et de Encherio, eremiticam vitam professo, vid. Paradin. *histoir. d. lyon. 2. cap. 1.* qui ibid. *cap. 24. in fin.*

in fin. de confraternitate monasteriorum agit. Déque monachorum origine, vid Stumpff *lib.5. cap.2.&c.*

IV. Ecclesiastica potestas, variis gradibus sacerdotum, & distinctis muneribus vel officiis discernitur. Nam & apud Judæos, erat summus sacerdos, aliique inferiores: sed præter hos erant singulariter & extraordinariè à Deo missi Prophetæ. Becanus, *in analog. cap.8. q.1.&c.* Item in novo Testamento ut D. Petrus *in epistolâ Clementis* ait: Ecclesia magnæ cuipiam navi similis videtur, in quâ præter vectores, gubernatore, nautâ, & ministris quibusdam aliis opus est. Hinc eorum, qui in ecclesiâ sunt, alii parent, & Laici, quasi populares dici solent: alii cæteris imperant, & Clerici nominantur, ἀπὸ τοῦ κλήρου, id est, sortitione: quia Matthias, quem primum per Apostolos ordinatum legimus, sorte electus fuit. Forster. *de jurisdiction. part.2. fol.*307. de quâ re omnino vide Henric. Scotanum, *in paratit. C. fol.53.&c.* Johann. Gerhard. *loc. de ministerio, num.*204.*&c.* Ac de Patriarchis, Cardinalibus, Episcopis &c. vid. Lancellot. Conrad. *in templ. judic. lib 2. latißimè.* Bellarmin.1. *de cleric. cap.11.&c.* item, *cap.14.* B. Thomam, *2.2. quæstion.*183. Lætmat. 6. *cap. 3.*

V. De ministrorum gradibus diversis; & an potiùs æqualitas inter eos esse debeat? disputatur à Puritanis, cum Anglicanâ ecclesiâ variè. Et de hac quæstione, singularis extat tractatio Hadriani Saraviæ, adversus Theodorum Bezam. Nostrates quidem ratione diversorum donorum, quæ Christus Dominus, ecclesiæ suæ ministris, prout vult, distribuit; diversos in ministerio ecclesiastico gradus agnoscunt: omnium tamen parem potestatem, ad prædicandum verbum Dei, & administranda sacramenta esse censent. Hancque graduum diversitatem, adeò nullum in ecclesia tribuere dominium, ut potiùs ecclesiasticam servitutem augere putent. Matthæus Vogel. *in thesaur. theolog. loc.11. fol.* 443. Beza, *in annotation. ad cap.22. Lucæ, vers.26.* Meisner. *tr. de legib. lib.4. section.2. quæstion.5. fol.571.* Cuidam *ex cap.18. Matth.* majoritatem ecclesiam Christi concedere, probare conanti, ita respondit olim Mart. Lutherus. Es heist nicht qui major est: sed qui major vult esse. Quare Christus, in universum damnat majoritatem & Imperium. Contra alius; Tamen Paulus, inquit, facit distinctionem officiorum, ubi dicit: Alios dedit Evangelistas, alios Pastores &c. Respondeo, non est distinctio graduum, sed donorum: ut enim corpus compactum est ex multis membris, & alterum altero est nobilius; sic in corpore ecclesiæ, aliud membrum alio nobilius donum habet. Oculus est nobilius membrum, sed non habet Imperium & majoritatem in cętera membra. Proprium est Domini, habere aliquid fortuitum, & in arbitrio positum, manda-

mandare & prohibere: sed præfecti ecclesiæ nil habent juris, aut Imperii fortuiti, sed habent præscriptum verbum Dei. At sunt ἀδιάφορα dixit, alius: illa referuntur ad Politica, & non sunt propria munera episcopi. Collectanea locor. commun. D. Lutheri, *fol.* 117. *b.* Sic etiam Balthas. Meisner. *tractat. de legib. lib.* 4. *section.* 2. *quæst.* 3. *fol.* 554. *&c.* docet, episcopatum & presbyterium; non divino, sed ecclesiastico tantùm jure distingui. Qui idem, *quæst.* 4. *fol.* 562. *&c.* reprobat septem distinctos ordines ministerii sacri. De episcopis & canonicis sub Imperio Francorum, vid. Lehman. 2. *cap.* 33.

VI. Pontifex Romanus, jure humano supremus est: quam potestatem ipsi concedi posse, censebat olim Philippus Melancht. *in subscript. articulor. Smalcaldicorum.* Sed hîc, ut & aliis in rebus, pacis nimis studiosum fuisse, ajunt. Sanè olim, (quod quidam Catholici censent) non Princeps fuit, sed primus in sessione: & quidem tantùm propter urbis Romanæ dignitatem, adde Meisner, *dict. sect.* 2. *quæst.* 7. *fol.* 604. Statim incipit religio depravari, (ut putant Reformati) cùm in formam reipublicæ commutatur, quam Hierarchiam vocant: vid. quæ dixi, *tractar. de ecclesiast. majest. jur.* cùm rationibus humanis eam antistites promovere, conservaréque nituntur, cùm sua singularia habent arcana, & status rationes, nec omnia ex Christianâ simplicitate procedunt: ut factum fuit tempore Christi & apostolorum. S. Dionysii Areopagitæ, ecclesiastica hierarchia in eo fundatur, quòd nil in superioribus, seu ecclesiâ triumphante sit, quod non etiam in militante repræsentetur. Adde etiam de hierarchiâ, Cusam, 1. *de catholic. veritat. cap.* 7. Cætera, ad politiam, disciplinámque ecclesiasticam externam quæ spectant, ex Wilhelmo Zeppero, & Renato Choppino, *tractat. hâc de re singular.* peti possunt: ego institutæ brevitati debui studere. Et multa sanè hîc disputari possent: putà an minister ecclesiæ ipse abire possit? Gerhard. *loco de minister. ecclesiast. num.* 292. De Translatione, Idem Gerhard. *ibid. num.* 171. *&c.* de causis remotionis, *num.* 174. Langlæ. *lib.* 13. *semestr. per tot.* Sed certè Constantinus Imperator noluit de litibus episcoporum judicare. Ruffin. *histor. ecclesiast. Eusebii juncta, lib.* 10. *cap.* 2.

CAP. XII.

De custodia religionis, & disputationibus in causâ fidei.

NUnc de custodiâ religionis, etiam est agendum, de quâ videatur Lælius Zecchius, *de princ.* 2. *cap.* 5. (quæ res ad politicam spectat,

Keckermann. *system. theol. fol.* 402. *&c.*) Disputare de religione, perniciosum esse reipublicæ, sive privatim, sive publicè id fiat, opinatur Bodinus, 4. *de republ. num.* 482. quem sequitur Richterus, *axiomat. ecclesiast.* 85. *& axiomat. histor.* 174. & consentit Ærodius, 1. *tit.* 6. *cap.* 12. 13. *ac* 18. Daudius, *in monitis, fol.* 65. *& seqq.* Moscovitarum exemplo, quibus pœnâ capitali id prohibitum, adstipulatur Mich. Piccart, *observat. decad.* 4. *cap.* 5. & Nazianzen. *oration. de Arrianis*, quòd non liceat semper & publicè, de Deo contendere. Quemadmodum & Mahometes, ut leges quas tulerat, perpetuò observarentur, expresse in iis cavit, ne cui de ullo religionis articulo disputare licitum esset: & ideò suas constitutiones, leges Gladii vocavit. Renatus, de Lusingâ, 2. *cap.* 1. *num.* 4. hûc facit *tot. tit. C. de summâ Trinitat. &c.* ubi vide Scotanum *in Paratit.* Attamen sobriè, de religionis articulis disputare, ut de religionis veritate eò certior fiat populus, & in eâdem constantior; reipublicæ fructuosissimum, & mandato divino consentaneum est. vid. Johann. Gerhard. *in præfation. aphorismorum succinctorum.* Othon. Casman. *ad fin. scholæ tentationis, in quibusdam epistolis.* adde tractat. Lugdun. Batavorum, An. 1610. editum, cui titulus: *Inventaire general des inconveniens de disputes de ce temps.* Meisner. *disputation. de legibus, fol.* 326. Et extat libellus Gaspari Laurentii, *de publicis disputationibus in controversiis de religion.* qui continet multas observationes ex veterum scriptis. Non prohibendum ὀρθοτομεῖν; sed Metaphysicis, Logicisque &c. principiis uti velle, haut consultum esse videtur. vid Zachariam Vietorem, *in Topicis, dissertation.* 1. *fol.* 26. Et ideò olim Hebræi philosophiam Græcam prohibuerunt, Drusius, *ad loc. Exod. cap.* 46. Logicis & metaphysicis principiis theologicè disputare, magis auget dubitationem, quàm certitudinem parit: præsertim apud homines ingeniosos & scrupulosos, inprimis si pietas desit. De physicis & theologicis disputare, per logica & metaphysica argumenta, deceptio est: vid. vitam Albert. Magni, *cap.* 43. *fol.* 289. *&c.* & memorabile est, quod *ibid. cap.* 44. *ad finem*, habetur, viro illo, subtilis eruditionis, loco maxumi beneficii, in quâdam visione fuisse promissum; quòd ne in fide vacillare contingat, omnis syllogistica ars ante mortem suam cessatura sit apud eum, & in innocentiâ puerili, sinceritate ac veritate fidei, ab hoc seculo sit migraturus; quod etiam piè nuper defunctus frater meus, Johann. Georgius Besoldus, JC. & Professor Illustris Collegii hîc, pauculas ante mortem suam horas, sibi contigisse, dixit. Quod olim Professor Academiæ Tübingensis, Conradus Summerhart, (qui *in Histor.* Naucleri, ab ingenio & modestiâ inprimis commendatur) dicere solebat: Quis me liberabit ab istâ rixosâ philosophiâ? quod de eo Staupitius referre solebat: Matthesius, In der-

der zwölfften Predigt von der Historien *M. Lutheri.* id nunc itidem exclamare licet. Sed Jannum Drusium, virum probum, & variè eruditum audiamus, qui *in annotation. nov. Testament. fol. ante penult.* ita scribit: Cavete à fermento Pharisæorum; hoc Christus olim. Si nunc in terris esset, meliore jure clamaret: Cavete à fermento philosophorum, in quo nunc tota Theologia jacet. Ipse Oceanus Theologiæ Moses, si viveret hodiè, nihil minùs, quàm theologus esset. Idem dicendum de Prophetis & Apostolis. Quapropter? Quia nunquam sederunt ad pedes Aristotelis, sine quo, inquiunt, theologus non fit &c. Hinc nimis acuti disputatores, plerunque fiunt sycophantæ. Richter, *axiomat. ecclesiast.* 93. Et sæpè in disputationibus, quando à rectâ viâ, simplicique veritate receditur, utrinque contrariæ hyperbolæ defenduntur. Idem, *ibid. axiomat. 95.* Et etiam sæpè patres, contra hæreticos pugnantes, in contrarium errorem prolapsi sunt. Eccius, *tractat. de prædestinat. l. ult. b.* Goldast. *in præfat. dedication. tractat. de Eucharistiâ.* Vide elegantem orationem Davidis Chytræi, *de studio theologiæ, exercitiis veræ pietatis & virtutis potiùs, quàm contentionibus & rixis disputationum colendo, fol. 472.* Et de inanibus disputationibus, piè disserit Hieronym. Wolfius, *Commentar. ad offic. Ciceron. fol. 176. 226. & 321.* Nec etiam est legenda scriptura, tantùm ad contradicendum, ut monet Cyrillus, *ad caput 5. Iohann.* Majoris sanè efficatiæ est, simplicitas, quàm acumen, si de rebus theologicis disputare velimus: quod exemplo memorabili probat D. Matth. Hafenrefferus, *lib. 1. loco 4. fol. 120.* Nec semper per disputationes controversiæ sedantur: ut Sisinnii factum edocet, Histor. Tripartit. *9. cap. 19.* & vid. eandem historiam *lib. 2 cap. 3.* ac Ruffin. *lib. 10. cap. 3.* Ac etiam hâc ratione propagata fuit Evangelii doctrina, Clemẽs, *recogn. 1. fol. 4. & seq.* Rectè ὀρθοδοξία contra hæreses defenditur: & id etiam in cathedrâ pro concione fieri debet. Felix, Bidembach. *decad. 1. consil. 5. & decad. 2. consil. 1.* & Johann. Forster. *disputat. ad oration. dominic. decad. 1. problem. 4.* Sed moderatè Chytræus, *in epistol. fol. 666.* Ac item disputationes publicæ sæpiùs Theatricæ tantùm sunt. Sed & non negligendum est, quod Johannes Picus Mirandulanus dicere solebat, eas disputationes, quæ animo placido, veritatis causâ, privatis in locis, & semotis arbitris exercentur, prodesse: at illas obesse plurimùm, quæ ad ostendendam, & captandam auram popularem publicè haberentur. Vixque fieri posse, quin homines cupidi honoris; ejus, quo cum decertent, infamiam quærant, refert Johann. Franciscus Picus, *in vitâ patrui sui Iohannis.* Ac quoque in disputando, perfectio religionis Christianæ non consistit. Jacob. 2. *vers. 19.* æquè magna, si non major, vitæ Christianæ ac charitatis ratio est habenda. Si tàm operosè credendum

N 2 est,

est, quis tandem salvabitur? Et cùm omnia scire volueris, quando illud facies, quod monet Dominus: Quisquis vult discipulus meus esse, abneget seipsum, & tollat crucem suam. Certè cùm plurimum sciveris, vincêris à diabolo. P. Bertius, *in præfat. oration. de Iacob. Arminio, & passim in ipsâ oratione.* Certè crux unica est eruditio verborum Dei, theologia sincerissima: ubi unus tentatus plus scit, & prodest, quàm centum non tentati, qui scripturas legunt, ut Carmen aliquod Ovidianum. Finck. *can. theolog. 99.* Dona Dei per afflictiones veniunt; aut certè per afflictiones confirmantur. Tauler. *sermon. in dominic. sexagesim. qui habetur in ejus vitâ.* Undè exquisitissimæ de fidei rebus concertationes, finem rarò quòd assequuntur speratum; in causâ est, veræ sapientiæ quòd negligimus initium, Timorem Domini nempè: & quòd Christum discendo magis, quàm sequendo apprehendere satagimus. vidè Sebastian. Castalionis *præfation. in Bibl. Kempis, de imitat. lib. 1. cap. 1. & seqq. præfation. meditat.* Johann. Gerhardi. Johannem Arnd, *de vero Christianismo, passim, maximè 1. cap. 39.* Eberhard. à Weihe, *de prærogativ. success. A. 2. & B. 2. &c.* adde Valent. Weigelii Güldengriff *cap. 12. 13. 14. 17. & 24.* Ac etiam Arabes docent, Numen silentio coli rectiùs. Drusius, *in proverb. Arabicis, num. 298.* Qui mundo sunt corde, vident Deum. Origen. *Philocal. fol. 125.* & scripturam magis explicat gratia, quàm ratio. Origenes, *ibidem fol. 19. &c.* & vide vitam Dionys. Carthus. *cap. 8.* Fides melior est, Syllogismis, Riccius, *4. de agricultur. ad theorem. 4. & 5.* Omnia unctio docet, vid. Arnd. *tractat. de unione cum Christo ad fin.* Solùm spirituale lumen, unionem introducit, & pellit ignorantiam, facientem divisionem, S. Dionys. *in operib. fol. m. 191.* qui idem *cap. 7. de divin. nomin. fol. 234.* docet, quomodo divina sint intelligenda. Certè magni viri, non sine precibus & devotione, ad tractationem sacrarum literarum accesserunt. vid. Vitam Alberti Magni, *cap. 19.* Divina, humano judicio non sunt rimanda, Seraphin. Firmanus, *de discret. cap. 12.* Piè Reginaldus Polus, ut in ejus vitâ Dudithius *fol. 45.* testatur: Qui, cùm de ratione ac viâ, quâ Pauli Epistolarum latentia involucra, & obscura loca aperiri, evolvi & explicari possent, consulêretur, respondere solitus fuit: hanc sibi videri ad eam rem proximam, & quasi compendiariam viam; si quis id ageret, ut posteriorem earum Epistolarum partem, quæ de Christianis moribus ferè semper agit, primùm legeret, intelligeret, vitâque ac factis exprimeret. Deindè ad priorem, in quâ de decretis, quæ δόγματα vulgò vocant, subtiliùs ac acutiùs disputatur, accederet. Videbat scilicet, puros, mundos, atque in divinis præceptis exercitatos animos, faciliùs atque procliviùs obscuriora quæque penetrare posse. Contra verò, qui quæ clariora, & apertiora in sanctis

ctis libris sunt, neglegant; eos ab occultioribus, sanctioribúsque mysteriis, tanquam prophanos à sacrarum ædium liminibus arceri. Malè vivitur, ubi de Deo non benè creditur: (nec imitandus est Apelles, hæreticus Marcionista, de quo Euseb. *5. cap.* 13. qui nescivit, quid crederet) sed vicissim inutiliter creditur, ubi non benè vivitur. Rationibus, non exemplo, Christo multos lucri facere conamur, & similes sumus iis, de quibus Salvator noster, Matth. 23. *vers.* 15. exclamat: Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ, quia circumitis mare & aridam, ut faciatis unum proselytum: & quum fuerit factus, facitis eum filium Gehennæ duplò magis, quàm vos estis. Aliter D. Petrus fecit, qui volens cum Simone Mago disputare, priùs mores ipsius exploravit, Clemēs *1. recogn. fol.* 24. Et hæreticorum proprium est, disputare quid pium magis sit; quàm piè vivere, Cardan. *de util. ex advers. capienda, fol.* 995. Sic & Hebræi dicunt, *in capp. Patrum. fol. m.* 47. Cujuscunque sapientia amplior est operibus, illius sapientia non firma manet, &c. Maxuma hæresis est; negligere, vel non præcipuè inculcare imitationem Christi. De quæstionibus, neglectâ vitâ, agit multis, S. Clemen. *2. recognit. fol. m. 28. in fin. & fol. seq.* Fides etiam debet præcedere intellectum, Barclaius, *in Parænes. fol.* 57. Et ex doctrinâ Wiclefi, *lib. 3. dialog. cap.* 17. Distinguendum est inter hæreticum realem, & verbalem. Realis totam sollicitudinem projicit in terrena; hæcque hæresis totum inficit mundum. Divinè olim senex quidam corripiens juvenes, ita eis dicebat; Credite mihi, filioli, nihil aliud schismata & hæreses in sanctam ecclesiam introduxit; nisi quòd Deum, & nos invicem, non valdè diligimus, Johann. Moscus, *in prato spirituali, cap.* 47. aut quòd nos divina non comprehendere fide, Deúmque scire, quàm timere malumus. Montaign. *fol.* 496. *&c. lib.* 2. *cap.* 12. Audi Chrysostomum, *in homil. 25. ad 7. caput Matthæi.* Si Apostoli, & apostolici viri, veluti nos, genio indulsissent, & à morte innumeros homines suscitâssent, non solum nihil utile fecissent; verùm etiam seductorum atque impostorum nomen non effugissent. Vivendi disciplina est, quæ ubiq; fulget, quæ spiritus etiam gratiam attrahit &c. Spiritualia, spiritualibus comparamus. Spiritualis homo, judicat omnia. 1. *Cor.* 2. Resignatio, non ratio omnia necessaria manifestat. Tauler. *sermon. 2. Domin. 1. advent.* Et quando vas non spiritu mundatur, litera occidit, Tauleri vita, *cap.* 3. Vita Christiana non in lumine naturali fundatur, Savonarol. 1. *de simplicitat. Christ. conclus.* 5. Nemo potest scripturas intelligere, sive doctus, sive indoctus fuerit, absque lumine illo, à quo immediatè dependent: ideóque nullus ad eas, nisi purgatus accedat, ut ait idem Savonarola, *proemio super primam exposit. oration. dominic.* quæ aliis verbis repetit, D. Pomeran. *super 1. Samuel. cap.* Es seind etliche

auß vns/die auß dem Wort Gottes machend allein ein Wort menschlicher Kunst / aber sie verstehens nicht: das ist / sind im Hertzen nicht gläubig/ wissend nicht / daß das Evangelium nicht Buchstab ist / sondern Geist / nicht Lehr/ sondern Leben. Vnnd weil sie allein die eussern Sacramenten rühmen/vnd darein vertrawen Selig zu werden / gleichsam sein sie besser dann andere / fallen sie von jhren Feinden / dann wir vertrawen in die Arch/das ist/ in eussere dinge / vnd haben kein Geist im Hertzen. &c. Hermes Trismegistus, *de pietate & philosoph. lib. 1.* Qui pius est, summè philosophatur. Qui pius est, sciet ubi sit veritas, & quænam sit illa: & sciens etiam, magis erit pius. Proclus, *in theolog. Platon. 2. cap. 11.* Semper iis temporibus, quibus virtutis & sapientiæ actiones atque opera maxumè floruerunt, minimum fuit de his verborum & doctrinæ sparsum. Richter, *axiom. ecclesiast. 86.* Forsan ut morum, ita & doctrinæ vitia, supplet ac condonat Deus. Clemens *2. recognit. fol. m. 50* Et vicissim, cùm impius quisque de pietate loquitur, & in conscientias dominatum exercet: fit, ut nec Deus faveat, nec homines credant, sed athei fiant, Cunæus, *de republ. Judaeor. fol. 88. &c.* Et ut disputationibus, ita etiam nimiis ceremoniis religio obrui solet: ac de Græcis notanter illustris Wenceslaus à Budovvet, *in circul. horologii fol. 223.* scribit: Sæpè collocutus sum cum Græcis, diligenter illis inculcando, firmissimum existere illud axioma: Impossibile esse, ut Judæi, Turcæ, & quævis gentes externis ritibus & ceremoniis, & commemoratione perpetuæ successionis in iis servandis convertantur, & Christo lucrifiant. Quin potiùs hæc omnia illis scandalo & offendiculo sunt: & ut liberius cum Apostolo dicam, talia sunt; per quæ nomen Dei blasphematur inter gentes: id est, omnia beneficia Christi, quæ ad internum hominem erudiendum, & fidem in ejus corde per verbum Dei formandum pertinent: ea, inquam, omnia à Græcis in spectacula, & quasi in quandam comœdiam transmutantur, id quod videre licet coram altari eorum, in peragendis sacris suis; deindè in conspersionibus, lampadibus, deambulationibus, sacra sua, & reliquias sanctorum populo demonstrando, cunas Christo infanti apparando, eundem sepeliendo. Quid quæso illud aliud est, quàm omnia beneficia Christi, Judæis & Turcis ludibrio, instar fabellæ alicujus exponere? adeò ut me aliquoties spectante, Judæi & Turcæ etiam, ex remotissimis Asiæ locis, cùm talia spectacula ab illis peragerentur, filios suos pueros, ad illa spectanda adducerent, inculcantes eis; ut discerent *Gojos*, id est, infideles, qui Deos sibi fabricant, & eos colunt: contra quos quoque eò ardentiùs, tanquam contra idololatras, & gentem omnis judicii expertem, pugnandum esset. Sed tamen ceremoniæ, minùs nocere putantur, quàm

illæ

illæ nimiæ rixæ: majorémque efficiunt devotionem. Inprimis simplices, non debent de religione disputare. Philo, *lib. 2. de Cherubin. in fol. 125. & seq.* Maximas enim difficultates habet scriptura, Origen. *in philocal. cap. 2. & fol. m. 33. 38. 41.* item, 143. ubi ait: Majora eam mysteria habere quàm quæ scribi queant. Imò Catholici negant, Theologiam esse argumentativam, vid. Colloquium Durlacense, *cap. 6.* & adde Riccium, *d. commun. ratione sacramentorum fol. m. 198.* Et quàm timidè S. Paulinus, de arcanis biblicis responderit, vid. ejus vitam, *fol. m. 177. & seq.* Multi putant, omnia clara esse, se omnia scire, sua tantùm se defendere debere: & hinc oriuntur plures sectæ. Cunæus *de republ. Hebraor. fol. 77.* Sic cùm alii superstitionis, & mordacis defensionis antiquitatis rei aguntur: alii sunt nimis quæstuosi; eóque cordatis bilem, aliis risum movent: vid. eund. Cunæum. *in sacris venalibus.*

II. Etiam stultæ, & sine disciplinâ quæstiones, sunt devitandæ. *2. Timoth. 2.* Undè concordiam quærere & stabilire velle in omnibus, at talibus præsertim quæstionibus, quæ pari pietatis adjumento, aut sciuntur aut ignorantur; discordiæ est ansam dare, charitatique repugnat Christianæ. Philipp. 3. *vers. 15.* vid. P. Ramum, *comm. de religio. Christian. lib. 4. cap. 19.* adde omninò Arminii opuscula, *fol. 225. & seq.* Item Bogermann. *elenchomen. fol. 40. & 43.* Cunæ. *de republ. Hebraor. fol. 90. &c.* Et sunt etiam inter errantes multi boni: modica enim grana tritici, sunt in immenso cumulo palearum. Benbellona, *part. 1. cap. 12. fol. 102.* Multa quoque in theologicis, per revelationem sunt explicanda, Occam. apud Goldast. *d. Monarch. tom. 2. fol. 832. &c.* Undè hæreses tunc in Judæâ suboriebantur, cùm desiit prophetia. Cunæus, 1. *de republ. Hebraor. cap. 17. fol. 276.* pulcherrimè, easq; disputationes quandoque augent, non extinguunt. Sacro S. Scriptura Thesaurus est inexhaustus, nec hactenùs omnia inibi satis sunt enodata. Cæl. secund. Curio, *in præfation. ad Lector. tractat: de amplitudin. regni Dei.* nec ergò statim ut hæretici condemnandi, qui altiùs dispiciendi, aliis præbere cupiunt occasionem. Et de dubitatione sacrâ, consule Cunæum, *fol. 83. &c. tractat. de republ. Hebraor.* Et est quædam ignorantia pia. Possumus in quibusdam salvâ pace & charitate, dissentire. Sicque Augustin. contra Julian: 1. *cap. 2:* Alia sunt, inquit, in quibus inter se aliquando etiam doctissimi atque optimi regulæ Catholicæ defensores, salvâ fidei compage, non consonant: & alius alio de unâ re meliùs aliquid dicit, & veriùs. Post Christum & Apostolos, semper in ecclesiâ aliqui fuerunt errores: Richter. *axiom. ecclesiast. 24.* Nullus est priscorum Patrum, qui careat nævis. Nec semper in Theologicis conclusionibus, sed & in articulis catholicis quandoque impegerunt, Concil. œcumen. Schroppii,

tii, fol. 276. Habétque cognitio Dei suos certos gradus, vid. Drus. *ad loc. Exod. in nomine Iehova non innotui illis, cap. 4.* Etiam judicium suũ, hîc interponit testi[illegible]ssimus Owenus, *lib. 3 epigram. 120.*

Tanta vel in nobis utinam lis esset amoris,
Quantus in hoc lacero tempore, litis amor.

Eadem gravissimus Poëta Gallicanus, J. A. Bayf. *fol. 5. des mismes*, conqueritur:

Charité l'amarque luisante
De Chrestienté resonsante,
Esteinte se cache en nos jours.
Nous pointillons sur la doctrine,
Chacun à sa poste en devine,
Barbouillant la Religion.

Exindè nascitur divisio: Proprium autem hæreticorum est, dividi. Ita Ariani divisi fuerunt inter Eunomianos, Arianos & Macedonianos. Divisi fuerunt, sed non compuncti. Ruffin. *histor. 10. cap. 25.* Alii jam olim ad aliud latus inclinando, provocant ad traditiones & successiones. Bellarmin. *de verb. Dei, lib. 4.* idque prætextu simplicitatis & obedientiæ fecerunt, ac odio concertationum. De theologorum, nimio zelo ferventium, injuriâ; passim conqueritur Drusius, & vid. *tractat. de ejus vita, & operib. fol. 33.* Et notatu dignum est; quòd vulgatum illud dicterium: Novus Medicus, Cæmiterium novum; hoc item applicat theologiæ Henric. Alsted. *in system. mnemon. lib. 2. cap. 38. fol. 736.* Novi & juniores Theologi petunt novum infernum. Hi ferè sunt superbi, & superbia est hæreseos mater. Pugnaces Theologi, similes sunt Simoni Mago, vid. Clement. *1. recognition. fol. 29. & seq.* Magis Deo placere videtur, ad pœnitentiam provocare suos, quàm in peregrinos hæreticos insurgere, B. Tauleri Vita, *fol. m. 37.* Inprimis autem scommaticè contra hæreticos non est scribendum: quod & pax religiosa inhibere videtur. Hîc disputare licet; an à confessionibus aliqui sint denominandi? vide Forster, *disputation. ad symbol. decad. 1. problem. 4.* An qui extra symbolum Apostolicum errat, hæreticus sit? Albicius, *in exercitat. tit. de eccles. quæstion. 22. fol. 14[illegible].* Sanè Symbola olim, paucas quasdam propositiones continebant: quale est Apostolicum illud. Perversitas hæreticorum, & impia curiositas philosophorum, eorum multitudinem & prolixitatem introduxit. Erasm. *in Catechism. in explication. symbol. 2.* Ergò, qui nec hæreticorum imitatur perversitatem, nec curiositatem philosophorum curat, ille etiam paucis potest esse contentus. Ac etiam olim quidam subscribere voluerunt confessioni, sed non mathematismis, Tripartita, *2. cap. 17.* An fidei confessio aliqua debeat

debeat esse regula & norma veræ doctrinæ? Albicius, *ibid. quæstio.* 24. Quâ de re Jacob. Arminius, *in articulis nonnullis, diligenti examine perpendendis, de scripturâ*, ita scribit: Scripturam esse normam, omnis veritatis divinæ; ex se, in se, & per se; perperàm dici, normam esse quidam, sed intellectam secundum sensum confessionum belgicarum, &c. perperàm dici, quòd confessio vel Catechismus in dubium vocentur, cùm examini subjiciuntur: cùm nunquam extra dubitationis aleam poni possint. Tyrannicum & Pontificium esse, conscientias hominum, scriptis humanis alligare, & impedire, quò minùs legitimo examini subjiciantur; quocunque prætextu id fiat. Sed an liceat occultum veritatis discipulum esse: qualem fuisse Gamalielem, notat *recognit.* 5. Clemens. vid. ejus *recognit. lib.* 1. *cap.* 2.

III. An concilia ad promovendam religionem conducant? disquirit in Irenico Pareus, *cap.* 1. Qui idem de Colloquiis, *cap.* 3. *&* 4. de Synodis, *cap.* 5. *&* 6. agit: Sed tamen adhibendus est D. Georg. Sigvvardus, *in admonition.* adde Parcker, 3. *de polit. ecclesiast. cap.* 25. Et monet *in axiomat. histor.* 136. Richterus, Colloquiorum, Conciliorum, Synodorum, &c. hunc plerunque fuisse exitum; ut animi dissidentium magis sint exacerbati, quàm mitigati: & doctrina vera plus fuerit obscurata; quàm illustrata; adeóque certaminum, dissidiorum, & contentionum æstus magis accreverint, quàm decreverint. adde Boccalin. 2. *ragguagl. cap.* 55. Colloquia parùm proficere, autumat quoque Ungersdörffer/In der Vorbereitung gesuchter *Composition cap.* 2. *& seqq.* De conciliis, latè tractat Bellarminus *tractat. de eccles. concil.* ubi varias circa eam rem quæstiones habet. Fuerunt & concilia diversa, sibique contraria, histor. Tripartit. *lib.* 5. *cap* 38. quódque etiam in concilio Nicæno, aliquantum ineptè fuerit disputatum, & processum, videri posset arguere histor. Tripartit. 2. *cap.* 2.


IV. Libros hæreticorum cremare, suadet Piccart. 7. *observat. cap.* 10. Et urget Bellarminus, *de laicis, cap.* 20. adde Filesacum, *de authoritat. episcop. cap.* 1. §. 7. ac Fidelem Annosum, *in Apostas. M. Ant. de Dominis, fol.* 23. *&c.* Et Constantinus Imperator, igni addixit Arii scripta, Historia Tripartit. (ex Socrate) *lib.* 2. *cap.* 15. Ethnici quoque tales libros vetuerunt, quibus ipsorum religio convelleretur, Baron. *sub Anno Christi* 302. *num.* 3. Jacob. Angliæ Rex, *in instit. filii fol. m.* 98. concedit id de seditiosis. At sanè è libris hæreticorum, magnam quandoque capi posse utilitatem, Thuanus alicubi, ubi de Roberto Stephano agit, fatetur. vid. Dn. Justi Majeri *quæstion. Capitalem, fol.* 71. *&* 80. Et etiam de Johanne Coleto scribit Erasmus, *ad Iodoc. Ionam, Anno* 1521. Nullus erat liber tàm hæreticus, quem ille non attentè evolveret, dicens, se plus

aliquotiens ex illis capere fructus; quàm ex horum libris, qui sic omnia definiunt, ut frequenter adulentur coryphæis, nonnunquam & sibi ipsis. adde Origen. *Philocal. fol.* 14. *&c.* & dissertationem singularem, Jacob. Laurentii contra Gretserum, *de libris hæreticorum*, vid. etiam Lactantium, 5. *cap.* 1. Et habet locum, notatu dignum Eusebius, 7. *histor. cap.* 6. quòd libri hæreticorum sint legendi. Magicos quoque libros non prorsùs abolendos, suadere videtur Albert. Magnus, vid. ejus vitam, *cap.* 10. *ad fin.* Similis olim controversia Johann. Capnioni mota fuit, nùm libri Judæorum sint abolendi, vid. Sleidan. *lib.* 1. & Reichlini vitam, *apud Bümarcum & Melchior. Adami.*

V. Non sunt audiendi, qui prohibent librorum sacrorum lectionem. Et aurea sunt verba Justiniani, *Novell.* 146. qui ait: In confesso est, multò paratiorem ad meliora discenda, & capessenda esse eum, qui in sacrorum librorum lectione est enutritus &c. An Biblia, & quâ in linguâ legenda? vid. Rittershus. *ad Novell. part.* 1. *cap.* 1. Estque mirabilis ac latens vis, in literis sacris, Origen. *Philocal. cap.* 12. adde Bellarmin. 2. *de verb. Dei. cap.* 15. *& seq.* Serrar. *in prolegom. Biblic. fol.* 130. Montaigne, *lib.* 1. *cap.* 56. *fol.* 292. *&c.* An sacra, peregrinâ linguâ peragenda? disquirit Cassander, *in liturg. cap.* 28. *&* 36. Edidit etiam tractat. Frid. Furius Ceriolanus, *de libris sacris in vernaculam convertendis*, & hâc de quæstione vid. Albicium. *part.* 1. *exercitat. theologic. tit. de scripturâ quæst.* 8.

VI. De moderatione, in religionis negotio, hæreticorúmque condemnatione, multi semper disputârunt. Cum Catholico-Romanis, impossibilem esse Pacem, *in tractat. cui titulus, Roma irreconciliabilis, sect.* 22. probat Ioseph. Hallus. Verùm de negotio moderationis, & non damnandis omnibus Romano-Catholicis, vel Lutheranis, consuli potest Cassander. *epist.* 16. *centur.* 1. Belgic. Epist. 47. *&* 50. Et inibi, *pag.* 137. *&* 176. Erasm. *inter epist. Lugdun. Batav. in* 4. *impressas, fol.* 139. *&c.* ubi de temporandâ catholicâ religione. Sed Cassandri Syncretismum etiam Bellarminus damnat, *de Laicis*, *cap.* 19. Gravissima est sententia Hopperi; qui in constituendâ & pacificandâ ecclesiâ, *hoc efficiendum* putavit, ut non pravis opinionibus, (tametsi his quoque) quàm à malis moribus ecclesia repurgaretur, in quo uno salus reipublicæ Christianæ consistit; curandúmque, ut intelligant homines, nos non minùs malis moribus nostrorum hominum, quàm adversariorum malis opinionibus esse infensos. Quibus si accedat, ut incipiant animadvertere, veram religionem non subtilitate disputationum, variarúmque quæstionum constare; sed solâ in Deum ac Christum pietate, & adversum homines amore, non multùm ampliùs repugnaturos multos; quin opi-

niones illas suas inanes, & superfluas missas faciant, & ad veram ecclesiam repurgatam ac restitutam se recipiant. Quos vulgò Calvinistas indigitamus, de Pace, & moderandis condemnationibus multa scribunt: & Irenicum Paraei, eo fine editum est, ac etiam Tractat. Was die Pfälzische Kirchen glauben. adde Pelargum, In der Antwort auff Crameri Fragen. Et ex nostratibus, (ita puto) Christophorum Donavver, *in tractat.* Erhebliche Ursachen/ warumb er auff offentlicher Cantzel / in Verkätzerung etc. der genannten Calvinisten sich nit einlassen könne etc. At hanc moderationem, quam desiderant in Lutheranis, obtinere nequeunt in belgicis ecclesiis Arminiani, vide tractat. Gallicum, *Le Chrestien vrayement moderè.* & quæ in causâ Vorstii, ac Remonstrantium, indies eduntur scripta. De mediis concordiæ, vid. omninò Politic. Goldasti, *part.28. per tot.* Grynæum, *lib.1. epistol.44.* adde Acontium, *tractat. de stratagemat. Satanæ.* Et exhortationem ad concordiam, piam; habet Decretum Ordinum Belgic. *fol.122.* Et de officio Pii Viri in controversiis religionis, singularem scripsit libellum Cassander, & illum etiam contra quendam oppugnatorem defendit. Et hæc præter, propter, & per saturam quasi annotare placebat; quæ hac de materiâ, difficili & odiosâ apud gravissimos auctores quondam me legisse, recordabar. Iudicent ii, qui certi sunt, se Spiritu Sancto duci.




DISSERTATIO SECUNDA.

DE PRÆMIIS, POENIS ET LEGIBUS.

CAP. I.

Præmiorum distribuendorum necessitas.



CUM quæ sunt hactenùs deducta, ad persuasionem potissimùm referantur; nunc ea conservandæ reipublicæ remedia attingam, quæ jubere magis, quàm persuadere censentur. Hócq; dum facio, non præter officium meum agere videor. Námque & alicubi Plinius Iun. *in epistol.*

scribit: Nulla laudabilior philosophiæ pars est, quàm agere negotium publicum; cognoscere, iudicare, promere & exercere iustitiam. quæq; Philosophi doceant, in usu habere. Iussus autem ille consistit in præceptione recti, quò ad civiles actiones ritè expediendas; secundum virtutis normam: ut honestè vivamus, alterum ne lædamus, & suum cuique ut tribuamus. Fitque ea præceptio, cum comminatione pœnæ malè facientibus; & præmii promissione benè facientibus. Nam & præmiorum distributio ad leges, seu jussum, non ad exhortationes, aliaque, de quibus *in discurs. superiori*, pertinere; probat Ulpian. *in l.1.§.1. de justit. & jur.* Muretus, *ad l.7.ff. de legib.* & dicam *infrà*. Equidem nec domus ulla, nec respublica stare potest, si in eâ nec rectè factis præmia extent, nec supplicia peccatis, Cicer. 3. *de natur. Deor.* Hisque duabus rebus, rempublicam contineri, dicebat Solon, Cic. *Bruto.* & idem sentiebat Mahometus II. Turcarum Imperator, apud Boterum, *1.d. detti fol. m. 20. b.* Indeque Hispani dicunt:

No es bueno para mandar,
El que no premia, y castiga.

Conceptos Morales, de Eyçaguirre, *num.79.* Neque etiam graviores civitatum motus, frequentiores rerumpublicarum interitus, quàm utriusque hujus rei neglectione, contigerunt. Bodin. *5. de republ. nu. 542.* Tholos. 10. *de republic. cap.2.* Iussio verò illa fit, vel à magistratu muto, seu lege, vel à lege vivente, hoc est magistratu. Ac de præmiis latè tractat Dn. Frider. Mockel, *in dissertat. hâc de re singul. quæ extat in Fasciculo Tubingensium; à me editarum disputationum, priori.* Boccalin. *centur.1. ragguagl.79.* Hattron. *de Aulâ fol.100.&c.* Piccart. *oration.9.* Interim tamen mente tenendum est illud, quod D. Bernhardus ait, *de diligendo Deo*: Amor purus seipso contentus est, Præmium non quærit. Summus gradus est dilectionis, nec præmium petere æternæ vitæ, ex vi amoris. Eccard, beim Taulero *m. fol.282.* nec metu pœnæ, bona esse facienda etiam ethnici sciverunt. Agell. *12. cap. 11.* & dixi *in tract. d. princ. polit.* Memorabile est, quod *en la Chronique du Roy S. Louys.* refert Iean Sire, Seigneur de Ionville, *cap.56.* & repetit Pasquier, *5. des recherch. cap.37.* ac Auctor è Soc. Iesu, libelli, *cui tit. praxis bonarum intention. fol.31. Frere yves, en allant, (à Acre) depuis le logis du Roy, jusques au logis des ambassadeurs, il trouva emmi la rue une femme fort ancienne, laquelle portoit en sa dextre une escuelle pleine de feu, & en la main senestre elle avoit une fiole, pleine d'eau; à laquelle Frere yves demanda: Femme, que veux tu faire de ce feu, que tu portes? Et elle luy respondit; que du feu elle vouloit brusler Paradis, & de l'eau vouloit estaindre l'enfer. Et Frere yves luy demanda; pourquoy elle disoit telles paroles? Et elle luy respondit;*

ſpondit; pour ce fit elle, que je ne veulx nul y face jamais bien en ce monde, pour en avoir Paradis en guerdon: ni außi que nul ſe garde de pecher, pour la crainte du feu d'Enfer; mais que tous facions biens, pour l'entiere & parfaicte amour, que nous devons avoir à noſtre Createur Dieu &c. Extatque apud Bartholom. Salucium, Oratio hominis devoti, præmia non expetentis, *in libello, cui titul. inventiones divini amoris fol.37.* Sed tamen æquitatis ratio requirit, ut præmia dentur etiam non petenti. Itidem bonis præmia ſunt grata, ut videant, operam ſuam reipublicæ, non diſplicuiſſe. Ac ita licèt non propter præmia quis reipublicæ operam ſuam locet: & gratitudo tamen requirit, ut is præmiis adficiatur. Silius Italicus, *lib.13.*

> *Ipſa quidem virtus, ſibimet pulcherrima merces:*
> *Dulce tamen venit ad manes, cùm gloria vitæ*
> *Durat apud ſuperos, nec edunt oblivia laudem.*

Præclarè Symmachus, non quod ille præmia terrena deſideret, qui gaudia corporis etiam, cùm hominem ageret, ut caduca calcavit; ſed quia ornamentis bonorum incitatur imitatio, & virtutis æmula alitur exemplo honoris alieni. *1. epiſtol.*11. Et poſtea: Ea ſcilicet causâ, ut juſtis ſuperiorum Ducum titulis, præſentium circa nos devotio provocetur. *2.epiſtol.43.*

II. Suppliciorum atque pœnarum comminatione, peccata, quamvis præcaveantur; virtus tamen, minis, vi, ac metu tradi nequit: ſed ſanè præter inſtinctionem, & perſuaſionem; præmiorum prætereà elicitur exhortatione:

> *Egregióſque invitant Præmia mores.*

Præmia quippè ubi ſunt dempta, ibi, qui præmio aliquid dignum faciat, haud ferè reperitur ullus. Ipſa per ſe virtus, amara atque aſpera eſt: paucíque poſt genus hominum natum reperti ſunt, pro ſuâ patriâ, qui nullis præmiis propoſitis, vitam ſuam hoſtium objicerent telis; quod ait *pro C.Rabirio*, M.Cicero. *Sin merced, impoßible es obrarſe bien, ninguna coſa*: Celeſtin. *act.1.fol.33.* nemo gratuitò nec bonus, nec malus eſt. Iuvenal. *Satyr.*10.v.140.

> *Tanto major famæ ſitis eſt, quàm virtutis.*

Et indè, apud quos maxima proponuntur virtuti præmia, in eorum republicâ viri præſtantiſſimi exiſtunt. Thucyd. *2.fol.m.83.* vid. Iac. Bornit, *tractat. de præmiis, cap.*1. *&c.* Camman, *diſputat.5.theſ.7.* Nil non aggreſſuri ſunt homines, ſi magna conatis, magna præmia proponantur, Livius. Eyçaguirre, *d.conceptos morales.num.631.*

> *No vi que virtud premiada, ſe olvidaſſe de crecer.*

III. Non igitur utile minùs eſt reipublicæ, virtutum & bene-

meritorum exempla, præmiorum accendi promissione; quàm improbos formidine prohiberi pœnarum: contra ac Bodinus censet, *5. de republic.* 4. vid. omninò il Fuggilozio di Tomaso Costo, *giorn. 7. fol. 451.* Pariter etenim præclarè facientium, quàm non malè agentium copia ut suppetat, est necesse. Undè Cæsar divitem se putavit, cùm multos fortes viros divites reddidisset. Plutarchus, *in vitâ.* adde apophthegm. Cardinal. Petr. Aldobrandini, *tit. de grati animi volunt. per discurs.* Princeps præmia non conferens, videtur Tyrannus. Boccalin. *2. ragg. 27. fol. 154. &c.* aut saltem vitium magnum existit, Lehman, *Chronic. Spirens. fol. 48.* Et hæc propè cura, rerumpublicarū hodiè neglecta moderatoribus, in causâ esse, mihi videtur; Heroica quòd nunc facinora sunt rariora.

Sunt Mæcenates, nec desunt Flacce Marones.

Vide Boccalin. *centur. 1. ragguagl.* 27. Ubi Imperatores, & Reges sunt literati, ibi literæ florent. Marco Aurelio, *cap.* 4. vid. Mildendorp. *2. de Academ. fol. m.* 349. Honos alit artes. Camerar. *2. cap. 56.* Et si quis cum Severo Imp. aureo Carmen penset, Histor. Tripartit. *in præfation.* magnam produceret segetem bonorum Poëtarum. Quo etiam sensu, Petron. *in Satyr. fol. m.* 41. scribit: Noli mirari, si pictura defecit, cùm omnibus diis, hominibúsque formosior videatur auri massa; quàm quicquid Apelles, Phidiásve, Græculi delirantes fecerunt. vid. Petrum Messiam, *var. lection. 2. cap.* 17. Nec audiendus videtur Ariosto, qui *cant. 35. à princ.* scribit: Gratiam Magnatum facere ex Poëtis bonos adulatores, & malos. Nec tàm refert, Monarchia sit an Aristocratia, vel Democratia, aut aliqua reipublicæ forma ex his temperata; quàm ut in quâcunque gubernatione, discrimen habeatur publicum, inter viros utiles reipublicæ, & suo viventes abdomini; æquè ac inter improbos & probos. Undè generaliter legis virtus, non solùm est imperare, vetare, permittere, punire, sed & præmio afficere, (publico nempe) *l. 1. §. 1. ff. de justit. & jur.* vide *l. 7 ff. d. legib.* Matheacium. *1. de viâ jur. c. 32. num. 7. & seq.* Et quid hâc in parte fecerint Athenienses atque Romani, notat Piccart. *decad. 1. cap. 6.* adde Ærod. *rer. judicatar. fol. m. 461. cap. 3. & seq.* An autem præmia in Democratia, frequentiora sint, quàm in Monarchiâ, disquirit Boccalin. *1. ragg. 25.*

IV. Multa Princeps, vel respublica media habet, subditis suis officia præstita, vilibus etiam rebus remunerandi. Amirato *2. discurs. 2.* Wern. Gebhard. In den Fürstl. Tischreden. *cap. 26. lib* 2. Magis etiam præmium delectat, majúsque acquirit pondus, si à manu ipsius Principis proficiscatur: quod κρύφιον, seu arcanum reipublicæ putatur. Camman. *disputat. 5. thes. 15.* Ac si ultrò non petenti offeratur: magnum enim vitium

vitium est, si præmia, non nisi ea emendicantibus, conferantur. *Assai domanda chi ben serve; & tace.* vid. il Fuggilozio di Tomaso Costo, *giornat.7.fol.443. & seq.* Qui benè servit, tacens petit. Ens. *2.epidorpid. fol. m.193. tit. Munerum Captatores &c.* Nec ea solùm militibus sunt conferenda, Paruta, *discurs.1.fol.21.*

CAP. II.

De præmiorum distribuendorum ratione.

PRæmiorum ratio, tùm utilitate, tùm honestate metienda: eáque indè omnia, vel ad decus, vel utilitatem; vel ad utrunque comparantur. Ut verò animalium brutorum, si quod fuerit abjectius, cibo; aut delinimento, si generosius, velut equus, facilè mansuetúmque efficitur: ita generosissimi cujúsque virtus, pretium nullum laborum, periculorúmque suorum desiderat, honoris præter & gloriæ. Pastor Fido, *Act.4. Scen.3. in persona Chori.* Sic Nobilitatis largitione, Germaniæ quondam Imperatores, virtutem summis inflammârunt præmiis. Hûcque honos veteris triumphi & ovationis pertinet, (quò nil magnificentius fuit apud Romanos, Plutarchus *in Æmyl.* Messia, *3.cap.29. &c.* Quò usi sunt etiam Carthaginenses, Justinus, *lib.* 19. & quem adhuc usurpavit Gordianus, Capitolin. *in vitâ.* & Aurelianus Imp. Vopiscus, *in vit.*) hûc annulorum aureorum jus, cinguli Militaris, & variæ istæ victorum coronæ: quarum pulcerrima, servatori patriæ titulum ferebat graminea, Messia, *3.cap.31.* Hûc equestrium refero ornamenta, Aurei Velleris in Burgundiâ, Garterii, seu du Jarretier in Angliâ, in Galliâ Equitum S. Michaëlis, & Spiritus Sancti. Camman. *disput.5.thes.9. & 10.* Non tamen episcopatus & sacerdotia, politicis præmiis rectè assignari, Kirchnerus scribit, *disputat. de republic. 19. coronid.4.* vide Adam Keller, *2. de offic. iuridico-polit. 11. fol.375.* Ac de honore, qui Olympiacis, & interdum etiam Imperatoribus, re præclarè gestâ habebatur, vid. Muret. *lib. 15. variar. cap.7.* Solent autem bonorum præmia, in statu populari esse frequentiora: Monarchia verò & Aristocratia, quæ honorum & dignitatum parciores sunt; ad opes & pecunias, aliáque dona, commodi & utilitatis pleniora (quibus vulgus, & minores potissimùm delectantur) danda, propensiores esse solent. vid. Camman, *disputat.5. thes.14.* Quod & intellexit Augustus: Suetonius, *in vitâ cap.25.* & etiam pro arcano politico venditat Boccalini, *1. ragguagl.79.* non frequenter nimis concedere præmia honorata. De præmiis militaribus agit Montaigne,

2.cap.

2.*cap.7.* Quodque factum apud Romanos, consule Plutarch. *in Publicolâ, fol.* 205. 205. & 206. Et eum in sensum Juvenal. *Satyr. ult.*

Ipsius certè Ducis hoc referre videtur,
Vt qui fortis erit, sit felicissimus idem.

Laus saltem militum fortium, eos excitare solet, Monluc. *fol.25.* Et Romani etiam nomine honorabant suos, Messia, *3. cap.30.* Est & species honoris, historicos conducere, qui laudent fortia facta. Anton. Palear. *in operib. fol.m.*191. Adrianus publicè, & frequenter cum omnibus lavit, & cùm quodam tempore veteranum quendam, notum sibi in militiâ, dorsum scalpere vidisset &c. & servis eum donavit, & sumptibus, Spartian. *fol.*131. De præmiis militaribus. vid. etiam Gell. 5. *cap.6.*

II. Inter præmia, utilitate quæ afficiunt, maxumè eminet; cùm emeritorum honesta, liberalisque tractatio (levanda enim est paupertas eorum hominum, qui diù reipublicæ viventes, pauperes sunt, & nullorum magis, Vopisc. *Aurel.*) tùm uxorum, liberorúmque ab illis derelictorum pia cura. (Leibgeding wolverdienter Amptleut / Soldaten / Spitál. Boccalin. 2. *ragguagl.22.* Fürstl Tischreden. 3 *cap. 6.* Monluc. *fol.263.* Plutarch. *in Solon. fol.*181.) Quippe qui non tantùm, quando virium ratione, officio commisso probe fungi potest, sibi necessaria, ad vitam honestè sustentandam non defutura videt: Sed & in senectute, aliisque casibus humanis, de victu cultúque non desperat; ac uxori, liberisque teneris, suam post mortem paternè ac liberaliter magistratum prospecturum certus est: majore is sanè alacritate periculum aggreditur quodcunque, & singulari magis industriâ suo officio præest. Hûcque pertinet, quod Lactantius scribit, 6. *cap.12.* Et de sustentatione Equitum emeritorum in Angliâ, vide die Würtembergische Badenfahrt. *fol. 17. b.* De monasteriis, pro veteranis equitibus, consule Hervvart, in Ludov. IV. *fol.979. & c.* Hoc si præmium speretur, non ut nūc fit perperàm, studium omne ponetur in divitiis privatis, curísque domesticis, & illiberalibus aliis. Pericles Atheniensium Dux, *in oration. funebri, bello Peloponnesiaco cæsorum:* spondet: Magistratum liberos eorum, qui in prælio occubuerunt, usque ad pubertatis tempus alituru; utilissimo, ut Thucyd. 2. ait, præmio. vid. Laert. *in Solon. fol.m.*37. Præ cæteris hodiè, longissimâ temporis receptâ observatione, non tàm grati, quàm liberales & munifici, ita erga Patres sunt Veneti; ut etiam in liberos eorum, ea liberalitas propagetur, qui vel in togâ vel sago, utilem Patriæ præstiterunt operam. Bembus, *histor. Venet. lib.2. fol. m.79.* Non solùm enim inibi stipendia & solaria defunctorum Parentum, superstitibus filiis, hereditario veluti jure conferuntur; sed & nubiles filiæ, ex Fisco dotantur honorificè. Philipp. Camerar. 2. *meditat. cap.56.* ubi simi-

similia alia subjungit exempla plurima. De præmiis militum occisorum apud Helvetios, consule Scumpff. *tom. 2. fol. m. 40.* De Janizarorum, vid. Tarduccium, *fol. m. 245.* d'un don vid. Froissart. 1. *cap. 165. 167. & 169.*

III. Præmiorum distributio Harmonica æquissima est: scilicet, ut secundum proportionem arithmeticam, præmiorum consecutio, tùm majoribus, tùm minoribus æquè pateat; sed secundum Geometricam rationem, non unâ eâdemque lance omnibus tribuatur. Nempè majora majoribus, mediis media, minoribus minora, pro accipientis dignitate conferantur. Consuli sc. Triumfus, Legatis Consulatus, Torques Equitibus, cæteris spolia. Kirchner. *disputat. de republic. 19. lit. 2. a.* Bornitius, *de præmiis, cap. 2.* vid. omn. Boccalin. 1. *ragguagl. 31. ad fin. & ragguagl. 32.* Quid verò proportio Arithmetica, Geometrica, & Harmonica seu Musica sit, aliaque ad hanc rem spectantia, docet Rod. Goclenius, *in Lexic. Philosophic. verb. Proportio.* & Bodinus etiam *in lib. de republ.* & inprimis Dn. Kepplerus, *5. Harmon. fol. 88.* ubi multis Bodinum oppugnat, quos consulere licet. Addatur Philo, *d. opific. Mundi fol. 19.* Tileman. *disputat. §. 1. thes. 40.* Canonhiero, *dell' introduzz. 9. cap. 11.* Hent. Gebhard. *d. Princip. juris conclus. 13.* Et illud itidem hîc quæri potest: annè dare moderatè multis, an effusè paucis debeamus? vid. Botero, *ragion del stato, cap. 23.*

IV. Quemadmodum crescentibus delictis, exasperari debent pœnæ: (ut mox Deo volente, *infra* suo loco dicam) ita & præmia ac beneficia, pro incremento reipublicæ augenda, ejusque facultatibus & opibus sunt metienda. Ut Horatii Coclitis, qui urbem à direptione, cives ab interitu servârat, inopiam sublevarent Romani, terræ donaverunt jugerum: ingens pro inopiâ reipublicæ præmium. Alexandro contra magnificentiæ conveniebat, integras largiri provincias, & innumera talenta. Bodin. *5. cap. 4. de republic. num. 511.* Sanè si reipublicæ opibus præmia metiantur, respublica exhauritur, & opus est revocationibus donatorum: quomodo Galba 510. tonnas auri, à Nerone donatas, revocavit, quâ de re dixi *in tr. d. Ærario.*

V. Verùm ut malè agere, quàm nihil omninò facere, pejus est: sic & magis etiam perniciosum reipublicæ habetur; si præmia, quorum distribuendorū causa, in virtute est posita, indignos, vitiosósque, quàm si nullos prorsùs sequantur. Malè quia meriti, sceleráque ubi præmiis afficiuntur, stimulus ibi virtutis est nullus, & malè agere omnes satagunt. Undè plus ferè nocere putatur, in præmiis conferendis, quàm in puniendo non procedere ex merito. Rectè Lucius Philippus *in fragmentis Salustianis:* Ubi malos præmia sequuntur, haud facilè quis-

P quam

quam gratuitò est bonus. Et idem Sallustius, *oration. alterâ ad Cæsarem, d. republ. ordinand.* Malitia præmiis excitatur; ubi ea dempseris, nemo omnium gratuitò est malus. Pessima ergò præmiorum est ratio, quæ cùm danti, tùm accipienti indignitatem affert. Tiberii Imp. qualis olim fuit: qui Princeps, in ipsâ publicorum morum correctione, quibusdam, qui secum biduum continuum potando consumpsissent, Provincias & præturas præmii contulit loco: ignotissimúmque quæsturæ candidatum, nobilissimis anteposuit, ob epotam in convivio propinante se vini amphoram. Suetonius, *cap.* 42. Sic Xerxes præmia constituit iis, qui novum voluptatis genus reperissent. Valer. Maxim. 9. *cap.* 1. Ita & Caroli IX. Galliarum Regis conspurcat vitam, quod in ejus rerum gestarum synopsi legimus; illum erga Albertum Tudium, Institoris Lugdunensis filium liberalissimum fuisse: ita ut constet post summos honores in eum collatos, uno quinquennio, sexcentorum aureorum millibus à Rege donatum esse; nihil ibi tamen additum inveniatur, quâ in re ille Tudius excelluerit, quàm quod Rex ab eo nomen Dei jurare didicerit. Camerar. *meditat. histor.* 1. *cap.* 4. Sic & interventu pecuniæ, ullâ sine virtutis & fortitudinis, præstantisve meriti commendatione, non tam datur, quàm prostituitur Nobilitas; dignitásque sordidâ afficitur indignitate, & nummis magis, quàm virtuti ut studeatur, indè evenit. Sanè præmia, si distribuuntur indignis, infamiâ afficitur, cui donatur, Montaigne *fol.* 913. *lib.* 3. *cap.* 6. Tandem etiam, præmia non præmia sunt, passim si vulgentur. Populi nostri honores quondam fuerunt rari & tenues, ob eámque causam gloriosi; nunc autem effusi atq; obsoleti, inquit Æmyl. Probus, *in Miltiad.* Quod idem dici potest de nobilitatis largitione, nunc nimis frequenti. Hâc ratione (Tiercelinus, antiqui moris in Galliâ Eques, mordaci dicterio, indignabundus sæpiùs dicebat: Torquem conchyliatum, postquam indignis promiscuè communicari cæpisset, non jam esse fortium virorum insigne, sed omnium bestiarum collare. Thuanus, 23. *fol.* 469. Pariter laudationes funebres, vanâ & vanè quæsitâ laude non sunt vitiandæ: ut factitatum olim Romæ, Kirckman, 2. *de funer. Rom. cap.* 19.

CAP. III.

De Pœnis, earúmque necessitate, & mitigatione.

SEd sunt quos mala efficaciùs movent, quàm bona. Non ita moventur omnes honore, quemadmodum ignominiâ. Res enim, quò magis sen-

gis sentiuntur, vehementiúsque afficiunt, eò etiam magis, suam produnt naturam. *Pœnæ* ergò æquè ac præmia, in republicâ necessariæ censentur. Petr. Faber, *ad l. 1. d. justit. & jur. fol. 5.* Procopius *in histor. secreta, fol. 5.* Tasso, *cant. 5. num. 39.* Ac de pœnarum necessitate ex Cabalistarum mente, vid. Riccium, 4. *agricultur. fol. m. 150. &c.* Sanè Deus, ut gratiam, ita & iram habet, Lactantius, *de irâ Dei, cap. 5. & seq.* Et *cap. 17. dict. libri.* idem probat supplicia capitalia, eáque necessaria dicit: eaque etiam à Deo didicisse homines docet. Ac item, nullum Imperium, ac nec vita sine metu constat, *cap. ult. d. lib.* Ita comparatum est, ait Aristoteles, 10. *Ethic. cap. 9.* ut verba, doctrina, ac præcepta, possint illa quidem liberalia ingenia cohortari, & excitare; at reliquos, qui sunt multò plurimi, non possunt ad virtutem impellere. Sed de pœnis, vide Camillum Borellum, *de magistrat. 2. cap. 8. ac lib. 3. cap. 2. &c.* Langlæum *semestr. lib. 8. 10. & 11. per discurs.* Gerhardi, *loc. de magistrat. num. 293.* Reinkingg. *2. class. 1. cap. 8.* Ærod. *rer. judicatar. tit. de pœnis.* Optimi, ut & pessimi qui sunt, neque pœnis, neque præmiis permoventur. Boni præmiis excitantur, mali pœnis cohibentur. Optimi ultrò præmiis condecorandi, pessimi ne aliis, vel facto, vel exemplo noceant, pœna afficiendi. At verò tàm pœnarum, quàm præmiorum eadem est disciplina, & ex opinione Hispanorum, (conceptos Morales, *num. 616.*

No puede saber premiar,
El que castigar non sabe.

II. Contra Anabaptistas, & etiam Scholasticos nonnullos: qui putant, neminem supplicio mortis esse afficiendum, disputat Lavaterus *ad Iosuam, cap. 7. homil. fin. fol. m* Ludovic. Molina, *tractat. de justit. & jure, tom. 4. disputat. 5.* Bellarminus, *de Laicis, cap. 13.* Gerhardi *de magistratu, num. 75.* Photiniani, qui quidem honorificè de Magistratu, ejúsque officio, sentire videri volunt: eum nempè à Deo institutum esse, eiq; in omnibus parendum, quæ non expressò Dei verbo repugnant, ita quidem, ut si maximè aliquid mandarit, quod Deo contrarium est, attamen piaculum sit excitare seditionem. Concedunt etiam, quod Christianus possit gerere magistratum, modò nil instituat contra Dei mandata. Ostorodus, *cap. 28. pag. 182. & seq.* Expressè tamen negant, licere magistratui sontibus infligere pœnam capitalem: quos refutat Balthasar Mentzerus, *in exegesi Augustan. Confeßion. artic. 16. de ordine civilibus, fol. 722.* Valent Wigelius, In der Postill am 3. 4. 6. vnd 22. Sontag. *Trinitat. fol. 230. &c.* Item, am Grünen Donnerstag / *ad fin. fol. 48.* an S. Michels Tag *ad fin.* Item, Im Disputirbüchlein *fol. 28. & seq.* Vom Leben Christi *cap. 9 & 23.* aliam quandam, & ut mihi videtur, novam sententiam proponit: quam ego non intelligere queo.

Putat ille, incorrigibiles tantùm esse puniendos; sed quis judicare potest aliquem pœnitentiam non simulare? Et quis scit, hodiè impœnitentem, cras non futurum talem? Et conducit interdum mori, sub manu ultoris. Formicar. Nideri. *fol. m.* 324. Homicida non per legem Mosis, sed naturæ statim post diluvium occidi mandatur. Ac ratio pœnarum Capitalium, etiam in Novo Testamento valet: ut sanguis expietur, ut terra purgetur, quæ bibit sanguinem innocentem, Samuel. *2. cap. 4. vers. 11.* Et Jus Canonicum. sententiæ contrariæ favere videtur, Goldelman, *de Sagis, lib. 3. cap. 1. fol. 4.* Sed id pertinet ad Clericos, & forum Ecclesiasticum, quod homicidia, non gladio, sed solùm irregularitate punit; ac perpetuum Carcerem induxit, ut pœnitentiæ sit locus. Certè etiam bonus est, qui justus: & quoque benè facit, qui punit. Clem. Alexandrin. *1. pædagog. cap. 8. & seq.* Sed tamen & hoc est sciendum, neque aquis, neque igne quenquam fieri meliorem, neque aliquo externo: sed solâ fide in semen Christum, impiorum corda purgantur. Mundus non fit melior pœnis, ut Pharisaici Reformatores putant. Lavaterus, *d. loc. fol. 37.* Francisc. Lambert. *in comment. d. caus. excæcat. multor. secul. lib. 4. cap. 5.* Nec etiam restitutio cessat ob pœnam, Del-rio, *d. Magic. 6. c. 1. section. 3. fol. 364. &c.* Quoque supplicia commiserante, dolentique animo sunt infligenda: & Judex, qui delectatur pœnis, homicida est apud Deum. Ant. d. Sales, *in prax. vitæ spiritual. part. 3. fol. 259. & seq.* adde Epictetum, *apud Arrianum, 1. cap. 17.* Montaigne, *2. des essais, cap. 1.* Tauler. *edit. Basileens. fol. 216. b.*

§ II. Puniendis peccatis, tres à Philosophis rectè attributæ sunt rationes, Agell. *6. noctium, cap.* 14. Una est, quum pœna adhibetur castigandi atque emendandi gratiâ: ut is, qui fortuitò, vel ex humanâ imbecillitate delinquit, attentior fiat, atque correctior. *No ay tal razon, como la del baston*: non est ratio, fuste, quæ magis persuadeat, ut Hispanis est in Proverbio. Et rectè ex Platone Tarræ. Hebius, *amphith. lib. 26. num. 21.*

Delicti medicina gravis licet, optima pœna est:
Exigit hæc morbum, ut velle redire negri.

Altera est, cùm dignitas, auctoritasque ejus, in quem peccatum, tuenda est: ne prætermissa animadversio, contemptum ejus pariat, & honorem levet. Et sic interdum gravitas atrocitas delicti, exigit, ut delinquens è medio tollatur, ne maledictionem divinam regioni, eo scelere contaminatæ, accederet. Deuteronom. *21. vers. 7. 8. & 21.* Jos. *7. vers. 25.* Quia conturbasti nos, conturbet te Deus. Ex hoc item descendit, quod Crimini Majestatis, (utpotè quo directè læditur respublica) tàm graves præstitutæ sunt pœnæ. Dn. D. Bocer, *tractat. de Crim. Majestat. cap. 3.*

Pœnas

Pœnas pecuniarias debere adjudicari parti læsæ, probat Boccalini, 1. *ragguagl.* 96. Tertia ratio vindicandi putatur, cùm punitio propter exemplum necessaria est: ut cæteri similibus à peccatis, quæ prohiberi publicitùs interest, metu cognitæ pœnæ deterreantur; nec abeant maleficia in mores.

Cuncta priùs tentanda; sed immedicabile vulnus,
Ense recidendum est, ne pars sincera trahatur.

Ovid. 1. *metamorph. fab.* 8. Ubi inclementia pœnæ ad unum aliquem, aut paucos, fructus ad omnes pertinet, Novell. 30. *cap.* 11. Undè Itali vulgò dicunt: *Vn vitio non punito, suol crescere in infinito.* Est quoque præcipua ratio pœnarum, ut qui semel deliquerunt, ampliùs peccare non possint; & ne malitiosi noceant bonis. Mactat enim oves, qui lupis parcit. vid. Platon. 8. *de legib.* & Virum Clarissimum Georg. Remum, *in paraphrasi constitut. Carolin. à princip.* ubi etiam ex Dione quædam, hunc in sensum refert. Sic & Muleius Maluccus, Rex Maroci, pro symbolo usurpare solitus fuit: *Che il prencipe deve imitar l' Hortolano, che coltiva le piante utili, & sbarra le cattive.* Botero, 1. *d. detti fol.* 3. De causis, cur ad mortem in pœnis interdum perveniatur, eleganter ex Galeno Bellarmin. *d. Laicu, cap.* 21 *ad fin.* ac add S. Thom 2. 2. *quæst.* 108. *per tot.*

IV. Ex his illud Politico-Juridicum porisma elicitur: nempè supplicia publica esse debere; tùm ne suspicio aliàs injuriæ suboriatur: tùm maximè quod supplicium repræsentatum, haud mediocriter audaciam, simili morbo laborantium retundat, Beza, *ad Matth.* 16. *vers* 5. Johann. Gerhardi, *decad.* 6. *quæst.* 2. Pierre Matthieu. *in Ælio Sejano, fol.* 77. 83. *& seq. La giustitia non ha luogo, se non si fà al suo luogo.* Giovann. Botero *dict.* 1. *fol* 23 Sic & pœnæ debent esse conspicuæ. Multùm enim ad coërcendam audaciam valet, propositum punitionis exemplum. Ipsis miseri præsens forma viventis, & ad recordationem admonet conscios, & ad sciscitationem cogit ignaros, Orosius *histor. lib.* 6. *cap.* 11.

V. Porrò mitigandarum pœnarum causæ (de quibus latè Tiraquellus, & Farinacius, ac etiam Covarruvias, 2. *var. cap.* 9. tractant) eruendæ sunt ex rationibus earundem infligendarum: ubi nempe rationes pœnarum cessant, mitigari eæ possunt. Aliàs locum habet, quod Symmachus dicit: 1. *epist.* 30. Moribus sævis, familiare est atque cognatum, armare spiritus exemplo immunitatis. Cur enim secundum effugium desperet, qui laqueos criminis prioris evasit? Et verum est quod Itali dicunt: *Perdonando troppò à chi falla; si fa injuria a chi non falla.* Qui parcit malis, nocet bonis. Hùc pertinet apophthegma Alphonsi Neapolitani: *Che con la giustitia egli s' acquistava la gratia de' buoni, con la clemenza l' amor de mali.* Botero, *d. fol.* 23. Igitur, quando aut

P 3 spes-

spes magna est, ut is, qui peccavit, citrà pœnam ipse se ultrò corrigat; aut jacturam dignitatis, in quam peccatum est, metuere non necesse habemus; aut non id peccatum est, cujus exemplo necessario metu succurrendum sit: tùm quicquid ita delictum est, non sanè dignum esse imponendæ pœnæ studium, visum est. Agel. *supr. dict. loc.* De remissione pœnarum, vid. Dn. Metzger. *consil. crim.*

VI. In dubio, aut quando causa subest, mitior semper sententia, in pœnis est sequenda: *l. 5. ff. de pœn.* Boccalin. 1. *ragguagl. 41. fol. 187. & 2. ragguagl. 6. fol. 37.* quod pulchrè Camerarius docet, 1. *meditation. cap. ult.* Et vide Muret. *in thes. Critic. Dn. Gruteri, tom. 1. fol. 1158.* Ærod. *fol. 525. cap. 5. & 7* Idque si faciat, ad Deum magis accedit Princeps, Perez. *in aphorism. fol. 118.* Culpandi sunt, qui ajunt, misericordiam non esse virtutem, Lactantius *3. cap. 23.* Montaigne. 1. *cap. 1.* Ac contra crudelitatem, in suppliciis etiam justis, invehit idem, *2. des essais. c. 11. fol. 397. &c.* Et laudem apud Historicos meretur Emanuel Portugalliæ Rex, qui Consiliarios suos laudare solebat; si quando ullam potuerint invenire rationem, quâ reos ab ultimo supplicio liberarent. Botero, 1. *d. detti fol. 24.* vide apophthegm. Arab. à Jano Drusio collecta, *fol 64. nu. 49.* adde Boccalin. 2. *de Parnasso, fol. m. 57.* Et de clementia Theodos. Junioris, vid. Histor. Tripart. 11. *cap. 17.* Et pium est, Abbatis Cluniacensis, apud Guil. Paradin. *en l' histoir. d. Bourgogne fol. 141.* apophthegma: *Malo culpari propter misericordiam, quàm propter crudelitatem.* Et severitatis nota impingi posset Friderico, qui etiam tempore Coronationis, famulo noluit parcere, Günther, *lib. 1. vers. 450. &c.* ac vid. eund. *dict. lib vers. 515. &c. ac utrobique* Rittershusium. Justitia ut vera sit, necessariò adjunctam habere debet misericordiam; qualis est ipsa justitia divina. Ludovic. Granatens. *meditat. de vitâ Christi, cap. 5.* D. Augustinus dicebat, sic vindicanda esse delicta, ut supersint, quos pœniteat peccâsse. Crudelior pœna, deterret sæpè magis accusatores, quàm malefactores, Ærod. *fol. 785.* Et JC. Marcianus, *in l. perspiciendum. ff. de pœn.* ait: Planè in levioribus causis, proniores ad lenitatem judices esse debent; in gravioribus pœnis, severitatem cum aliquo temperamento benignitatis subsequi. Et inprimis, haut facilè cuiquam via præcludenda est, quâ ad bonam frugem revertens, amissæ honestatis famam recuperare, vitæque anteactæ ignominiam emendare non possit. Scip. Amirat. *dissertat. polit. lib. 5. discurs. 2.* Richter, *axiom. histor. 177.* vid. etiam *infra.* Non inquirendum nimis anxiæ est in delicta, ut rectè faciunt Turcæ. Busbequ. *epistol. 3. fol. 77.* De inquisitorio processu, vid. Gödelman. *de Magis lib. 3. cap. 3.* Non absque dilatione sententia criminalis exequutioni demandanda est; Ærod. *fol. 533.* Drus. *apophth. Arab. fol. 64. num. 48.*

& mo-

& monui ego *alicubi in tractat. d. appellat.* ac de executione sententiæ criminalis, vid. Tuschum, *lit. E. conclus* 486. *& seq.* Non sunt ferendi delatores malitiosi, lucri cupidi, nec etiam temerarii accusatores. Ærod. *fol.* 447. *& seq.* Princeps inprimis suam injuriam non nimis severiter, nec etiam nisi per alium punire debet: Ærod: *fol.* 522. *cap.* 1. *&* 3. ac *fol.* 532. *cap.* 7. Lehman. *lib.* 5. *cap.* 6. Quin & virum omnem gravem dedecet, supplicia spectare: hócque non minùs culpandum est, quàm olim gladiatoribus interesse, Boccalin. 2. *ragguagl.* 97. Perperàm ergò agunt, qui in novis suppliciorum generibus excogitandis, ingeniosos se monstrant; Piccart. *decad.* 4. *cap.* 6. Aut magna scelera, nimis magnis vindicant pœnis. Buchanan. *lib.* 10. *ad fin. histor. Scotic.* Montaign. 2. *cap.* 27. *ad fin.* Pœna nimis severa, est absurda, Hill. *num.* 449. Quin & gravia supplicia, sæpè subjectis minitantur, arcendi potiùs studio, quàm nocendi, ut tradit Symmachus, 10. *epist.* 32. Gell. 19. *cap.* 1. *ad finem.* Et meritò Livius alicubi gloriatur: Quòd nulli gentium minores placuerint pœnæ, quàm Romanis. An Judæi sint aliter, quàm Christiani suspendendi, vid. Berlich: *tom. ult. conclus.* 45. *num.* 40. Dn. Remum, *ad constitut. Carolin. fol.* 129. Sed ex causâ exaggerari potest pœna: cujus exemplum elegans est apud Manassem, *in annal. m. fol.* 389. Pœna item non est remittenda, si publicè intersit aliquem puniri: Dn. Lansius, *orat. pro Hispan. fol.* 240. Et quando in dubio magis absolvi debeat præsumptivè nocens, quàm puniri tractat, Cardinal. Tuschus, *lit. A. conclus.* 41. *& seq.* De pœnâ damnationis ad bestias, Bulenger. *de Venat. Circi. cap.* 33. Decollari, novum in Germaniâ supplicium est: olim occidebantur gleichsamb mit einem Zwangstul mit einem Thül. Dn. Crusius, *part.* 3. *fol. m.* 296. De pœnâ, ubi in Patriâ exul & peregrinus quis reputatur, In ellenden bannen, vid. Ærod. fol. 815. Quodque Rota, vetus supplicium sit, docet Barthius, *advers.* 9. *cap.* 1. Et pœnam ignis levem esse, Lucianus censet; *dial. de morte peregrini tom.* 4. *m. fol.* 286. Quomodo palo infigatur rei, vid. Bellon: 2. *cap.* 01. An quis condemnari queat, ut sibi ipsi inferat mortem, vide Montaigne *fol. m.* 8. 0.

VII. Ex hactenus dictis dijudicari queunt sequentes quæstiones: (1) An virgo possit ad supplicium ductum liberare: aut qui meretricis nuptias optat, mortis pœnam effugere queat? vide Christian Ohemium, *discurs. de consul. b. cap.* 3. *num.* 29 *& c. fol.* 142. Quod in Hispania, ex antiquo Gothorum scitu, admitti solet: Floresta Espagnola. *part.* 11. *cap.* 3. *num.* 2. & id passim alibi receptum esse, Busius notat sed damnat. *ad l.* 2. *§. fin. num.* 3. *ff. ex quib. causis majores.* Lather. *de censu, fol.* 866. *&c.* Berlich. *tom. ult. conclus.* 45. *num.* 32. Kornman: *de miracul. mortuor. V.* 3. Sed interdum hoc permitti potest, & videmus ex eo, quàm solliciti-

sollicitiſ fuerint antiqui, in captandis occasionibus veniæ dandæ. (2) An Cardinalibus privilegium illud competat, quod Plutarcho, *in Numa*, teste, Vestales olim habuerunt; ut ad supplicium ductus, si ipsis occurrerint, liberetur? (3) An liber sit dimittendus, qui laqueo fracto, ceciderit de furcâ? Andreas Gerhard. *disputat. ad instit. 17. ad fin.* Arumæ. *disputat. ad leges præcip. 24. thes. 7.* Busius, *d. loc.* Berlich. *tom. ultim. conclus. 45. num. 36.* Quamvis autem non facilè præsumendum sit, fieri miraculosè quod potest habere naturalem rationem. Et tamen hic casus interdum innocentiam notat: cujus rei exemplum habet Guil. Paradin. *en l' histoir. d. Lyon. 7. cap. 17.* Sic & occidi non debet, qui post supplicium miraculosè adhuc vivus reperitur. Dalner. *de jure homin. fol. 52.* ubi exempla memorabilia habet. Ac aliam huc spectantem historiã, ferè supra fidem, sed ex fidis documentis recenset Wehner. *in metamorph. rerumpubl. cap. 11. ad fin.* De fure miraculosè deprehenso, & benignè dimisso, vid. S Gregor. *dial. 1. cap. 3.* Et addi debet epistola B. Hieronym *de muliere septies icta incip. sæpè à me. &c.* Et ergò non perperàm sentire videntur, qui ajunt, similibus in casibus de novo esse de crimine cognoscendum: inquirendúmque in innocentiam, & asserti miraculi causam.

VIII. Sed annè Asyla sunt instituenda? Ut ut eorum possit esse aliquis usus; cavendus tamen maximè est abusus: nempe à carceris injuria tantùm liberare debent. vid. Heigium *part. 2. quæst. 24.* Zepper. *4. d. legib. Mosaicis, 14. fol. 399.* Drusium, *ad loca difficil. Exod. cap. 13. & ad loc. Deuteronom. cap. 79.* Covarruv. *2. variar. 20.* Selden, *in Iano Anglorum. fol. m. 9.* Facium, *in polit. Livian. art. 10. fol. 57.* Johann. Gerhard. *centur. quæst. polit. decad. 8. quæst. 4.* me, *ad l. 3. de justit. & jur. quæst. 25.* De fugâ ad Statuas, Aras &c. tractat Sitzman. ad Boët. *de consolation. philos. 1. num. 11.*

IX. De veniâ delictis concedendâ; an & quatenus id facere possit aut debeat Princeps? vid. Petr. de Vineis, *lib. 6 passim* [illegible] *&c. de jurib majestat. polit.* adde Haymon [illegible] Zepperum, *5. de legib. Mosaic. cap. 8.* Louis [illegible] *plaid. 9. fol. 155. &c.* Henric. Gebhard. *tractat. de* [illegible] *conclus. 5.* & Val. Arithmæ. *Oration. hâc de re* [illegible] *periculis tertiis.* Consule item Ludov. Molinam, *de justit. & jure tom. 4. disputat. 48.* Quotusquisque reperitur, qui impunitate propositâ, abstinere possit injuriis: & ita impunitas, peccandi maxima illecebra est. Cicero. *3. officior.* Utque in corpore, si quid ejusmodi est, quod reliquo corpori noceat, uri ac secari patimur; ut membrum aliquod potiùs, quàm totum corpus intereat: Sic in reipublicæ corpore, ut totum salvum sit, quicquid est pestiferum,

ftiferum, amputatur. Cicero. *Philipp.* 8. Notatu & hoc dignum videtur: ut ne detur venia ex gratiâ merâ, nisi confesso. Piccart: *decad.* 16. *cap.* 6. vid. Bernhard. Girard. *histor. d. France. tom.* 2. *fol.* 96. Judicum misericordia sequatur, non intret. Tempore item publicæ lætitiæ; putà Victoriæ, nuptiarum &c. Pœnæ remitti queunt, & captivi liberari, idque fit ad testandam gratitudinem erga Deum. Sed maximè remitti eorum pœna posse videtur, qui in principem peccârunt. 1. *Sam.* 11. *vers.* 13. In militaribus etiam delictis, veniam non esse dandam; judicat apud Thuanum, 9. *fol.* 196. Castaldus: ne scilicet militaris disciplina evertatur. Etiam sicariis venia nunquam est concedenda: quanto namque odio eos prosequatur Deus, ex eo facilè apparet; quòd sæpè miraculosè homicidia deteguntur, mirabilibusque occasionibus ad supplicia trahuntur facinorosi. Richter, *axiomat. œconom.* 211. Et David donec vixit Ioabo parsit, sed post mortem, ut à filio puniretur, præcepit. Quod Politicum fuit arcanum: suspenduntur namque interdum pœnæ, propter potentiam rei. Ærodius, *rer. judicatar. fol.* 445. Notet verò Princeps, ut ipse in pœnalibus sententiam non dicat, Aerod. *rerum judicatar. fol.* 524.

X. In pœnarum pariter, ut in præmiorum distributione, Harmonica observanda est ratio. contra Aristol. 5. *Ethic.* 7. & Arnisæum, 1. *polit. cap.* 18. cum Bodino eleganter Kirchner. *disputat.* 19. *thes.* 2. *b.* vide Wesenbec. *in parat. ff. de Iustit. & jure. sub num.* 10. Emund. Merill. 1. *cap.* 24. Hic ergò; an in pœnarum distributione, vita anteacta in considerationem venire, propter eamque, & in rempublicam præclarè collata merita, pœna temperari debeat? quæritur. Machiavellus. 1. *commentar.* 24. vid. Scip. Amirato. 2. *discurs.* 7. adde Ezech. 18. *v.* 23. respublicas benè institutas, & bonis præmia, & pœnam malefactis seorsim constitutas habere; neque alterum altero compensare debere, docet. Idque Manlius est expertus, vid. Plutarch. *in vitâ fol.* 280. add. Senec. *epistol.* 81. Gell. 7. *cap.* 19. Romanosque imitatus est Philippus II. Rex Hispaniarum. Conestag. *fol. m.* 25. *&c.* adde Tasso, *cant.* 15. *stanza.* 36. *&c.* Persarum verò quandam legem, humanitatis plenam laudat Anton. Muretus 8. *variar.* 25. quâ ita constitutum erat: ut, cùm quis in judicio argueretur aliquid fecisse, & si liquidò constaret, eum culpæ adfinem esse, non tamen statim condemnaretur: Sed priùs inquireretur diligentissimè in illius vitam, inireturque ratio, plurane turpiter & flagitiosè, an benè laudabiliterque gessisset &c. Ego inter delicta distinguo. Delictis ignoscendum nempè est privatis, & communibus, propter benemerita; sed non maxumis, & ad reipublicæ spectantibus statum: atque si accedat causa, etiam ulterius sævietur in excellenteis

stos. Alber. Gentil. *disputat. Regal. 1. fol. 26.* Consiliarius & Plebejus, in adulterio deprehensi: Sanè non praili supplicio sunt afficiendi: mitigant illi pœnam cùm merita, tùm ut constet ratio proportionis; in partem quippè pœnæ cedit, quòd Consiliario amplius, quàm plebeio de dignitate decedit, Er hat mehr zuverlieren / famam scil. & dignitatem &c. quibus alii carent. vicissim cùm Consiliarius & plebeius proditionis rei sunt: ille gravius peccat: quia ampliorem debet præstare fidelitatem, & quia promptiorem habet nocendi facultatem. Hill. *in philosoph. democrat. num. 439.* Ipse Deus pepercit regibus, ratione temporalium pœnarum, ob benè merita: Sicque meruit Achab, ut non viderit malum in vitâ suâ.

XI. Nobiles an mitiùs puniendi? tractat in utramque partem Herman. Kirchner. *orat. 1. & 2.* & adfirmat Gerhardi, *decad. 6. quæst. 3. per l. 4. & l. ultim. de incend. ruin. naufrag.* vide Lehman. 4. *cap. 12. fol. 308.* (ubi pulcherrima exempla referuntur) adde Riccium, *decis. Ecclesiast. 346. & 360.* Ad quod etiam alludit Prudentius, *Peristeph.*

Plebeia clarum pœna ne damnet virum,
Persona quæque competenter plectitur;
Magnique refert, vilis an sit nobilis:
Gradu reorum; forma tormentis datur.

Sanè status ratio, quandoque hoc exigere videtur, Boccalin. 1. *ragguagl. 68.* qui idem pro Nobilibus, rationes politicas adducit, *cent. 2. ragguagl. 63.* Et jure Romano, semper servi graviori pœnâ plectebantur. *l. 16. §. 3. ff. de panu.* Rod. Fornerius. *rer quotidian. 4. cap. 2.* Franci et Germani liberos, ferè non nisi pecuniariâ pœnâ puniverunt. Lehman. *fol. 111. &c. fol. 363. &c.* qui idem, *lib 5. cap. 63.* de infami illâ pœnâ agit, qua nobiles canem portare cogebantur, *& fol. 271.* eâ de re tractat idem. Alii diversitatem hîc adhibendam esse omninò negant: Meisner. *de leg. f. 395.* Quibusdã potiùs duplicatâ pœnâ Nobiles digni videntur: tùm quòd deliquerunt; tùm quòd delicto suo, genus & nobilitatem fœdârunt. Salvian. Massil. *f. m. 133. &c.* quemadmodum cùm latrones aliquot suspendio addicti essent in Daniâ, & unus ex eis, vitæ suæ consulere cupiens, proclamaret; se consanguineum Regis esse, Regiâ Danorum stirpe oriundũ. Tùm Rex Canutus; turpe est, consanguineum nostrum vulgarium morte affici, decet nos ei impendere claritatem; & jussit in nauticâ pinu, solemne ei suspendium exhibere. Alber. Stadensis, *in histor. sub Anno 1133.* simile exemplum est apud Suetonium, *in Galba. cap. 9.* Et Marquardus Freher *in tractat. de secret. Iudic. Westphalicis in not. ad finem,* de Scabinis delinquentibus scribit: Zwey Freyschafften sollen jene nemmen / vnd hängen siben füß höher / denn ein

ein andern Diebe. Imperator Theodosius, *in Novell. de sepulchrorum violator.* Vehementius, inquit, coërcendus est, quem peccâsse mireris. Scelus omne gravius facit claritudo personæ. Et Lactantius, *1. cap. 21.* Hi potiùs scelerati sunt habendi, qui, cùm liberalium disciplinarum studiis sint expoliti, ab humanitate desciscunt quàm qui rudes & imperiti, ad mala facinora, bonorum ignoratione labuntur. Tutiùs mihi itidem & hîc videtur, inter pœnas & crimina distinguere. Sunt pœnæ infames, quibus in pari delicto, Nobilis vel de republicâ egregiè meritus, magis quàm plebeius oneraretur. Sunt delicta, quibus unus ordo præ altero magis est obnoxius: sunt vicissim crimina, propter quæ majori pœnâ digni videntur nobiles, quàm de vulgo alii. vid. ejus rei exemplum, *in §. item lex Iul. peculatus Instit. de public. jud. f. 1. 5. in f. C. de Episcop. & cleric. l. 29. C. d. adulter.* Tiraquell. *d. pœnu. caus. 31.* Frize apud Arumæ. *tom. 1. de jure publ. disputat. de nobilitat. thes. 25. à princip.* Et quidam Gallicus auctor rectè scribit: *Aux crimes d' estat, il ne se fait Point de compensation du merite, à la faute.* Et tali in casu magis timendi sunt, qui Nobiles vel potentes. Sicque in Monasteria & olim detrusi fuerunt, qui Tyrannidis suspecti erant, Alemann. *ad Procop. histor. secretam fol. 82.* Is, qui in nullâ constitutus est dignitate, majorem quidem accipit pœnam: sed in dignitatis amissione detrimentum non patitur; ut ait Giphan. *in Antin. in proœm. them. 3. fol. 8.* & jam modo dixi *supra.* Etenim qui ex vulgi fece, infamiam non pertimere solent. Freher *tractat. de infam. fol. 328.* Ac interdum minus est exemplum miserabilis viventis criminosi, quàm occisi. Vulcatius, *in Avidio Cassio.* Nobilitas est res Politica, ideoque quatenus in pœnis aliquid Politici est, mitigari eæ possunt intuitu Nobilitatis: non quatenus pœnæ sunt juris naturalis. *arg. l. 38. §. 5. de pœn.* Nobilis item, vix alio quàm capitis supplicio, affici debet: quod & jam olim minus turpe visum fuit, Barthius, *adversar. lib. 32. cap. 8.*

XII. Non incommodè hîc quæritur & illud: An ita possit remitti pœna, si biberit venenum, & Alexipharmaco (de cujus viribus dubitatur) illud fuerit dissipatum? vide exempla apud Simon. Goulard. *lib. 4. des histor. admirabl. fol. 710.* Si ad Medicorum instructionem vivus dissectus, & restitutus fuerit? ut accidit in Galliis sub Ludovico XI. Paradin. *en l' histoir. de Bourgogne. fol. 958.* ad utrumque affirmativè respondendum videtur, vid. Berens. *disputat. ad instit. 15. coroll. 5.* Laurent. *Anatom. 1. cap. 4.*

CAPUT IV.

De Pœnarum exasperatione, alijsque Quæstionibus miscellis.

UT præmia, pro reipublicæ incremento augenda; ita Pœnæ, crescentibus delictis sunt exasperandæ. *l.* 16. §. *ult. ff. de pœnis.* Farinac. *lib.* 1. *de delict. & pœn:* indè furtorum pœnam, delicti crescentis vehementiam, jure capitalem fecisse, plerique dicunt. *arg. l.* 1. *in pr. de abigeis.* Quâ de quæstione, gravissimâ sanè, variè disputantes videri possunt, tàm Theologi, quàm Jureconsulti, Zepper, *de legib. Mosaic. fol.* 77. *lib.* 1. *cap.* 10. Iohann. Gerhard. *disputat. Theolog. tom.* 3. *fol.* 260. Balthas. Meisner. *in Philosoph. sobriâ tom.* 1. *section.* 2. *cap.* 4. *quæst.* 3. Cothman. *in comp. institut. tit. de furtis.* Dn. D. Harprecht, *ad* § 5. *instit. de oblig. quæ ex delict.* D. Bocer. *disputat. quâ tractat. de monetis suffixâ. thes.* 63. Dn. D. Thomas Lansius, *disputat. de leg. Reg. thes.* 89. Dn. Bachovius, *ad Treutler. in disp. de privatis delictis.* Ant. Matthæ. *disput. singul. junctâ disputationibus ejusdem ad institut.* Kirchner *disput. de republ.* 19. *thes.* 3. Arumæ. *disput. ad leges præcip.* 24. *thes.* 6. Nicol. à Salis, *in Siciliment. fol.* 912. *& seqq.* Wesenbec. *in parat. de furt. num.* 14. *& seqq.* Guil. Forner. *selection.* 1. *cap.* 15. Ungepaur. *exercitat.* 13. *thes.* 1. Val. Arithmæ. *in pericul. secund. disp. de furt. thes.* 7. *& disp. de delict.* 1. *thes. ult.* Iohann. Olorin-Variscus. *ethograph. Mundi, part.* 1. *cui Titulus, Malus Mulier. K.* 6. Bidembach. *consil. Theolog.* 3. *decad.* 1. jure Mosaico morali prohibita sunt furta; pœna verò furti in eâdem Legislatione constituta, est juris judicialis, & per consequens, mutari potest. Sic apud AEgyptios ea fuit capitalis, & etiam corpora suspensa manebant. Genes. 40. *vers.* 19. *&* 22. sicque apud Scythas, gravissimum erat delictum furtum: Sed propter politicam rationem, Iustinus, *lib.* 2. *fol.* 15. vicissim apud alias Nationes furta laudantur. Gudelinus, *de pace fol.* 48. Interim tamen mortis pœna, major hoc in casu videtur esse delicto: nam ut sanguis sanguine; ita bona bonis sunt tuenda, aut corporis servitio. Quâ de causâ multorum ex Dd. opinione, ac etiam nonnullorum locorum consuetudine, usuque laudabili est receptum, ut captus primâ vice, nisi circumstantijs aggravetur delictum, utcunque magnum sit furtum, vel reiteratum, haud morte puniatur reus: quod & probat Ludov. Molina, *tractat. d. justit. & jur. tom.* 3. *disputat.* 695. adde Consil. criminal. Dn. Metzgeri, & Dn. Wittumb.

præ-

præsertim consil. ultim. & Berlich. *tom 5. cap. 43. num. 18.* Ita ut magis pertinacia, & deficiens spes pœnitentiæ; quàm ipsum furtum capitaliter puniatur. Olim apud Romanos, furta non manifesta, nec infamia erant. Marcilius, *ad L. XII. Tabul. fol.* 208. olim apud Lacedæmonios, & etiam apud Holsatos, furtum non puniebatur. Helmodus, *Chronic. Slavor. cap.* 48. Nortmanni, fures primùm in Angliâ, laqueo puniverunt: Selden *in Ian: Anglor. f.* 83. Et id tamen non placet Thomæ Moro, *in Vtopiâ.* Quin & Imp. Iustinianus, *Novell.* 134. prohibet expresè; morte; vel membrorum amputatione, furta puniri. Et Frider. II. Imperatoris posteri; forsan dignitate, quam illustrissimam obtinuerunt, citò exciderunt; propter duas sat duras leges, quas de furtis, & ferarum tulerunt prohibitione. Est certè Deus mirabilis in operibus, & judicijs suis. Pœnæ, tamen ratione sæculi mutantur. Exilio vindicata fuit Abelis cædes. Genes. 4. *vers.* 11. ac Caini cædes prohibita fuit. *d. c. vers.* 15. id tamen mutatum posteà. Genes. *9. vers. 6.* ubi consule Othon. Gualtperium. Ac quoque considerandum circa furti pœnam, quod adulterium, & maxumè homicidium restitui non potest: furtum verò extinguitur per restitutionem. vid. Dn. Keppler. *lib.* 3. *harmon. fol.* 95. Nec facilè quis occidi debet, propter rem quæ reparari potest. Tripartit. *9. cap.* 32. Ac quid, quæso, æquius est, quàm ut fur quadruplum restituat, aut si non habeat undè solvat, vendatur ac in servitutem redigatur. Exod. *22. vers.* 3. Magisque domino rei furtivæ consulitur, si operas ei præstet, quàm ut suspendio finiat vitam.

II. Homicidium adulterio gravius crimen est, quia spacium pœnitendi adimit læso, & quia in corpus invitum peccatur. contra Gerhard. *centur. quæstion. polit. decad. 6. quæst.* 8. Sed tamen adulterium, furto vel rapinâ scelestius judicat Tauler, *in vita fol. m.* 31. & probat ordinis ratio in decalogo observata: Indè iniquum esse, multi censent, adulterio leviorem infligi pœnam. Quærere ergò lubet, annè hodiè rectè Adulterium primâ vice, quibusdam in locis non morte puniatur? Certè adulterio in Mosaico jure, quæ dicta erat pœna, itidem ad legem spectare videtur judicialem. (De pœnis mistis, partim ex naturali, partim ex lege judiciali, seu politicâ descendentes, vid. Heinr. Gebhard. *de princip. juris. conclus. 5. num. 34. &c.*) Et illa gravior fuit, propter polygamiam, & divertendi libertatem tùm usitatam. *arg.* 2. *Reg. cap.* 12. *vers.* 2. *&* 8. Et oportebat etiam Mulieres maritatas severiùs puniri; aliàs uno viro plures non contentæ fuissent. Boccalin. 1. *ragguagl.* 70. Problemas Morales. *num.* 81. Alb. Gentil. *ad l.* 101. *d. verb. signif.* vid. me *lib. 1. polit. cap. 10. n. 22. v.* 2. De pœnâ interdictæ ferarum venationi operam dantium, vid. Speckhan. *centur. 1. quæst.* 98. Dn. D. Happrecht

CAPUT IV.

De Pœnarum exasperatione, aliisque Quæstionibus miscellis.

UT præmia, pro reipublicæ incremento augenda; ita Pœnæ, crescentibus delictis sunt exasperandæ. *l.* 16. §. *ult. ff. de pœnis*. Farinac. *lib.* 1. *de delict. & pœn*: indè furtorum pœnam, delicti crescentis vehementiam, jure capitalem fecisse, plerique dicunt: *arg. l.* 1. *in pr. de abigeis*. Quâ de quæstione, gravissimâ sanè, variè disputantes videri possunt, tàm Theologi, quàm Jureconsulti, Zepper, *de legib. Mosaic. fol.* 77. *lib.* 1. *cap.* 10. Iohann. Gerhard: *disputat. Theolog. tom.* 3. *fol.* 260: Balthas. Meisner. *in Philosoph. sobriâ tom.* 1. *section.* 2. *cap.* 4. *quæst.* 3. Cothman: *in comp. institut. tit. de furtis*. Dn. D. Harprecht, *ad* § 5. *instit. de oblig. quæ ex delict.* D. Bocer. *disputat. quæ tractat. de monetis suffixâ. thes.* 63. Dn. D. Thomas Lansius, *disputat. de leg. Reg. thes.* 89. Dn. Bachovius, *ad Treutler. in disp. de privatis delictis*. Ant. Matthæ: *disput. singul. junct â disputationibus ejusdem ad instiut.* Kirchner *disput. de republ.* 19. *thes.* 3. Arumæ. *disput. ad leges præcip.* 24. *thes.* 6. Nicol. à Salis, *in Siciliment. fol.* 912. *& seqq.* Wesenbec. *in parat. de furt. num.* 14. *& seqq.* Guil. Forner: *selection*: 1. *cap.* 15. Ungepaur. *exercitat.* 13. *thes* 1. Val. Arithmæ. *in pericul. secund. disp. de furt. thes.* 7. *& disp. de delict.* 1. *thes. ult.* Iohann. Olorin-Variscus, *etrograph: Mundi, part.* 1. *cui Titulus, Malus Mulier.* K. 6. Bidembach. *consil. Theolog.* 3. *decad.* 1. jure Mosaico morali prohibita sunt furta; pœna verò furti in eâdem Legislatione constituta, est juris judicialis, & per consequens, mutari potest. Sic apud AEgyptios ea fuit capitalis, & etiam corpora suspensa manebant. Genes. 40. *vers.* 19. *&* 22. sicque apud Scythas, gravissimum erat delictum furtum: Sed propter politicam rationem, Iustinus, *lib.* 2. *fol.* 15. vicissim apud alias Nationes furta laudantur. Gudelinus, *de pace fol.* 48. Interim tamen mortis pœna, major hoc in casu videtur esse delicto: nam ut sanguis sanguine; ita bona bonis sunt tuenda, aut corporis servitio. Quâ de causâ multorum ex Dd. opinione, ac etiam nonnullorum locorum consuetudine, usuque laudabili est receptum, ut captus primâ vice, nisi circumstantijs aggravetur delictum; utcunque magnum sit furtum, vel reiteratum, haud morte puniatur reus: quod & probat Ludov. Molina, *tractat. d. justit: & jur. tom.* 3. *disputat.* 695. adde Consil. criminal. Dn. Metzgeri, & Dn. Wittumb.

præ-

præsertim consil. ultim. & Berlich. *tom 5. cap. 43. num. 18.* Ita ut magis pertinacia, & deficiens spes pœnitentiæ; quàm ipsum furtum capitaliter puniatur. Olim apud Romanos, furta non manifesta, nec infamia erant. Marcilius, *ad L. XII. Tabul. fol. 208.* olim apud Lacedæmonios, & etiam apud Holsatos, furtum non puniebatur. Helmodus, *Chronic. Slavor. cap. 48.* Nortmanni, fures primùm in Angliâ, laqueo puniverunt: Selden *in Ian. Anglor. f. 83.* Et id tamen non placet Thomæ Moro, *in Vtopiâ.* Quin & Imp. Iustinianus, *Novell. 134.* prohibet expresse; morte, vel membrorum amputatione, furta puniri. Et Frider. II. Imperatoris posteri, forsan dignitate, quam illustrissimam obtinuerunt, citò exciderunt; propter duas sat duras leges, quas de furtis, & ferarum tulerunt prohibitione. Est certè Deus mirabilis in operibus, & judicijs suis. Pœnæ, tamen ratione sæculi mutantur. Exilio vindicata fuit Abelis cædes. Genes. 4. *vers. 11.* ac Caini cædes prohibita fuit; *d. c. vers. 15.* id tamen mutatum posteà. Genes. *9. vers. 6.* ubi consule Othon. Gualtperium. Ac quoque considerandum circa furti pœnam, quod adulterium, & maxumè homicidium restitui non potest: furtum verò extinguitur per restitutionem: vid. Dn. Keppler. *lib. 3. harmon. fol. 95.* Nec facilè quis occidi debet, propter rem quæ reparari potest. Tripartit. *9. cap. 32.* Ac quid, quæso, æquius est, quàm ut fur quadruplum restituat, aut si non habeat undè solvat, vendatur ac in servitutem redigatur. Exod. *22. vers. 3.* Magisque domino rei furtivæ consulitur, si operas ei præstet, quàm ut suspendio finiat vitam.

II. Homicidium adulterio gravius crimen est, quia spacium pœnitendi adimit læso, & quia in corpus invitum peccatur. contra Gerhard. *centur. quæstion. polit. decad. 6. quæst. 8.* Sed tamen adulterium, furto vel rapinâ scelestius judicat Tauler, *in vita fol. m. 31.* & probat ordinis ratio in decalogo observata: Indè iniquum esse, multi censent, adulterio leviorem infligi pœnam. Quærere ergò lubet, annè hodiè rectè Adulterium primâ vice, quibusdam in locis non morte puniatur? Certè adulterio in Mosaico jure, quæ dicta erat pœna, itidem ad legem spectare videtur judicialem. (De pœnis mistis, partim ex naturali, partim ex lege judiciali, seu politicâ descendentes, vid. Heinr. Gebhard. *de princip. juris. conclus. 5. num. 34. &c.*) Et illa gravior fuit, propter polygamiam, & divertendi libertatem tùm usitatam. *arg. 2. Reg. cap. 12. vers 2. & 8.* Et oportebat etiam Mulieres maritatas severiùs puniri; aliàs uno viro plures non contentæ fuissent. Boccallin. *1. ragguagl. 70.* Problemas Morales. *num. 81.* Alb Gentil. *ad l. 101. d. verb. signif.* vid. me *lib. 1. polit. cap. 10. n. 22. v. 2.* De pœnâ interdictæ ferarum venationi operam dantium, vid. Speckhan. *centur. 1. quæst. 98.* Dn. D. Happrecht

ad §. feræ, num. 305. &c. instit. de rer. divis. Arithmæ. *1. disp. 3. thes. 6.* Mohr de Nigromont. *tractat. de venat. part. 1. cap. 4.* Quoque interdum diversitas locorum operatur, ut in delictum severiori pœnâ animadvertatur. Rod. Forner. *4. rerum quotidinar. cap. 26.* Etiam transgressiones alicujus legis seu ordinationis, graviter sunt in principio puniendæ; ut lex firmetur, & alii deterreantur: quod notat, & exemplis sacris roborat D. Andr. Osiander, *ad actor cap. 5. lit. c.* An autem Magistratus possit delicto non capitali, ex jure divino imponere mortis pœnam? vide *Molinam, de justit. & jur. tom. 3. disp. 5.* Becan. *in Theol. scholast. tit. de legibus. cap. 6. qu. 4.*

III. Quemadmodum Medico, indecora sunt multa funera, meliorque censetur, qui morbum excludit & prohibet, quàm qui pharmacis expellit acceptum: Ita multò præstabiliùs est efficere, ne facinora patrentur; quàm si patrata condignis puniantur suppliciis. Id autem fiet, si causas, ex quibus animadverterint potissimùm nasci flagitia, vel recîdant, si queunt; vel certè premant & attenuent rerumpublicarum moderatores. Erasm. Roterodam. *in instit. Princ.* Boccalin. *cent. 1. ragguagl. 58. ad fin.* Hoc itidem graviter monet, & facem prælucet illustri exemplo sapientissimus Morus: decernuntur, inquiens, furi horrenda supplicia, multò potiùs cùm providendum foret, uti aliquis esset proventus vitæ; ne cuiquàm sit tàm dira furandi primùm, dehinc pereundi necessitas. *Utopia lib. 1. fol. 57. & c.* Discite vos Politici: Et hoc opus, hic vester labor esto! Consentit Laurent. Grimalius, *2. de Optim. senatore fol. 153.* Non eos, inquit, probare possum, qui nascenti vel repullulanti vitio, pœnam statim, quâ plecti; ac non rationem, quâ illud exterminari queat, inveniunt, &c. vide Boccalin. *1. ragg. 58. ad fin.*

IV. Paucitate itidem pœnarum hodiè laboramus: plures earum deberent esse gradus, antequàm ad ultimum supplicium perveniatur; nec fustigatione & relegatione, finé propter quem introductæ & permissæ sunt, pœnæ semper nos assequi censemus adde Zepper. *de legib. Mosaic. 5. cap. 9. fol. 738.* Forsan & condemnatio in metallum, *ad triremes*, vel in opus publicum, felici successu poterit frequentari. Etiam Henricus Auceps, Milites ex talibus fecit, Lehman. *5. cap. 1.* Sanè fures, qui virgis cæduntur, eo ipso vitæ emendatione videntur prohiberi. Ens. *in proscen. Vita human. part. 2. fol. 102.* Quibusdam haud Christianum esse videtur, fures exilio punire, & ad vicinos fecem hanc hominum expellere; ideoque in servitutem eos rapi debere, putant, operisque publicis (ad tempus, vel in perpetuum) addici, ut laborare discant: quod in Belgio, & aliis in locis usu venit. Iohann. Dauth Iunior. *disput. quæst. miscellan. quæst. ultim. quæ inserta est tom. 2. jurispubl.*

Hanoviæ

Hanoviæ impreßi. nec quicquam dissentiente Wincklero, *tractat. de princip. jur. 5. cap.* 8. Et etiam Bremenses ergasteria ad Belgarum instituunt imitationem, Iohann. von Elßwich/ *disp. polit.* 10. *thes.* 23. *nu.* 9. Reinkingk. *disputat. de brachio secular. thes.* 75. Hoc exigit ratio suppliciorum, ut nemo pereat, nisi quem perire, etiam pereuntis intersit: Iohann. Baptista Lenceius, *observat. polit.* 291. hoc est, ubi non spes ulla refulget emendationis; ubi delinquens nullâ omninò ratione, publicæ rei prodesse potest. Non displicet, ut Claudii exemplum usurpemus, de quo Suetonius, *in vitâ c.* 23. qui quosdam ita relegavit, ut ultra lapidem tertium vetaret egredi ab urbe: nos hodiè vocamus, in Zehenden bannen. At verò crudeles pœnæ sunt, excœcationis: Camerar. 3. *meditat. fol.* 317. vel aliter faciem humanam deformantes; & eo resipiscendi occasionem præcludentes. Dalner. *de jure homin. part.* 5. *n.* 7. *Les Turcs ast ont coustume moult seante, de punir les delinquents à coups de baston: qui est la vraye facon d'humiliter les superbes, & punir ceux qu'on ne veult, pastuer*; ait Pierre. Bellon. 3. *cap.* 17.

V. Nunc per saturam quasi aliquot quæstiones attingam. An iis, qui ad supplicium extremum ducuntur, vinum sit dandum, disquirit Piccart. *decad.* 13. *observat. hist. polit. cap.* 6. Pœnam plurium non esse pœnam, sed pestem; pulchrè docet Gruterus, *discurs. ad Tacit. fol.* 153. Lucanus, 2. *vers.* 201. vid. Amirato, 2. *disc.* 9. Camman. *disputat.* 5. *thes.* 5. Hinc etiam decimatio apud Romanos fuit inventa. Pius dominus, percutit partem sententiæ suæ gladio, ut partem corrigeret exemplo. Salvianus, *fol.* 34. Non propter unum reum, tota familiâ odio est prosequenda. Boccalin. 2. *ragguagl.* 6. *fol.* 38. De pœnâ filiorum, vide AErod. *fol.* 548 Lehman, (ubi elegantem historiam habet) *lib.* 5. *c.* 99. Planè diabolicum est punire eos, qui occisis parentibus, ingemiscunt; quod fecêre tamen Ariani, Tripartit 7. *cap. ult.* Et an quis propter alium possit puniri, vid. Perer. *in Genes. fol.* 387. Talionis verò pœna, ut tale quis patiatur, quod fecit, quamvis hodiè rarò fit in usu; nonnullis tamen in casibus haud iniqua videtur. Iohann. Gerhard. *loco de Magistrat. num.* 259. Scultet. *in not. Critic. ad Matthaum cap.* 24. Camerar. 1 *meditation.* 99. Gothofred. *ad Novel. Imper. Leonis.* 60. Zepper. 4. *de legib. Mosaicis* 4. *cap.* 14. *fol.* 404. Richter. *axiomat. œconomia.* 28. Meisner. *de legibus fol.* 352. Forner, 2. *select.* 29. Drusius, *ad loc. Levit. cap.* 85. Sed vid. Lehman. *f.* 308. *col.* 1. Interdum corpus mortuum punitur, *vid. l.* 6. *ff de publ. iudic.* Speckhan. *cent.* 1. *quæst.* 85. Fachinæ. 13. *cap.* 17. Kornmann. *de miracul. mortuor. X.* 4. & 5. Arithmæum, *disp. d. delictis.* 1. *thes. ult. colum. penult.* Heigium *part.* 2. *quæst.* 37. Etiam memoria alicujus. AErod. *fol.* 460. Sed non est in cadavera sæviendum,

Aerod.

Ærod. *fol.* 580. Quemadmodum etiam animal brutum plecti potest Exod. 21. *verf.* 25. Speckhan. 1. *quæst.* 84. Camerar. 2. *cap.* 79. Tuschus *lit. A. conclus.* 332. Ærod. *fol.* 284. Cùmque Deus requirat sanguinem humanum de animalibus brutis. Genes. 9. *verf.* 5. videri posset, eos puniri debere. Humanum tamen esse videtur, ut corpora suspensorum sepeliantur, non in aëre corrumpantur. Berlich. *tom.* 5. *conclus.* 48. Sanè etiam mare sequitur ordinem naturæ, & submersorum cadavera ejicit ad littus. vid. Speckhan. *cent.* 1. *quæst.* 9. Hackelman. *disp. illustr.* 8. *thes. ult.* Berens. *in disp. ad instit.* 15. *in corollar.* Kornman. *de miraculis mortuor. part.* 9. *cap.* 34. De cadaveribus punitorum, vid. Ærod. *fol.* 820. At non præter rationem, cadavera supplicio affectorum, Medicis ad Anatomiam conceduntur. Freher. 1. *parerg. cap.* 25. Speckhan. 1. *quæst.* 7. *& seq.* Berens. *disputat.* 13. *in corollar.* 3. *&* 4. Arithmæus. *disputat. de delict.* 1. *thes. ultim. ad. fin.* Dissentit Kornman. *dict. part. cap.* 35. Berlich. *d. conclus.* 48. *num.* 24. An filii pro parentum delictis ritè puniantur? vid. Coras. *ad l.* 9. *ff. d. senator.* Andr. Gerhard. *disputat. ad instit. ult. thes.* 2. Covarruv. 2. *variar. cap* 8. Lemnium, *d. occult. natur. miracul.* 3. *cap.* 1. Nob. à Salis, *ad l.* 8. *ff. de eo quod metus caus. fol.* 11. *& seqq.* Beroald. ad Suetonium *fol. m.* 72. Sanè Iohann. Magnus, *in histor. Gothic. l.* 20. *c.* 10. *scribit*: Iuris gentium esse, reorum Majestatis filios, unà cum patribus puniri: & jam *proximè suprà* hujus rei feci mentionem.

VI. Consultum etiam videtur, ut carceris squalor, in iis præsertim, qui mortis sunt rei, mitigetur. Speckhan. 1. *quæst.* 19. *&* 20. Parthenius Litigios. 1. *cap.* 14. *nu*: 26. *&c.* Apud Romanos, Carceres non ita squalidi erant. vid. Senec. 1. *de tranquillitat.* 10. Ian. Drusium in annotat. *ad Nov. Testament. fol.* 319. Zachar. Fridenreich. *polit. part.* 2. *fol.* 239. Asin. *de execut.* §. 2. *cap.* 2. Quamvis interdum pœnæ, non solùm custodiæ vice fungebantur. Sitzmann. *ad Boët. fol.* 256. Hincque subterranei carceres, teste Bodino, in Galliâ prohibiti sunt: qualis tamen fuit Athenis, puteal dictus, 4. *polit. ult.* Et Germanorum veterum crudelitatis indicia sunt carceres tetri; adhuc in arcium vetustis ruderibus extantes. Quos qui imitantur, crudelitate superant Herodem, qui Iohannem Baptistam ita in carcere detinebat; ut posset nihilominùs à discipulis visitari. Wigel. *in Postill. fol.* 18. Scultet. *in not. Critic. ad Mattha. cap.* 32. Quodque fœmina non sit incarceranda, docet Ægid. Benedictus, *de privileg. honest. art.* 3.

VII. An Tortura cum principiis Theologicis & Politicis pugnet? haud sine ratione dubitare aliquis posset. Sanè optimus legislator Iehova Deus, criminum acerrimus vindex ac indagator, tale medium suo

ſuo populo non aperuit, ex quo Zepperus, *in tractat. de legib. Moſaicis. 5. cap.* 10. improbat violentas haſce quæſtiones. Singulare illud lumen & ornamentum eccleſiæ Africanæ, D. Auguſtinus, abhorrere ſe à fidiculis, eculeis &c. non obſcurè profitetur. *lib. 19. de civitat. Dei cap. 6.* quò loci ei ſuffragatur Scholiaſtes Vives & vid. eund. Auguſt. *in epiſtol. 159. & ſeqq.* Menoch. *in arbitrar.* Neminem teneri ſemet prodere, naturalis & civilis ratio prodit. add. *can.* 1. *cauſ.* 15. *queſtion.* 75. Quamvis Angli Catholicis eam adplicabant. libell. cui titulus, *juſtitia Britann. ad fin.* Non adprobant tamen hodiè torturam iidem. Smidus. *de republ. Anglor.* 2. *cap.* 27. Ac Michaël Montanus, Vir prudentiſſimus, & à magno Lipſio in epiſtolis maxumè commendatus, 2. *des eſſais. cap.* 5. *C'eſt un dangereuſe invention,* inquit, *que celle des Gehennes, & ſemble que ce ſoit pluſtoſt un eſſais de patiente, que de verité. Et celuy qui les peut ſouffrir, cache la verité, & celuy qui ne les peut ſouffrir. &c.* Richter. *axiomat. œconom.* 217. Ac refert Botero. 1. *d. detti. fol.* 88. *b.* de quodam Mediolano, quæſtionibus ſubjecto, qui dixit: *Io ſtimo meglio l'eſſer tormentato mille volte nelle braccia, che una volta nella gola.* Ego cum Keckerman. *diſpu. practic.* 31. *quæſt.* 4. diſtinguo. Et quæſtiones legitimè adhibitas, non improbandas eſſe, uſu cogente, puto. vid. Peinliche halßgerichts Ordnung. *artic.* 58. & ibi *in paraphraſ.* Georg. Remum. Langlæ. *lib. 9. per tot.* adde Parthen. Litigioſ. *d. cap.* 14. *num.* 32. *& c. ut & lib. 2. cap. 8. nu.* 8. Richter. *axiomat. œconom.* 217. Philipp. Steinhauſen. *in parat. ff. d. quæſt. num. 2. & ſeqq.* Conſcientia enim gravata, vix dolores ferre poteſt: ut *d. loc.* deducit Montaigne. Sed tamen durum videtur, ut, quod in Galliis fit, jam ad mortem condemnatus, ordinariè & extraordinariè, ac ut cadaver torqueatur; ad complices prodendos: vid. Cod. Fabrian. *tit. de torturis.* Ac in genere, contra crudelitatem carcerum, & torturæ, vid. Prætorium, *in tractat.* von der Zauberey. *fol. 174. & ſeqq. multis.* De mirabili conſtantiâ veterum Martyrum, qui nec tormentis crudeliſſimè lacerati, fateri voluerunt, quod alii prætenſi hujus criminis, obnoxii ſint, vid. Euſeb. *hiſtor. 5. cap.* 1. At abſurdum videtur Tertulliano, quod Chriſtiani torti fuerunt, non ad confitendum, ſed ad negandum. *Apol. cap.* 2. qui *ibid.* ait, apud Tyrannos etiam tormenta pro pœnâ adhiberi. Conſolationem injuſtè torti habet Galeatius Vbaldus, *in alloquiis. fol.* 103. Mirum eſt, quod refert Eſtienne de Luſignan. *in deſcription. Inſul. Cypri. cap. 14. fol. 64. b.* lapides ibi duos fuiſſe, quibus rei inſidere cogebantur, eóſque ad confeſſionem adigebant. Sic erat ferè talis proba adulterii in veteri teſtamento. Et ſimilis erat propè Veneris ſtatua, in vrbe Conſtantinopolitanâ, cujus meminit Procop.

R cop.

cop. *in histor. secretâ fol.* 83. An liceat subdolè captare rei confessione m. vid. Langlæ. 4. *semestr. cap.* 2. De Magicis ceremoniis in torturâ usitatis, consule Del-rio, *de demon. l.* 5. *section.* 9. qui idem 6. *cap.* 1. *section* 3. *fol. m.* 358. negat, Theologum Confessionarium torturæ adesse debere. Est & tortura per vinum. Tubero, *de suis temporibus lib.* 6. *fol.* 145.

VIII. Cadaverum injustè occisorum cruentationem, præsente eo, qui hujus criminis est suspectus, inter indicia ad torturam recenseri debere: justámque Nemesin esse, vindictam exposcentem, puto, non tamen solum hoc indicium sufficere videtur. vid. Hieron. Magium. 3. *miscellan. cap.* 6. Barthol. Sybillam, *peregrinar. quæst. decad.* 3. *cap.* 8. *quæst.* 4. Marcil. Ficinum, *lib.* 16. *d. animæ immortalit. cap.* 5. Galeot. Marti. *d. doctrin. promiscuá, cap.* 22. Paracelsi. *tractat. singul.* Iohann. Langium. *epistol. Medic.* 40. Levin. Lemnium, 2. *de occult. natur. mirac. cap.* 7. Par. de Puteo, *tractat. d. Syndicat. ad verb: tortura.* Simon Goulart. *des. histoir. admirabl. tom.* 1. *fol. m.* 253. *& multis seqq.* Gregor. Horstium, *tractat. de natural. conservat. & cruentat. cadaver.* Libavium, *item tract. hâc de re singular.* Kornman. *de miracul. mortuor. part.* 9. *cap.* 23. Iacob. Magnæ Britann. Regem, *in dæmonolog. fol.* 189. Ummium, *disputation. ad processum.* 5. *num.* 46. & novissimè Torreblanca, *in dæmonolog.* 1. *cap.* 2. vid. Ærod. *lib.* 8. *tit.* 41. *cap.* 18. *fol.* 675. Kornman. *de miracul. mortuor. V.* 7. Binsfeld. *de confess. malefic. fol.* 110. Rosset, *histor. tragic.* 15. Meland. *in joco-seriis n.* 518. *& seq.* item. 521. Gerhard. *quæst. polit.* 9. *decad.* 6. Scio notissimæ parricidæ infantem à se enecatum, in sinum datum, nullo edito tali signo. Sed forsan non opus fuit in re clarâ medio extraordinario. Vicissim si miraculosè hoc fiat, & nullâ causâ naturali præsente; (cujus rei extant exempla) non hoc est negligendum. Sicque quod mortuus fuerit locutus, Auctor vitæ Patr. *in vita Macarii*, refert.

IX. Quid verò de probâ aquæ frigidæ vel ferventis sit sentiendum? vid. Jacob. Magn. Britann. Regem, *d. loc.* Servin. *tom.* 1. *f.* 697. Scribon. & Rickium. ac item Magnif. Othon. Melandrum. *tract. singul.* De ferro candente, tractant Lindenbrog. *Glossar. verb. aqua fervens.* Covarruv. 4. *variar. cap. penult.* Selden *in Iano Anglor. f.* 112. *& c.* Isaac. Pontan. 6. *origin. cap.* 17. *fol.* 518. *&c.* De Duellis, consule *glossarium* Lindenbrogii. vid. etiam hâc de re latiss. August. Vischer. *tractat. singul. fol.* 22. *& multis seq.* Meisner. *de legib. fol.* 178. Pontanum. *d. loc.* Ego hoc tantummodò dicam, quamvis sint, qui putent, injuriam justitiæ inferri; si dicamus, quosdam esse casus, qui legibus & jure decidi non possint: Boccalin. 1. *di Parnas. fol. m.* 220. id tamen necessitate m

nos

nos cogere fateri: & ideò ad ejusmodi extraordinaria media confugisse majores nostros; cùmque juris ratio illis ignota, nec in dubio scirent, quid faciendum esset; supplevit Deus, quod seculi infelicitas tum denegavit. Duellum memorabile est apud Froissart. *volum.* 3. *cap.*41. Ac de hac materiâ, & exemplis hûc spectantibus, videri itidă possunt præter jam relatos, Stumpff. 8. *cap.* 14. Du Bellay. *in histor. Gall. fol. m.* 506. 541. 864. 900. Girard. *tom.* 1. *fol.* 1009. *&* *l.* 17. *fol.* 431. Montaigne *fol.* 637. *&* 639. *&c.* Paradin. 3. *des annal. d. Bourgogn fol.* 721. Hatron. *d. aulâ, fol.* 174. *&c.* Belisar. Neritinorum Dux, *tract. sing. de certam. singul.* Massa, *contra usum Duelli.* Del rio, *d. dæmono log.* 4. *c.* 4. *q.* 3. *&c.* ubi de similibus generibus probationis latissimè, ut & Hotoman. *d. feud. fol.* 196. *&* 207. Pasquier. 4. *d. recherch. c.* 1. *& multis seq.* Torreblanca. 1. *cap.* 23. Angrinus Jonas, *histor. Islandica. cap.* 9. *f.* 100. Card. Tuschus, *lit. D. verb. Duellum.* Lehman. *fol.* 118. *col.* 2. *& fol. seq. fol. item* 424. (ac quod Civitates Imperiales duellantibus concesserunt salvum conductum, tradit idem, *lib. ult. cap.* 90.) Cothman. *volum.* 5. *consil.* 2. L'histoire des antiquitez de Paris, *f.* 373. *b.* Fabius Albergati, *in tractat. Ital. de inimicis privatis* Gretserus, *in Catalog. Episcop. Eystetens. fol.* 492. Gödelman. *de magis. lib.* 3. *cap.* 4. Guyon. *tom.* 2. *lib.* 1. *cap.* 8. Feschius, *de fœderib. thes.* 22. P. de la Noüe. *in tract. cui titulus. Le lict d'honneur.* Lancellot. *in templ. omn. judic. m. fol.* 124. *usque* 250. Sic & alicubi loco purgationis est, eo fine participem se reddere Dominicæ Cœnæ, Rittershus. *tractat. de Asyl. fol.* 17. Et extat ejus rei exemplum in historia Eusebii, *6. cap.* 33. vid. etiam Bellarmin. 4. *de Pontific. c.* 13. *m. fol.* 329. Et *de Concil.* 2. *cap.* 8. f. 29. Frequentabatur item juramentum, unâ cum Sacramentalibus, hâcque ratione omnes ferè lites finiebantur, vid. Olaum Magnum, *lib.* 14. *cap.* 25. Fauchet. *tom.* 1. *des antiquit. lib.* 4. *cap.* 17. Lehman. *f.* 119. vocabaturque juramentū, secundæ vel tertiæ &c. manus. Erat & in usu Provocatio ad Divinum Tribunal, *de quâ re* Dn. Christianus Herold. amicus meus, orationem conscripsit singularem, eleganti & variâ eruditione refertam. Illustriss. Bellarmin. tract. *de art. moriendi. fol. m.* 215. Camerar. *meditat.* 3. *cap.* 38. Del-rio, *in tractat. d. Dæmonol.* Auctor Valer, Maximi Christiani, *lib.* 7. *cap.* 48. Kornman, *d. miracul. mortuor. V.* 5. *&c.* Torreblanca. 3. *cap.* 28. Usurpabatur item frigida & calida aqua. Wierus. *lib.* 6. *cap.* 7. fol. 685. *& de Lamiis. cap.* 20. Godelman. 3. *cap.* 5. Kornman. *in templo naturæ, fol.* 109. *& de miracul. vivorum f.* 263. *ac* 273. *&c.* Lindenbrog. *in Glossario, Codicill. antiquar junct. verbo, aqua ferv ens.* Rod. Goclenius Junior. *in Phys. fol.* 202 Binsfeld. *d. malefic. fol.* 287. Camerar. 2. *meditation. histor. cap.* 18. Fauchet. *des antiquit.* 10. *cap* 8.

Del-rio. 4. *cap.* 4. Pasquier. 4. *c.* 2. Candens item ferrum, das glüend eysen tragen/ Cuvarruv. 4. *variar. cap.* 23. Goulard. *des histoir. admirabl. tom.* 3. *fol.* 620. Logothetæ. *in Chronic. Constant. junct a nota f.* 90. Lehman. 5. *cap.* 14. Meibom. *ad Witikind. fol.* 75. Aut transitus per ignem, Miræus, *orig. Monaster.* 2. *cap.* 5. *ad fin.*

CAPUT V.

Continens Dissertationem Dn. Friderici Heinij, Rostochiensis, de Probatione, quæ per ignem ferventem olim, ac etiam nunc hodie quibusdam in locis, per aquam frigidam fieri solet.

I. N. I. T.

SI quâ in re elucet dignitas, si qua præstantia aut utilitas: certè in legibus, quibus hodie utimur, scriptis, & jure præsertim Romano, ea præfulget maxima. *Leges* quippe *vinculum illud dignitatis sunt, qua fruimur in republ. Iura fundamentum existunt libertatis, fonsq; veræ æquitatis. Hac verum justumque laborem præmiis atque splendore decorant: vitia verò & fraudes hominum damnis, ignominiis, vinculis, verberibus, exiliis, morte mulctant. Horum auctoritate nutuque domitas docemur habere libidines, coercere omnes cupiditates, nostra tueri, ab alienis mentes, oculos, manus abstinere. In his mens, & animus, & consilium, & sententia civitatis posita est unicè.* Tanto auctoritatis pondere, tanta utilitatis ubertate, nos leges juraque beant affatim. Qua de re multa dici possent, nisi jam antè, complura ab aliis ea de re dicta invenirentur, quæ sine tædio hîc repeti nequeunt.

Cicero pro Cluentio.

Id 1. de Orat.

Id pro Cluent.

Cæterùm cum de ejusmodi disserere commodum visum fuerit argumento, quo studii Juridici laus enitesceret & gloria: ideò collationem juris tàm civilis quàm Canonici, cum veteribus Frisionum, Francorum, Saxonum, Longobardorum, Siculorum, Suevorum, Alamannorum, Salicorum, Ripuariorum, Burgundionum, aliarumque nationum legibus moribúsq, instituere nunc volui, quò sciremus, quantâ justâ æquitate & prudentiâ, cumprimis verò pietate ejus nostrum præstet illo jure Germanico vetusto, moribúsque olim frequentatis.

Verum

Verùm cum id per omnes juris partes præstare prohibeat ingenii mei tenuitas, unum atque alterum ritum circa probationes maximè usurpatum, examinabo. Idque ne indifferenter & promiscuè, sed ordine fiat, de probatione priùs per ignem seu ferrum candens, per oleum deinde, seu aquam ferventem, & denique per frigidam paucis edisseram.

Et principiò quidem circa judicium ferri candentis, hæc ferè à veteribus fuêre observata, ut quotiescunque criminis quis alicujus insimularetur, & vel levis saltem delicti illius suspicio incidisset, reus statim ferri candentis judicium subire, & vel massam ferream summè ab igni calentem, uno atque altero ut plurimùm passibus incedens, manu ferre, vel nudis pedum plantis ignitos premere cogeretur vomeres. Quod ipsum quando illæsis sustinebat manibus pedibúsque, judicio arbitrorum absolvebatur: si qua verò exinde reo contingebat adustio, civilis protinus infligebatur pœna.

Primum membrum de FERRO CANDENTE.

c. Delicti. ext. de purg. vulg. Selden in Iano Anglorum, l. 2. fol. 112 & seqq. Covarruv. 4. var. resol. c. pen. Hotom. de FF. c. 44.

Cujus purgationis ut passim ab historicis injicitur mentio; ita ex infinitis id, quod apud Sophoclem in Antigone de Creonte Rege refertur, breviter nunc recensere lubet exemplum. Hic cùm publico decreto mortisque pœnâ indictâ, corpus Polynicis sepeliri prohibuisset, & Antigone clam fratrem sepulchro tradidisset; custodes Regii semetipsos graviter invicem acriterque incusare cæperunt, quod culpa unius foret, non omnium, custodiâ per noctis partes cuilibet distributâ. Cúmque ea de re inquirerent quàm possent diligentissimè, tandem Regi Creonti nuntium miserunt, qui præter alia & hæc ad factum ipsorum excusandum protulit.

Nemo deprehensus est, nosque latuit;
Sumus verò parati & candens ferrum manibus tollere,
Et per ignem serpere, Deósque jurare,
Nec fecisse nos, nec fuisse conscios
Ejus, qui hac de re consilium habuerit, nec ejus, qui eam fecerit.

Antiquitatis hoc exemplum est, quam ad probationis hujus usum frequentem demonstrandum ulterius ideò non advocabo; quòd prioribus adhuc seculis idem hic sese purgandi modus non tantum Saxonibus, Livonis & Anglis, sed Francis etiam & Longobardis fuerit usitatissimus. Et Francis quidem, seculo post Christum octavo, in more solenniter erat positum, ut secundum leges ipsorum, antequam reus novem ignitos nudis plantis calcaret vomeres, illud prius his consecraretur verbis: *Deus judex justus, qui auctor es pacis & judicas æquitatem, te suppliciter rogamus, ut hoc ferrum ordinatum ad justam examinationem cujuslibet dubietatis faciendam, benedicere & sanctificare digneris:*

Selden. d. l. Zvuinger. in theatr. vit. hum. vol. 3. lib. 4. fol. 362.

ita ut si innocens(de prænominata causa, unde purgatio quærenda est) hoc ignitum in manus acceperit, illæsus appareat; & si culpabilis atque reus, justissima sit ad hoc virtus tua, in eo cum virtute declarando, quatenus justitiæ non dominetur iniquitas, subdatur falsitas æquitati, per Dominum nostrum, &c. Atque hæc tantùm abfuit ut impia judicarentur, ut sanctissimi Pontifices, Principes Christianissimi, viri atque fœminæ sacratæ istas purgandi ceremonias usurparint. Citetur ex Anglia testis hanc in rem locuples matrona illa castissima Emma Eduardi Angliæ Regis mater. Hæc beneficio hujus purgationis mirè innocentiam suam prodidisse Deum, altâ clamitabit voce. Cum enim violatæ pudicitiæ criminis cum Aduino Vintoniensi Episcopo falsò esset insimulata, ac propterea etiam in custodiam tradita, hæc, mœrore quamvis læsæ perperàm famæ penè esset excruciata: castitatis tamen fiduciâ freta, ultrò se Regi obtulit ad servatæ continentiæ, per ignem, secundum regionis morem faciendum periculum. Quibus cum Rex nihil planè moveretur, sed matri diem diceret, quo ingens aliquod subiret supplicium, mulier nihilo minus sceleris nullius conscia, sed forti animo super ignitos vomeres nudis incedens pedibus, neutiquam læsa evasit, pudicitiæque decus per ignem & ferrum candens ita Regi probavit, ut mirâ eam posteà pietate coleret observarêtque. Producatur, si lubet, Othonis III. uxor Maria de Arragonia. Hæc medio hujus probationis, dignissimas flagitiis suis sese luisse pœnas nunquam inficiabitur. Cum enim fœmina esset planè impudica, virorúmque appretentissima, juvenem secum muliebri circumduxit habitu, quo utebatur pro cubiculario, cúmque eo congrediebatur quotidie. Quod cum innotuisset Imperatori, juvenis multis præsentibus vestibus est spoliatus, inventúsque pro fœmina masculus, vivus deinde combustus est. Sed & Imperatrix, cùm sæpiùs viros peteret quàm peteretur, amore suo exstincto, cum ab Imperatore veniam meruisset, in Italia circa Mutinam Comitem quendam elegantis formæ & virum optimum, cæpit deperire, multisque blanditiis conata est eum in sui amorem pellicere: cui cùm assentire nollet, falsis delationibus ab ea apud Imperatorem accusatus; pœnâ tandem capitis damnatus est. Uxor verò Comitis, conscia sibi innocentiæ mariti sui, caput ejus abscissum deosculatur, & secum ablatum diligenter recondit. Deinde ad Imperatorem in tribunali sedentem properans, magno clamore & ejulatu petit causam suam rectè cognosci, & legum auctoritate defendi. Sciscitanti itaque Imperatori, à quonam læsa esset: Tu, inquit, O Imperator es, à quo sum læsa, simúlque in medium projiciens mariti sui caput; hunc maritum meum exclamat, contra jus fasque capite mulctasti; & statim can-

dens

Polyd. Verg. lib. 8 histor. Angl.

Goclen. in Orat. de Sagis, adjecta processui crimin. advers. Sagas Otth. Melandr. f. 131. Zvuing. d. l. Crantz. lib. Crantz. lib. 4. Saxon. c. 26.

Crantzius d. l. addit, lac pro cruore profluxisse, quando gladio à carnifice fuit percussus.

dens ferrum illæsis apprehendens manibus, mariti sui innocentiam cum stupore omnium, qui aderant, comprobavit. Ibi Imperator, detecta rei veritate, graviter commotus, viduam multis muneribus & castris donavit, suam verò uxorem flammis addixit. Res, credat quispiam, non unius horæ, non unius diei, omnia eorum, qui hoc medio, vel innocentes præsentibus erepti sunt suppliciis, vel nocentes condignas hoc ipso probandi modo sceleribus suis dederunt pœnas, enarrare exempla. Stat enim & invitat in atrio, Richarda Augusta Caroli III. uxor, quæ ferro candente adulterii crimen diluit. Stat Martianus Imperator Augustissimus, qui cùm ad Sanctum aliquando Simeonem, habitum indutus idiotæ, religionis causâ venisset: mirè ibidem ob factum quoddam obstupuit, quod duobus accidit Episcopis de religione inter se contendentibus, orthodoxo uno, Arriano altero. Arrianus quidem Dialecticus erat, orthodoxus verò pius & fidelis. Proposuit is eam conditionem, ut relictis verborum concertationibus, rogum ignis ingrederentur; & sic ostenderent, utra sententia magis pia esset. Cum autem Arrianus conditionem eam accipere detrectaret, ipse orthodoxus ignem ingressus, è rogo disseruit, illæsúsque servatus est. Stat Petrus Albanensis Episcopus; qui illæsus per pyram ardentem transiens, Simoniæ reum comprobavit Petrum Florentinum Episcopum. Stat Bricius Turonensis Episcopus, qui prunas candentes vestimenti laciniâ exceptas, sine noxa per urbem tulit, seque hoc ipso à falso stupri crimine liberavit. Stat Petrus Massiliensis presbyter, qui falsæ religionis falsò accusatus, per coacervatorum latè lignorum struem ardentem, mediósque ignes illæsus evasit, innocentiamque eo ipso suam defendit. Stat Pachymerius, & se adolescente nonnullos laminam ferream candentem sustulisse, itaque innocentiam suam omnibus probâsse, expressis attestatur verbis. Stat Poppa Episcopus Slesuicensis, qui, Danorum proceribus, in convivio quodam, Deorum suorum miracula extollentibus, Christum verò deridentibus; fidem suam & veritatē Christianam, hoc ipso medio confirmavit mirificè. Ab Haraldo enim Rege custodiæ traditus, postero die ejusdem jussu candens ferrum illæsis gestavit manibus, eòque Danorum ad Christianismum convertit plurimos. Sed res, ut dixi, non unius diei omnia hæc prolixius contemplari. Facere tamen non possum, quin duo adhuc notatu dignissima hîc breviter recenseam exempla. Primum esto de Kunigunda Henrici II. Imperatoris uxore. Hæc Imperatori de adulterio suspecta, judicium hoc vomerum candentium ultrò elegit: Domine, inquiens, creator cœli & terræ, qui probas renes & corda, judica judicium meum & eripe me. Te testem & judicem hodie invoco, quod neque hunc Henricum

Lipsius, Monit. pol. fol. 132.

Zuinger. d. l.

Zuinger. d. l Crantzius verò lib. 4. Saxoniæ, c. 32. ferrum ab ea ignitum, illæsis portatum ait manibus: lib. 4. c. 5. Metropol. sex vomeres ignitos calcasse tradit.

cum præsentem, neque quem virum alium carnali consuetudine cognoverim. His dictis stupentibus & lachrymantibus plurimis, candentes vomeres nudis & illæsis per quindecim passus calcavit pedibus. Quod factum duobus hisce comprehensum est versibus:

Judicio vomeris Cunegundis virgo probatur;
Cœtus at hoc procerum mirans, ipsam veneratur.

Crantzius lib. 8. Vandal. c. 31. in fin & ex eo Hotom. c. 44 de FF nec non Gondelm tr. de Mag. & venef lib. 3. c 5. & n. 19.

Alterum verò esto, quod in oppido Wittenburgo aliquando ferunt contigisse. Incendium ædium furtim procuratum imponebatur in eo oppido innocenti. Ille quàm sanctè jurans, ejus se culpæ non esse affinem, purgationem afferebat vulgarem de ignito ferro: quam juribus interdictam aut ignoravêre, aut contempsêre, qui judicio præerant laici. Ferrum ergò ignitum ille deportat itinere non parvo: tum manibus excutiens, nihil læsionis præterebat. Evanuit ferrum ex oculis mirantium omnium. Annus penè totus intercesserat, cum alius jam silicibus viam straturus in oppido publicam, in arena loci manum vertit, & invento ferro adhuc ignescente dextram adurit. Mirati qui astitere, rem referunt loci præfecto. Illi mox incidit suspicio, illum esse hominem criminis reum, quod innoxio imponebatur: mox jubet ad quæstionem abripi. Confitetur crimen, & ultimo supplicio, fractis rota cruribus, interimitur. Ita divino judicio est proditus noxius. Gallis etiam ritum hunc probandi per ignem olim fuisse usitatissimum, consuetudo ipsorum & communis loquendi formula, quâ dicunt: *Se purger par eau, & par ignise*, probat manifestissimè. Unde quidam alicubi: Hæc si quisquam vestrum aliter esse putet, méque indignum, cui credatur; credat igni, ferventi aquæ, candenti ferro, faciant fidem tormenta, quibus non sufficiunt mea verba.

Lindenb. in Glossar. suo verb. Aquæ ferventis judicium. Concil. Rhemens. c. 11. p. 19. Isaac. Pontan. lib. 6. Orig. Francic. f. 5. 8.

Tot tamque memorabilibus virorum fœminarúmque exemplis, quibus innocentia oppressa, in lucem protracta, malitia triumphans, tandem ad orcum detrusa conspicitur; scriptæ quoque prædictorum populorum accedunt leges. Sic enim lex Saxonum:

Spec. Saxon. lib. 1. art. 39. Lindenbr. & Pontan. dd ll.

Ex tribus hisce criminis alicujus accusati unum eligant; vel ferrum candens manibus portent, vel in aquam bullientem brachium ad cubitum usque mittant, aut ab incursu in area, contra certantem se defendant. Cui Francorum Longobardorúmque ferè respondent placita:

Lindenb. in Legib Longobard lib. 1. tit. 10. §. 3

Si quis de libertate sua interpellatus fuerit, timens ne in servitium cadat, & aliquem de propinquis, per quem in servitium casurus esset, occideris; hoc est, patrem vel matrem, patruum vel avunculum, vel quamlibet hujusmodi propinquitatis personam, ipse qui hoc perpetraverit, moriatur: agnatio ejus & consanguinitas in servitutem cadat. Et si negaverit se ipsum occidisse, per novem vomeres ignitos judicio Domini examinandus accedat.

Idemque

Idemq; disponit lex illa militaris apud Radevicum: *Si servus aliquis culpatus, non in furto fuerit deprehensus, sequenti die expurgabit se judicio igniti ferri: vel dominus juramentum pro eo præstabit.* lib. 1. c. 25. Hotom. & Godelm. dd. ll.

Ejusmodi veterum consuetudines legesque, usu & observatione abundè comprobatas, si unius alteriusque exempli eventum spectemus, quis impias pronunciaret? Verùm si animam, si spiritum atque medullam, adeoque ipsam legis essentiam ac rationem, paulò altius consideraverimus; tum demum, quot parasangis leges nostræ civiles has post se relinquant, luce meridianâ apparebit clariùs. Nam ut verè & miraculosè hæc omnia facta non inficiamur; ita ex iis jus sumi debere, specialesque ea de re condi leges, nullo modo, nulla unquam defendi posse ratione videtur. *Iura* quippe *constitui oportet, in his, quæ ut plurimùm; non etiam quæ ex inopinato, & fortè uno aliquo accidunt casu. Leges etiam ad ea potius aptari debent, quæ frequenter, quam quæ raro eveniunt. Quæ enim semel aut bis existunt, meritò prætereunt legislatores.* l. 3. 4. 5. & 6. de Legib. Et quàm quæso absonum, quàm dictu impium esset, quia flamma tribus illis viris justissimis, in fornace Babylonica, Deo operationem illius inhibente, pepercit; propterea tot beatissimos Martyres, in quibus exurendis vim ignis exeruit omnem, nocentes proclamare, generalemque inde ferre legem, ut quicunque ab igni vel ferro candente adurerentur, illi ut improbi flagitiosique condemnarentur. Quî enim fieri aliter potest, inquit sapienter admodum Rex sapientissimus, quàm ut gestans in sinu ignem, adurat vestem, aut inprimens vestigia carbonibus, lædat pedes? Proverb. 6. v. 27. Vt proindè non minùs justè quàm prudenter Ivo Carnotensis: *Vulgarem,* dicat, *legem, ac nulla Canonica sanctione fultam, ferventis scilicet seu frigidæ aquæ, ignitiq; ferri contactum, aut cujuslibet popularis inventionis, (quia fabricante hæc omninò facta sunt invidiâ) nec ipsum exhibere, nec aliquo modo te volumus postulare; imò Apostolicâ auctoritate prohibemus firmißimè* Quibus motus Honorius III. Pontifex, ut, cum gravem admodùm Christiani in Livonia noviter tunc baptizati, ad ipsum deferrent querelam; quòd fratres Templariorum, aliique qui temporalem in eos exercebant potestatem, si quando de aliquo crimine infamarentur, ferri candentis judicium subire compellerent: expressis hisce, purgandi illo sese ritu, utpote in quo Deus tentari videretur, ipsis interdixerit verbis, mandaritque seriò, ut ab hujusmodi conversorum gravamine, in posterum omninò desisterent. Epistol 91. Lindenb in Glossar. suo, sub verb Aquæ ferventis judic. Ponten d. lib. 6 Orig. Franc. f. 512. & seq c. dilecti ex. tr de purgat. vulg V. etiam sup. p. 14. in fin. eadem hac de re rescriptum Stephani V. Pontificis. Nec est quod propter dictum loquendi morem, Gallis olim consuetum, probandi hunc ritum apud ipsos in usu vigoreq; aliquo remansisse existimemus; cum statim post Carolum, Ludovici nimirùm Imperatoris seculo, Agabardus Lugdunensis Episcopus, tractatu quodam sententiis S. S. Scri-

pturæ refertissimo, *Contra damnabilem opinionem* (ita habet libri titulus) *putantium divini judicii veritatem, igni, vel aquis, vel conflictu armorum patefieri*, edito, eundem improbare impugnareq; cœperit acerrimè.

Pontan. d. l. f. 319.

Prolixitatis non injuriâ accusari possem, si pluribus æquitatem, prudentiam, pietatem nostrarum legum civilium, præ jure illo vetusto, moribusque olim frequentatis, qui nulla tali vel justitiâ, vel probabili juris fundamento, sed solo miraculo divino temerè admodum nitebantur, demonstrare satagerem: præsertim cum in aliis antiquorum legibus circa probationes usitatis, idem appareat manifestiùs.

Selden in Iano Angl. lib 2. f. 112.

Nam ut prædicto modo prisci in liberis ut plurimùm, sic aquæ oleive ferventis judicio, in servilis plerumque conditionis hominibus utebantur. Eaque de re complures passim, cum apud Longobardos, tum in capitulis etiá & legibus, tàm Ecclesiasticis, quàm civilibus Caroli Magni & Ludovici Pii Imperatorum extant constitutiones: quibus si quis criminis alicujus insimulabatur, & vel furtum aliquod gravius fecisse, homicidium perpetrasse dolosum, veneno veneficióque è medio hominum aliquem sustulisse, vel simile aliquod flagitium commisisse dicebatur; statim ad judicium hoc aquæ oleive ferventis condemnabatur. Quo si manus ejus fuisset exusta, condignas scelere suo subibat pœnas: sin minus, judicio Magistratus absolvebatur. Ipsissima verò legum illarum, prout à probatis fideque dignis referuntur auctoribus, vel ideò hîc breviter ascribere lubet verba; ut ex ipso legum tenore nobis de iniquitate earum edoctis clarius tantò, & in aprico quasi posito juris civilis patescat æquitas. Ad hunc ergò Imperator Ludovicus orditur modum:

II Membrum. de Aqua FERVENTE

Si quis ex levi causa homines in Ecclesia interfecerit, de vita sua componat: si verò fortu rixati fuerint, & unus post alterum fugerit in Ecclesiam, & ibi se defendendo eum interfecerit; si hujus facti testes non habuerit, cum duodecim juratoribus legitimis per Sacramentum affirmet, quod se defendendo eum interfecerit, & pro hoc DC. solidos ad partem ipsius Ecclesiæ, quam polluit, componat, & insuper bannum nostrum. Is verò qui interfectus est, absq; compositione jaceat: ac deinde interfector secundum Canonum judicium congruũ, facinoru quod admisit, pœnitentiam accipiat. Si proprius servus hoc admiserit, judicio aqua fervẽtis examinetur; utrum hoc sponte, an se defendendo fecisset. Et si manus ejus exusta fuerit, interficiatur: si verò non fuerit, publicâ pœnitentiâ mulctetur. Si forte ipse auctor commota inter eos rixa, fuerit inventus; tunc dominus ejus, juxta quod Widrigild ejus fuerit ad Ecclesiam persolvat: aut si voluerit, ipsum servum Ecclesiæ tradat. Idemque iisdem penè verbis, Longobardis suis Lotharius

Lindenbr. in Legibus Longob. lib. 1. tit. 9. §. 29.

rius,& Germanis Carolus Magnus, nec non Ludovicus Pius Imperatores, inculcant præcipiúntque sedulò: quibus repetendis ne animum lectoris benevolum offendam, paucis ea, quæ de probando per hoc aquæ ferventis medium, veneficio furtoque, prænominatis Longobardis Henricus,& Germanis Carolus Magnus; ut & Ludovicus Pius sacratissimi constituerunt Principes, subjungam. Sic autem ille: *Quicunque veneficio, seu quolibet modo furtivæ mortu aliquẽ peremerit, aut consentiens fuerit, mortis sententiam incurrat, omniumque suarum rerum mobilium & immobilium facultatem amittat: ita tamen ut precium decem librarum auri, pro legitimo Widrigild, propinquis parentibus perempti præmium detur; reliqua rursus medietas ejus propinquis veniat, altera autem medietas ad fiscum accedat. Si quis verò prædicti criminis, aut de facto, aut de consensu accusatus, negare voluerit; aut per duellum, si liber est: si verò servus, per iudicium ferventis aquæ defendat, aut in similem sententiam incurrat.* Hi verò: *Si quis,* inquiunt, *Saxo hominem comprehenderit absque furto, aut absque suâ propriâ aliquâ re, dicens quod illi sit damnum factum, & hoc contendere voluerit in judicio, aut in campo, aut ad crucem licentiam habeat. Si verò hoc noluerit, cum suis juratoribus ipse liber homo se idoniare faciat. Et si servum cujuslibet absque aliqua comprobatione comprehenderit; ipse servus, aut ad aquam ferventem, aut ad illud judicium se idoniare faciat.* Unde quidam: *Præfati homines, quia non liberæ conditionis sunt, aut cum aqua frigida, aut calida inde ad judicium Dei exirent.* Ut ut autem probandi hunce ritum in servis tantùm adhibuisse Longobardos quibusdam largiamur: Frisiones tamen promiscuè eundem usurpasse, hæ ipsæ eorum loquuntur leges:

Idem Lindenbr. in llbus Longobard. lib. 1. tit. 9 §. 36. & in cap. Car M & Lud. Pii, lib. 4. tit 13 Id. d. lib. tit 9. §. 39.

Id. in cap. Car M. & Lud. P. lib. 4. append. 2. §. 33.

Hincmarus contra Hincmar Laudun. Lindenbr. in Glossar. suo, verb aquæ ferv. jud. Id. in legib Frisionum, tit. 3 § 4.

Si servus furti reus esse dicatur, dominus ejus in vestimento suo Sacramentum pro illo perficiat: Aut si res grandis erit, in reliquiis juret, aut servum ad judicium Dei in aqua ferventi examinet. Quod si servus in iudicio probatus apparuerit, vel confessus fuerit, quanti res, quæ ablata fuerit, æstimabitur, tantum dominus pro servo componat & servus vapulet; nisi dominus eius quatuor solidis corium eius redimere voluerit.

Si quis in furto deprehensus fuerit, & ab ipso, qui eum deprehendit, furti arguatur, & negaverit, juret uterque solus, & ad examinationem ferventis aquæ iudicio Dei probandus accedat. Si ille qui fur esse dicitur, fuerit convictus, componat Weregildum suum ad partem Regis, & manum sexaginta solidis redimat, & in simplo furti compositionem exsolvat. §. 5

Si verò is, qui alium furem interpellavit, falsò eum calumniatus est, §. 6.

& in judicio ferventis aqua fuerit convictus, 60. solidis manum suam redimat. Hactenus quidem de furti probatione.

Tit. 14. §. 3. *Is verò qui compositionem homicidii quærit, in reliquiis sanctorum juret, se non alium hac de re interpellaturum, nisi eos, qui ei ipsius homicidii suspecti sint: & tunc unum vel duos, vel etiam tres aut quatuor, vel quotlibet fuerint, qui eum qui occisus est, vulneraverunt, de homicidio interpellet. Sed quamvis viginti aut triginta fuerint, non tamen amplius quàm septem interpellandi sunt, & unusquisque eorum, qui interpellatus est, suâ duodecimâ manu juret, & se post sacramentum judicio Dei examinandum, ferventi aquâ innocentem ostendat. Qui primus juravit, primus ad judicium exeat, & sic per ordinem. Qui in judicio probatus inventus fuerit, compositionem homicidii persolvat, & ad partem Regis bis Weregildum suum. Cæteri conjuratores, sicut superius de perjuris dictum est.*

Selden in Iano Angl lib. 2. f. 112. Usu autem judicia illa aquæ & ignis (sive Ordinalia, ut quidam vocant) fuisse frequentissima, passimque cùm apud prædictos populos, Longobardos, Frisiones, aliosque, tùm apud Anglos etiam & Burgundiones usurpata & crebra sententiæ illius Wasserorthell apud auctores injecta arguere videtur mentio, & exempla quoque idem comprobant sufficientissimè. In promptu statim est illud Johannis Senis Nobilis qui

Selden d. l. f. 114. sub Henrico II. Anglorum Rege, cum imputatâ fratris Comitis de Ferrariis cæde, aqueo hoc se non expediret judicio, pœnas dedit patibuli.

Zuinger. in theatr vit. hum vol. 3. lib. 4. f. 363. B. Occurrit Gangolphi Burgundionis uxor, quæ adulterio cõmaculata, cũ probare vellet, innoxiam se esse, demersâ in aquam manu adjuravit, ne eam sine prodigii specie, si culpam ferret, inde posset levare. Quæ imprecatio haud fuit irrita. Nam cum ex aqua manum attolleret, desiccatam extraxit, non aliter, quàm si in mediis eam tenuisset ignibus. Itaq; ob prodigium hoc, à viro etiam posteà fuit separata.

Legitima cuiquam propter datas flagitiis pœnas condignas videri possent hæc media; nec vel propterea probationes hasce rejiciendas,

Pontan lib. 6 Orig. Fr. f. 19. Seld. d. l. f. 115. Numer 5. v. 11 Zuing d. f. 363. A. quod ab ipsius Judæis viri quidam doctissimi primam harum repetunt originem. Nam & apud Israëlitas adulteræ coarguendæ, certus quidam Mosi divinitùs traditus erat modus. Maritus uxorem ad sacerdotem ducebat, simul & libamentum, decimam partem ephi farinæ hordeaceæ, cui neque oleum neque thus indebatur. Id Sacerdos libabat, & ante dominum ponebat, aquamque sacram in vase fictili sumens, pulverem è solo tabernaculi aquæ miscebat. Mulierem coram ara sistebat, eique libamentum in manus tradebat, & ipse aquam amaram diram (quam redargutionis vocant) in manu habens, juramento mulierem astringebat, in hæc verba: Si nemo tecum concubuit, & stupro non deliquisti in virum tuum, illæsa esto

ab

ab hac aqua amara dira. Sin autem in virum tuum commisisti, stuprataque es, & tecum rem habuit vir alius quàm tuus, Jova exemplum in te statuat dirarum, & perjurii apud tuos, femur tibi decutiendo, & ventrem distendendo: veniatque hæc dira aqua in viscera ad ventrem distendendum, & femur decutiendum. Mulier respondebat: Amen, Amen. Tunc sacerdos has diras in Scheda scribebat & aquâ amarâ delebat, eámque aquam amaram diram mulieri bibendã dabat, sumpto priùs de manu mulieris libamento, quod ad aram libabat, & aram suffiebat. Aquâ epotâ si adultera esset, perjurii pœnas luebat, ventre distento, & femore decusso: sin extra noxam, illæsa manebat, & prolem gignebat. Iidem ferè ritus, preces ac solennia etiam circa aquam calidam à Francis, quæ à Judæis circa aquam hanc amaram diram, fuêre adhibita; iisdemque propemodum, quibus ferrum candens, etiam aquam iidem ferventem consecrarunt verbis: *DEUS judex justus, fortis & patiens, qui auctor es & amator justitiæ, qui judicas æquitatem: judica Domine quod justum est, quia recta tua judicia sunt, qui respicis super terram, & facis eam tremere. Tu Domine omnipotens, qui per adventum filii tui Domini nostri Iesu Christi mundum salvasti, & per ejus passionem genus humanum redemisti, tu hanc aquam ferventem sanctifica; qui tres pueros Sadrach, Mesach & Abednego, jussione Regis Babylonis missos in caminum ignis, servasti. Tu clementissimè præsta, ut si quis innocens in hanc aquam ferventem manum mittat, sicut tres pueros supra dictos de camino ignis eripuisti, & Susannam de falso crimine liberasti; ita Domine manum illius salvam & illæsam perducas. At si quis culpabilis, vel incrassante diabolo cor induratum, præsumpserit manum mittere, tua justissima pietas hoc declarare dignetur, ut in ejus corpore, tua virtute manifestetur, & anima illius per pœnitentiam salvetur.*

Gondelm. d. tr. de Magis & Venef. lib. 3. c. 5. mihi f. 38. n. 20.

Verùm ut demus id ultrò, non aliundè scilicet quàm à Judæis hunc ipsum delicta probandi modum fluxisse; non tamen propter eà lex illa, ut pote ceremonialis, sequenti, & nostro etiam nunc rectè aptabitur tempori. Quis enim nescit, populum illum Judaicum speciale hac de ab ipso Deo habuisse mandatum, politiæ illi Mosaicæ, ubi supremus in rep. Princeps & Judex ipse extitit Jehova, magis accommodatũ, quàm præsenti nostræ reipubl. formæ statuique, ubi leges illæ forenses planè sunt sublatæ: nec ita immediatè amplius in causis dubiis decernit Deus, quàm antiquitùs in populo Israëlitico? Ut proinde mutata illa reipubl. facie, ubi temporis vetustas, longaque dies, ut aliam vitam, alios mores, ita alias quoque postulat leges; illas usurpare velle leges, magis naturæ ipsique contrarium sit rationi, quàm si quis vel Judaicum, vel etiam reip. Rom. statum, nostro applicare conetur seculo. Sicut & illud

Dn. Besoldus tr. de jurisdict. Imper Rom. in pr.

lud largiamur, aquam hanc ferventem, non nisi devotissimis, consecratam fuisse precibus: tractu tamẽ temporis, mores & consuetudines ejusmodi in detestandã planè apud Christianos degenerarunt superstitionẽ, eúmq; divini nominis abusum, ut sine speciali aliquo hac de re mandato, veri sanctiq; Dei nomẽ quibusvis suis cõjurationibus adhibere, idq; oleo, aquæ, ferróve, veluti efficax, curiositate humanâ alligare nõ erubuerint.

Camerar. cent. 2 horar. succis. c.18. f 70. in fin.

Quod prudenter animadvertens Stephanus V. Pontifex Rom. Lamberto Moguntino Episcopo, à quo consultus antea fuerat de infantibus, qui in uno cũ parentibus lecto dormientes, mortui reperiuntur; utrùm ferro candente; aut aquâ fervente, seu alio quolibet examine parentes se purgare deberent, sese eos nõ oppressisse, in hæc rescribit verba: *Ferri candentis, vel aquæ ferventis examinatione confessionem extorqueri à quolibet, sacri non censuerunt canones; & quod sanctorũ patrũ documento sancitum non est superstitiosâ adinventione non est præsumendũ. Spontaneâ enim confessione & testium approbatione publicata delicta, habito præ oculis Dei timore, nostro regimini judicare sunt commissa: Occulta verò & incognita illi sunt relinquenda, qui solus novit corda filiorũ hominũ.*

c. consuluisti. 2. q 4 Ottho Meland. d. tr. de crim. advers. sag. process. f 62. Lindenbr in Gloss. suo sub. verb. aquæ ferv. jud. in fin. Vide etiam supr. f 8. sanctionem Ivonis Carnotensis.

III. Membrum, de AQVA FRIGIDA.

Duos hactenus veterum circa probationes frequentatos lustravimus modos, barbaros satis, iniquos & inhumanos; eo tamen adhuc nomine vel maximè præ hoc tertio, quem jam vobis spectandum in theatrum producemus, excusandos, quod tempore partim, partim prudentiâ æquissimorum quorundam Imperatorum Pontificúmque sublati, in desuetudinem abierint: consuetudo verò per aquam frigidam sese purgandi, non solùm nondum in totum sit abrogata, sed nostro etiam adhuc tempore, quo lux Evangelii clarissimos in quoscúnque mundi angulos spargit radios, sub prætextu alicujus rationis vel æquitatis, rigorosè pertinacissiméque à nonnullis defendatur, judiciis in quibusdam approbetur, & secundum eam rei ad torturam suppliciúmque rapiantur. Eo enim, proh dolor, pravis, quibusdam in locis, deventum est moribus, & maximè in criminali adversus Sagas processu, in quo tamen cautius erat agendum; ut si persona aliqua de veneficio diffametur, vel aliàs suspecta sit, tum accedente unius saltem lamiæ testimonio, comprehendatur, ac in publica conjiciatur vincula. Sed etsi non fuerit diffamata, sed tantùm ab aliis veneficis semel atque iterum socia criminis nominata, itidem in carcerem detruditur. Interim Magistratus de confessione voluntariâ ab ea eliciendâ, amicam primùm & placidam suscipit tractationem, quâ si nihil proficiat, & neque ex inquisitione apud alios de delicto factâ, utrùm nocentes, an verò innocentes isti sint homines, plenè constet; ac propterea nec ad condemnationem, nec ad absolutionem devenire possit, purgationem hanc aquæ

Ottho Meland. in d. tr. crim. advers. sag. process. in specie facti, & resol. quæst. 4.

quæ frigidæ, tanquam inter condemnationem & absolutionem intermediam, ad manus sumit. Et initiò quidem sagas è vinculis exemptas, curruique impositas, per carnificem extra portam, ad profluentem aquam devehi jubet. Ibi decussatim eæ, sinistrâ manu dexteri pedis pollici, & rursùm dexterâ manu sinistri pedis pollici alligatis, in aquas conjiciuntur supinæ, ut faciem ventrémque habeant cœlum versus spectantem, & dorso suo aquæ superficiei incubent. Quæ si tum submergantur, ut innocentes absolvuntur; si verò non subsidant, sed anseris aut anatis more aquis supernatent, eodem adhuc die de gravissimis eculei cruciatibus ipsis subjiciendis agitur. Ac tum quidem comminatione gravis quæstionis factâ, si non confiteantur, duriter torquẽtur, tantisper dum vel pactum sese tantum cum Satana iniisse, vel incantationibus præterea suis hominibus pecudibúsve damnum intulisse, confiteantur. Post unum atque alterum diem, istam si confessionem in judicio repetant, in eáque persistant; ad incendii supplicium damnantur, sicque è medio hominum tolluntur.

Am[illegible] Dn. Pr[illegible] Boccer. in [illegible] suo [illegible] part. & [illegible] recor. c. [illegible] n. 101.

Hic criminalis est adversus sortilegii suspectas personas processus: quem eò prolixius à capite ad calcem recensere nunc lubuit, ut cuivis vel per transennam saltem inspicienti appareat, quam levibus vel nullis planè delicti illius horrendi præexistentibus indiciis, ad hanc aquæ frigidæ probationem, indéque ad torturam, tandemque etiam ad supplicium, quibusdam in locis prosiliat Magistratus.

Ex quibus hactenus dictis, quamvis plures moveri possint quæstiones: An nimirùm judex in ejusmodi causis criminalibus, si quæ anteà non diffamata, ab aliis autem sagis semel atque iterum socia criminis nominata sit; vel si quidem ejusmodi sceleris insimulata, unius saltem veneficæ id comprobet testimonium, à carcere statim incipiendo, justè prudenterque agat? Ejusmodi, inquam, quæstiones, quamvis plures moveri possint; iis tamen omnibus omissis, quid de purgatione hac sagarum per aquam frigidam sit sentiendum, utrùm ea sit legitimum jurique conveniens probandi remedium; vel saltem verisimile aliquod hujus criminis indicium, nec ne? paucis nunc dispiciemus.

Antequam verò id aggrediamur, breviter rationes eorum, qui irrationabilem prorsusque damnandum hunc probandi modum adhuc approbant, perpendamus. Consult. Dn. Boccer. d. l.

Experientiam ipsam attestari ajunt, innatantes in aquis fœminas, de maleficio suo pòst interrogatas, ex propria confessione deprehensas fuisse magas. Quin & compertum esse, sagas ejusmodi colligatis artubus in aquam projectas, non potuisse mergi, nisi admotâ vi caput in aquam deprimeretur: proindeq; strigem eam esse, quæ aquæ imposita emergat, non mergatur. Sed

Sed confessionem per torturam vel metum illius cruciatus extortam, experientiam veritatemque criminis & probationis illius inducere, ipsi planè repugnat rationi. Quis enim nescit, experientiam esse rei alicujus certum & indubium argumentum, ut quæ efficax rerum dicitur magistra: quæstionem contrà tormentosam, rem fragilem & periculosam, quæ veritatem fallit sæpissimè; dum multi eâ sunt impatientiâ, ut quidvis potiùs mentiri, quàm pati tormenta velint, morique potiùs eligant falsum fatendo, quàm inficiando dolere.

c. quam sit, in pr. tit. de Elect. in 6. Vlp. in l. 1. §quæstione. 23. ff. de quæstion. Alb. Gent. ad l. 7. in pr. C. de Malef.

Valeant ergò ii perpetuò, qui tàm lubrico fundamento, solidi firmique quid superstruere conantur; nec temerè ita in posterum affirment, lamias nisi admotâ vi caput in aquam inferatur, mergi non posse. Quàm enim à veritate hoc sit alienum, vel unicum illud satis probat exemplum, quod celebris ille JCtus Gödelmannus suis se vidisse refert oculis. Nam cum anno [illegible]88 ex Borussia in Livoniam proficisceretur, in itinere à nobili quodam prædivite in arcem invitatus, cum eodem illuc contendit. Hic cùm veneficam sequente die, propter enormia delicta, quæ arte sua magica diabolicâque commiserat, jam ad ignem condemnasset, quæsivit; num illam quoque prius in aquam, more solito conjecisset, ut exploraret utrum rea esset: Eo negante, monuit ut id tentaret. (Voluit enim ea ratione inquirere; num ea exploratio per aquam frigidam vera esset, nec ne?) Sed quam primùm venefica à carnifice in aquam gelidam colligatis artubus fuit projecta, imum statim petiit fundum. Is ipse posteà nobilis prædicto scripsit JCto, se cum sex veneficis captivis idem tentasse, at omnes fuisse submersas; inque fine literarum hæc addit: Jam demum se firmiter credere, signum illud falsum, diabolicum & furiosum esse, & Magistratum incautum sæpiùs posse decipere. Ex quibus luce meridianâ clarius patet, quod quemadmodum in aquam submersio non semper innocentem; ita nec super aquam natatus, nocentem semper declaret, etiamsi torturæ cruciatibus extorta accedat confessio.

Tr. de mag. & venef. lib 3. c. 5. n ult.

E judiciis ergò forísque omnibus modum hunc probandi iniquissimum, ineptissimúmque exterminate Magistratus, quicunque beatas cupitis resp. ad ultimos eum relegate Indos, Judices; quicunque nec nocentem absolvere, nec innocentem condemnare, sed suum cuique jus æquâ tribuere lance cogitatis. Quâ in re nec quicquam vos moveat inveteratus, quem nobis hîc objiciunt, multarum gentium ac civitatum usus, & contraria, quâ etiam jus abrogatur consuetudo; cui nec ipse Carolus V. Imperator, in constitutione quadam Imperii, quicquam contra Electorum, Principum & Statuum Imperii privilegia, detractum diminutúmve se velle, expressâ protestationis formulâ testatum

Vide constit. crim. proœm. in fin.

tum reliquit. Quis enim nescit, consuetudines, per quas jura abrogantur, debere esse rationabiles? *Quod enim non ratione introductum, sed errore primùm, deinde consuetudine obtentum est, in aliis similibus obtinet: & consuetudo, quæ ratione caret, frustra allegatur: imò tanquam belluina ferocia & perniciosa corruptela, detestanda fugiendaque est.* De tali autem bonâ ratione introductâ & æquitati consentaneâ consuetudine, in dicta Imperii constitutione exaudiendum Imperatorem Carolum V. vel ipsa illius verba: Wolhergebrachte/ rechtmässige/ vnd billiche Gebräuche / arguunt luculentissimè.

l. 39. ff. de Legib.

c. mala. cum & seqq. dist. 8. Otho Meand. d. tr. crim. adv. sag. process. eccles. quæst. 4. in fin. Bocer. d. l. f. (mihi) 241.

Quod cum ipsi quodammodo animadvertant, hasque suas rationes (si tamen ita appellandæ) leviores multò deprehendant, quàm ut vel veritatem hujus explorationis, vel ullam vim probandi naturalem in aqua frigida probent: eo tamen adhuc omnes ingenii nervos intendunt, ut causam aliquam excogitent; cur (ut ipsi putant) personæ ejusmodi, quæ abjurato Deo & pietate, Diabolo manifestâ stipulatione sese dediderunt, ut ab eo per certa media scire faceréve doceantur, quæ naturæ vires excedunt, emergant, aliæ subsidant; eamque levitati potissimum corporis ipsarum ascribunt.

Verùm quamvis lamiæ ejusmodi, quàm primùm fœdus cum diabolo sanxerunt, exutâ imagine Dei creatoris pulcherrimâ, induant larvam Cacodæmonis monstrosissimam: depositis præstantissimis, quibus exornatæ erant, virtutibus, turpissimis omnium scelerum deformentur sordibus; abjectâ denique divinæ gloriæ luce, squalidis Diabolicæ ἀποστασίας involvantur obscurenturque tenebris, non tamen ipsarum propterea corpus Spiritus ille invadit impurus, illudque naturâ grave, reddit ita leve, ut in aquæ superficie natet, nec unquam mergatur, sed animum tantùm corrumpit, eumque à Deo avertit.

Nam quod ajunt, striges, quamprimùm fœdus illud cum diabolo ineunt, ab ipsoque rebaptizantur, exuere veri hominis proprietatem & conditionem, amittere internam & substantialem hominis formam; novamque assumere priori multò leviorem speciem, cujus partem ipse constituat dæmon: talia similiaque cuivis primò etiam inspicienti, à veritate apparent remotissima. Quis enim aliquando ita extitit absurdus, qui veneficas etiam post ictum cum diabolo fœdus, corpus & animam rationalem, res sc. ipsam hominis constituentes substantiam, retinere unquam negare fuerit ausus? etiamsi quodammodo, vel in totum etiam, qualitates mutet priores. Ut enim frigus & calor in aqua, non tollit ejusdem humanitatem: ita nec hominis vel pietas vel impietas, corporis tollit gravitatem.

Vide plurib. argumenta hoc fidine refutantem. Bocer. d. l. f. (mihi) 238. & seqq.

Quod verò sagæ brevissimo temporis spacio, unâ nocte innume-

ra peragrant milliaria: id non ipsarum levitati, sed dæmonis tribuenda dum potestati; qui non tantùm veneficas, sed & cum illis homines alios Magiæ prorsus ignaros, ad magorum conventus, tantâ ducere exportareque solet velocitate.

Iac. Britan. Rex, in Dæmonolog. sua, lib. 3. c. 6. f. (mihi) 189. V. dissert. polit. de jure Princip. th. 54. liter. A. quæ prima est in jure publico Francof.

Quemadmodum autem causa emersionis in sortilegiis ejusmodi, non corporis ipsorū rectè tribuitur levitati: ita nec ad sacri baptismi eadē referenda contemptum. Hæc enim contumelia in Deū, cujus fœdus violatur, non verò in creaturam inanimatam redundat. Imò si hoc verum; tum non in omnē aquam illa redundaret, sed in sacramentalem solam. Ut proinde ridiculi illi, qui fluminibus & aquis justam hac in parte succensendi tribuunt causam, quasi illæ in sinum ideò suum recipere dedignarentur sagas, quod aquâ sacri baptismatis tàm turiter sint abusæ.

Verum regerat hìc quispiam: si lamiæ ejusmodi, corpore aliis hominibus non sunt leviores: si etiam causa emersionis, non naturali alicui inter veneficas & aquam ascribenda odio; cum tamen compertum sit, multas ad eum modum constrictas personas in aquis supernatasse, easdemque sortilegii posteà deprehensas fuisse reas, quam huic emersioni assignabis rationem? Id nunc exponam breviter. Et quidem cum naturâ ita sit comparatum, ut omnia gravia solidæ substantiæ tendant deorsum, inde fieri omninò puto, quòd sagæ æquè ac homines alii, quamprimùm in aquam conjiciuntur, subsidant, rectâque imum petant fundum. Quod verò eædem etiam nonnunquam emergant, id planè crediderim diaboli fieri potestate; qui ita lamias, quibus omnem operam ad salvandum addixit, in superficie sustinet aquarum, non eo quidem fine, ut reas ipse eas declaret: cum nunquam delectetur justitia, & potiùs innocentiam ipsarum probaret in conspectu hominum. (Mallet enim talem, si in culpa sit, innocentem, & sic in profundum descenderet, quàm ut per justitiam hæc sibi præda eriperetur) sed ut in tali opere, dum fortassis unam perdit animam, quæ ad Deum per pœnitentiam revertitur, spectatores huic rei fidem adhibentes, in superstitione retineat. Innocentes verò, qui castra illius minimè sequuntur, quod non eâdem facilitate artifex ille fraudulentus & subdolus in altum possit sublevare, cúmque iisdem ludum perinde exercere suum, etiam si voluntas illius ad hoc sit promptissima: ejus rei quam quis daret causam aliam, quàm limitatam restrictioremque in hos, quàm in mancipia sua potestatem? quæ à solius Dei dependet nutu, sine cujus consensu permissuque, vix est, ut hostis ille humani generis infensissimus, cuiquam piorum nocere, eorúmve famæ, corpori aut bonis ullum afferre possit incommodum.

Dn. D. Bocer d. tract. de quæst. & tort. c. 3. n. 101. f. (mihi) 257. in fin. d. diss. pol. d. l.

Fuco nunc itaque illo, quo probatio hæc per frigidam colorabatur, & ut

& ut legitimum jurique conveniens remedium defendebatur, remoto; altiùs paulò purgationem hanc consideremus, ubi primo statim aspectu, non tantùm nullâ probabili eam niti vel ratione, vel æquitate, sed insuper omni juri, divino humanóque, eóque tùm Canonico, tùm civili è diametro repugnare, deprehendemus.

Quæ enim exploratio superstitiosa, quæ impia & idololatrica, si non hæc ipsa talis? Hæc illa est, quæ tyrannico animo, diabolicóque instinctu inventa atque excogitata, ad divini numinis, potentiæque ipsius tentationem vergit unicè. Hæc est probatio illa certa, quâ tot absolvendi condemnantur, tot condemnandi absolvuntur. Ut proinde illi, qui huic rei effectum probationis inesse existimant, fidémque adhibent superstitioni: eo ipso & in Deum, quem tentant; & in proximum, quem dictâ ratione lædunt; & in seipsos etiam peccent gravissimè. Deum enim scire occulta desiderant per modum, nec à natura, nec jure permissum, Diabolus accurrit, manusque porrigit adjutrices, ipsique ita ex pacto implicitè cum dæmone habito procedentes, in laqueum illius incidunt miserrimè.

Damhoud. pr crim c. 43.

d. diss. pol. supr. alleg. loc.

Juri etiam Canonico inventiones has Diaboli contrariari, non tantùm exindè, quòd Canonistæ, quando purgationes suas distribuunt in Canonicas; i. e. Pontificum decretis approbatas, & vulgares, sive à vulgo contra leges divinas & humanas, ex mera superstitione instinctu Satanæ introductas; has vulgarium insigniant appellitentque nomine: sed ex aliis etiam juris Canonici textibus manifestissimis, idem arguat quisquam rectissimè: Sic enim Lucius III. Pontifex Rom. cuidam consulenti rescribit Episcopo: *Ex tuarum intelleximus continentia literarum, quòd cum presbyterum (quia infamabatur de homicidio) à sacerdotali officio suspendisses; prædecessoris tui literas tulit in medium, quibus apparuit, eum judicio aquæ frigidæ suam innocentiam purgavisse, & Episcopum suis eum literis absolvisse. Quia verò* PEREGRINA JUDICIA *sunt inhibita, purgationem, quam præstitit, sufficere non putantes: mandamus, quatenus si accusatores idonei non apparuerint, ut cum septima aut quinta manu sui ordinis (sicut expedire cognoveris) per purgationem Canonicam innocentiam suam ostendat, sibi injungas. Quam cum præstiterit, suspensionem sine difficultate relaxes, & eum testimonii boni virum annuncians, ab infamia homicidii, nullius contradictione vel appellatione obstante, absolvas.* Quod si etiam Honorius III. ferri candentis; Stephanus V. aquæ ferventis judicia sustulerunt, quòd in illis Deus tentari videretur, quid prohiberet, quo minùs propter eandem rationem, etiam has explorationes sublatas esse diceremus: præsertim cum nobis hac in parte summa tituli, de Purgatione vulgari, in Decretalibus Gregorii,

Gondelm. tr. de Magis & Venef l. 3. c 5. n. 4.

c ex tuarum s. de Purgat. Canon.

lib. 5. tit. 35. * expressis hisce suffragetur verbis: *Duella & aliæ purgationes vulgares prohibitæ sunt, quia per eas multoties condemnatur absolvendus, & Deus tentari videtur.*

Juris nostri civilis si nunc primùm introeamus sacrarium, ibique diligentius aliquantò Imperatorum excutiamus constitutiones; JCtorum hac de re ponderemus sententias & opiniones: proh, Deum immortalem, quanta tum ex prava hac probandi consuetudine emerget iniquitas, quale omnibus judiciis detegetur monstrum. Prodibit hîc initio Princeps ille sacratissimus Fridericus I. cum sua constitutione, quæ in veteribus Siculorum legibus, hisce concepta extat verbis: † *Leges, quæ à quibusdam simplicibus sunt dictæ* Paribiles, *quæ nec rerum naturam respiciunt, nec veritatem attendunt, nos qui veram legum scientiam perscrutamur, & errores à nostris judiciis separamus; præsentis nostri nominis sanctionis edicto in perpetuum inhibentes, omnibus regni nostri judicibus, ut nullus ipsas leges parib les, quæ absconsa à veritate deberent potius nuncupari, aliquibus fidelibus nostris indicet: sed communibus probationibus sint contenti, tàm antiquis legibus, quàm nostris constitution bus introductis. Eorum etenim sensum non tàm corrigendum duximus, quàm ridendum, qui naturalem candentis ferri calorem tepescere, imò (quod est stultius) frigescere, nullâ justâ causâ superveniente, confidunt: aut qui reum criminis constitutum, ob conscientiam læsam tantùm, asserunt ab aqua elemento non recipi, quem submergi potius aëris competentis retentio non permittit.* Huic suæ constitutioni, ubi superstitiosas hasce probationes adhuc dum hodie observari, Sibyllinisque vaticinationibus, aut Apollinis oraculis veriora credi, Imperator laudatissimus intuebitur, manifestam fieri fraudem, injuriamque etiam sibi exinde inferri gravissimam, altâ clamitabit voce. Hunc excipiet Ludovicus Imper. suamq; etiam constitutionem, quâ consuetudinem hanc detestandam expressè rejecerat, mandaveratque seriò, ut examen illud frigidæ à missis omnibus interdiceretur, ne ulterius fieret, tam somnulenter negligi conquereretur, dolebitque propterea vehementissimè.

† Lindenb. lib. 2. Const. Sicul. tit. 31. Paribiles) i. e. manifestariæ, & per quas veritas patebat Hotom. de FF c. 44. in pr. Gallice: Loys apparoissants. Cujac. ad tit. 1. § si autem controversia l. 1. FF. f. 307. A.

Linden in addit. Ludov. Imper. add 4. tit. 10. Per missos intelligit Imperator commissarios, aut legatos. Gl in c. 1. de immun. eccl. dicit esse vulgare Italicum. Godelm. d. l. n. 22.

Hos sequentur JCti celeberrimi, facultates in Academiis Germaniæ juridicæ omnes, quæ uno concludentore, in criminalibus causis non sufficere obscuras ejusmodi, divinatorias, superstitiosas, imò (ut veriùs dicam) nullas, sed luce inibi meridianâ clariores requiri probationes.

Quibus omnibus si quis jungere etiam nunc velit Theologos, Politicos, Medicos, Philosophósque doctissimos; qui omnes unanimiter furiosum hoc explorationis genus rejiciunt, & superstitiosum illud appellant

Ottho. Meland. d. tr. crim. adv.

pellant inventum, à Satana & credulis ejus auditoribus invectum, ludibrium diaboli, tragœdiæ periculosæ & scandalosæ initium, quis non ipsa veritate convictus, idem hoc cum illis affirmet, concedatque libentissimè?

fag. proc. in resol. quæst. 4. fin. Gondelm. d. l. n. 29.

Sapiens ergò judex, ut Principis politicorum Bodini utar verbis, *ad consequendam veritatem omnes præsumptiones comportaturus est: modò ne id faciat, quod multi judices in Germania solent. Hi enim aut magos alios conquirunt, ut per eos ad saltum cribri rescifcant, an reus sortes exerceat: aut puerulis templum adeuntibus, novos calceos axungiâ suillâ perunctos curant indui; ut Maga inde nequeant egredi, nisi eis visum fuerit, qui pingues calceos ferunt: aut ambos pedes sagæ & manus colligantes eam imponunt aquæ leniter, eamque si saga fuerit, in fundo mergi non posse putant. Hac enim viâ diabolus judicia, quæ sancta oportet servari, commutat in scholam magiæ.*

lib. 4. Dæmonoman. c. 4. in fin. Dn. D. Bocer d. tract. f. 256.

Cum igitur illegitimum planè hoc aquæ frigidæ sit judicium, per torturam quoque subsecuta confessio, nullius erit momenti. Imò etjamsi perseveret in ea confessione saga, & aliarum ejusdem criminis consortium testimoniis fuerit rea delata; nihil hæc ipsi præjudicant, cum nullum delicti illius legitimum præcesserit indicium. Ad torturam enim quod sufficiat, tale esse debet, quod judex suo humano & naturali apprehendere possit judicio, & ex eo mentis suæ sagacitate verisimiliter colligere, illum ipsum criminis auctorem esse, de quo agitur. Qua in re idem mecum statuere video, lumen illud juris nostri Cujacium, quando, *Præsumptiones*, ait, *naturæ convenire oportet, & quæ naturæ non congruunt, prorsus rejici debent.* Quæ verò adest naturalis ratio, quæ vel probabiliter saltem ostendat, magum esse eum, qui aquæ impositus supinus non mergitur? certè nulla. Ut proinde, quemadmodum ipsum hoc judicium omni juri, rationi, veritati & æquitati contrarium: ita quoque nullum ad torturam sufficiens producat indicium, ne eo quidem casu, quando jam ante sufficientia ad torturam præcedunt indicia. Nam quod aiunt; judicem, qui ad magiæ crimen examinandum dijudicandumque considet, posse in supplementũ plenioris & legitimæ probationis, aquæ purgationem sine conscientiæ læsione adhibere, ut ita in sententia magis sua confirmetur, deque veneficii delicto certior reddatur, id dubio haud caret maximo. Quid enim ad ejusmodi media illicita & extraordinaria, quæ non nisi summâ cum superstitione, Deique accerfimus tentatione, recurrere necesse est, quando licitæ, legitimæ & ordinariæ probandi adsunt viæ, indiciaque jam ante ad torturam sufficientia. Certiorem ut reddat hæc exploratio judicem, tantùm abest, ut potiùs dubium anxiumque. Si

d. differt polit. de jure Princip. th. 54. lit. A. Dn. D. Bocer. d. l. f. 255.

ad l. 48. ff. de adquir poss. in suo Papin. f. (mihi) 451. lit. D. & E.

Riekius in defens. aquæ frig. c. 1. n. 18.

enim jam ante signa perpetrati facinoris adsunt manifesta, & magistratus ulterius aquæ frigidæ rem illam committat judicio, reusque subsidat; hic judex de crimine anteà certus, inter sacrum quasi & saxum constitutus, lupúmque tenens auribus, hæsitat ambigitque, reusné absolvendus an condemnandus? Sin emergat accusatus, nec tum quidem magis quàm anteà confirmatur, cum patrem mendacii Diabolum hîc consuluerit, istiusq; imploraverit auxilium; qui æquè probos, ac improbos, permittente Deo, in altum sublevare, eosque quocunq; locorum, brevi aliquo temporis transferre potest spatio.

Rectissimè ergò prudentissiméque ii agunt judices, qui planè superstitiosas ejusmodi, è foris curiisque rejiciunt purgationes, maluntq; absolvere de crimine plenè non convictum, quàm hac ratione comdemnare innocentem.

Sed hactenùs satis de ritu probandi delicta per aquam frigidam. Erat ex quorundam opinione, præter hunc & alius, libros legitimos à spuriis, per eandem aquam frigidam, dignoscendi modus. De quo Julianus Cæsar in epistola ad Maximum, his verbis: *Certè Celtis injuriam nullam facit Rhenus; qui spurios infanteis undis abripit, tamquam impuri lecti vindex. Quos autem ex puro semine ortos agnovit, hos in summa aqua suspendit, matriq; trementi manibus reddit; & quasi verum incorruptumq; casti & laudabilis conjugii testimonium, servato infante persolvit.* Cui & alii subscribunt auctores, ut Nazianzenus hoc versu:

Philippus Cluverius lib. 1 Germ. antiq. c. 21. f. (mihi) 184 & seq.

Κελτοὶ μὲν κρίνουσι γόνον Ῥήνοιο ῥεέθροις.
Celtæ quidem explorant prolem Rheni fluentis.

Et Epigramma quoddam Græcum, ita Latinè redditum:

Animosi Celtæ, flumine zelum habente Rheno
Natos explorant: & non prius sunt parentes,
Quàm viderint puerum ablutum flumine venerando.
Statim enim ubi matris lubricè excidens per sinum
Infans primùm profundit lacrymas, illum attollens,
Ipse scuto imposuit novum puerum; neq; curas.
Nondum enim genitoris fert animum, antequam intuetur
Iudicatum fluentis lectum reprehendentis fluvii.
Illa verò à partu dolores post dolores habens
Mater; quamvis etiam pueri verum novit patrem,
Excipit trepidans, quidnam machinetur instabilis unda.

Cum quo consentit illud Claudiani:

Inde truces flavo comitantur vertice Galli;
Quos Rhodanus velox, Araris quos tardior ambit;

Et quos nascenteis explorat gurgite Rhenus;
Quosq; rigat retrò pernicior unda Garumnæ.

Sic Nonnus: (ubi vid. Falkenburgium) lib. 23.

Rhenus Iberus (Goropius, Eyferer / Germanicum substituit) *contra infantes armatur: sed ut judex;*
Et occultum partum discernens generationis,
Occidit peregrinas proleis.

Idem alibi:

Barbaras legeis ferentem judico beatam terram Celtarum:
Vbi recens natorum infantium purum partum docens
Rhenus, inceret judex partus,
Sanguinis ignoti adulterinum genus novit arguere.

Ad eundem ferè modum Theolophylactus quodam loco: *Celticus quoq; amnis inter genuinum & spurium, interque virtutem ac improbitatem verissimus est judex.* Et Eustathius in Dionysium Alexandrinum. *Hic autem Celticus est Rhenus, qui dicitur fœtus spurios à legitimis discernere. Nam legitimos sustinet; spurios verò in aqua fundum submergit.*

Tot támque gravissimi hac de re cùm testentur auctores, omni meritò carere dubio videbatur, prædictis Celtis sive Gallis, & universis Rheni ripæ accolis, modum hunc filios legitimos à spuriis discernendi, fuisse usitatissimum. Verùm ut ex aliis fide dignissimis facilè largimur auctoribus, prædictos populos infantes primùm editos, & ab utero adhuc calentes, ad flumen detulisse, ibique ceu ferrum candens, frigidis eos immersisse undis: ita propterea id factum: ut flumen sobolem legitimam ab illegitima distingueret, & non potiùs ut de naturæ vigore periculum facerent, simulque corpora infantum roberarent, vix est ut nobis persuadeamus. Et quamvis quidem Julianus, à quo tanquam primo auctore, reliquos id habuisse omnes, qui lecta magis quàm comperta prodiderunt, dubitandum non est, id ipsum affirmet: ipsum tamen, licèt in Gallia, & apud ipsam Rheni ripam egerit, hanc explorandæ genuinæ prolis causam conjecisse magis, quàm comperisse, nec experiundo, sed fando tantùm id accepisse, ipse in libro de rebus à Constantino gestis, disertis hisce testatur verbis: *Gallis quoque ajunt flumen contingere prolis incorruptum judicem, quem non flectunt, neque matres lamentantes, uti peccatum occultet; neque patres, uxoribus ac progeniei judicium metuentes. Verax autem est ac minimè fallax.* Quod verò Epigramma ait, scuto eos prolem impositam flumini commisisse; quod

Cluverius d 1 f 183. 184. & 2. seqq.

quod de ablutione & induratione corporis intelligi minimè potest, id poëtis condonandum, qui veris etiam rebus, falsa nonnunquam immiscent affingúntque:

Quidlibet audendi his semper fuit æqua potestas;

canit Lyricus, Poëta & ipse haud vulgaris.

Sed concedemus, veteres hac ratione spurios ab aliis dignovisse, quæ quæso ratio est, quæ veritatem hujus probationis arguat; curque unda magis illos quàm hos absorbeat, magisque hos quàm illos in summa aqua sustineat. Ut, proinde si dicamus, morem consuetudinémque hanc, apud Celtas Gallosque aliquando viguisse, irrationabilem eam ipsa coarguat veritas. Valeant ergò superstitiosæ ejusmodi probationes, nec animos mentesque verè Christianorum, ullo unquam contaminent tempore.

CAP. VI.

De Legibus: ubi inprimis pro Jurisprudentia propugnatur; ac num præstet jure certo, quàm Manu Regiâ Rempublicam administrari? disquirit.

AD duo præcipuè capita, Jurisprudentiæ munia referri posse videntur: quorum unum præsupponit Legum justarum, & Reipublicæ accommodatarum memorem cognitionem; alterum verò Legum earundem explicationem & facto variis circumstantiis variato æquam ac harmonicam profitetur applicationem. Utroque sanè nomine Jurisprudentia necessaria est, utroque utilis maximè, & omni ideoque laude dignissima existit. Patescit legum necessitas ex eo, quòd seculis ferè cunctis, jure certo Imperia gubernata fuerunt: quòd Deus ipse, in suâ Politicâ, voluerit extare Leges sollicitè satis scriptas; ad easque judicia alligârit. Quodque idem in Rep. Ecclesiastica canonem esse voluit, S.S. scilicet scripturam. Bellarmin. *1. d. verbo Dei. c. ad fin.*

E leg. Lehman. lib. 5. c. 59.

Quin & gentes efferæ atque immansuetæ, quæque quas leges deceat habere, ignorârunt; eas tamen habendas esse, cognoverunt, ma-

magiſque voluerunt malis, quàm nullis legibus uti: undè Perſarum, Ægyptiorum, & ipſorum pariter Græcorum atque Romanorum, impiæ, abſurdæ, & ridiculæ etiam leges, paſſim adnotatæ inveniuntur.

Caſpar Schifordegker, lib. 1. tract. ult. quæſt. 1. à princ.

2. Ac licet populos olim, ſine Legibus ullis, ſolo Principis arbitrio gubernari ſolitos fuiſſe, referat Juſtinus, *lib. 1. hiſtor.* Attamen exindè aliud nil concludi poteſt, quàm in infantiâ illâ mundi, ſalutare, & neceſſarium hocce medium, quoſdam latuiſſe: & reſpublicas tum temporis abſque eo conſiſtere potuiſſe; quia ſinguli Reges, ſingulis civitatibus imperitârunt; ferè ut patresfamiliâs domeſticis ſuis. Mox etiam unanimi gentium conſenſu, legibus latis, jureque certo, uti cœptum fuit. ***argument. l. 2. in princip. ff. de orig. Iur.*** Quódque Ioſephus, & alii item, Legum originem non ita faciunt antiquam; hocque ex eo probare annituntur, quòd vocabulum Νόμος (quo Lex à Græcis denotatur) apud Orpheum, Muſæum, & quoque ipſum Homerum, haut reperitur: id certè erratum magnum eſt. Etenim Themiſtas legimus in Heſiodo, atque etiam Homero, & utriſque nota fuit Eunomia DEA, ab eodem themate quo Νόμος: dubiumque perimit omne; quod ſcribit in Hymno ad tellurem matrem Homerus;

Ioh Selden, in Iano Anglor lib. 1. fol. m. 16.

Αὐτοὶ δ' εὐνομίῃσι πόλιν κατὰ καλλιγύναικα
Κοιρανέουσ'.

Ipſi autem bonis legibus, per urbem habentem pulchras mulieres Dominantur.

Nec ſolùm vulgò Cereri adſcribitur inventio Legum: vel Ovidio teſte, *lib. 1. Metamorph.*

Prima dedit Leges, Cereris ſunt omnia munus.

Indéque ea, Legiferæ cognomine à Vergilio *lib. 4. AEneid.* inſignitur. Sed & omni exceptione major, Magnus Plato, ſcriptum reliquit; Talum (cui unâ cum Rhadamanto Iovis filio, adminiſtratio Creticæ reipublicæ, à Minoe Rege, commiſſa fuit) ter quotannis per inſulam univerſam, ſecundum Leges æri inſculptas, judicia exercuiſſe. Quod ſanè diù ante ætatem Homeri factum fuit.

Polydor. Vergil. de Inventor. rerum libr. 2 cap. 1.

2. Neque porrò Iuſtinianus tantùm, alicubi diſertè ſcribit, longè rectiùs, multóque utiliùs eſſe; ſi lites non hominum voluntate, ſed legitimâ auctoritate dirimantur. Verùm & omnium pariter Philoſophorum, Politicorum, atque etiam Iureconſultorum ſcitu nobilius, melius, certiúsque habetur, Jus ſcriptum, Jure non ſcripto, ſeu moribus introducto; ***Cornel. Benincas. ad tit. extr. de Conſtitut. quæſt. 2. & 3.*** & adhuc magis, illâ neſcio quâ imaginariâ æquitate: multóque commodius reputatur, pœnarum ſanctiones, Legibus ſcriptis, quàm nudo Judicis arbitrio teneri; præſtaréque videtur, ab optimâ Lege,

quàm regiâ manu, ab optimo licet Principe, respublicas administrari. Utut dissentiat prudentissimus Thomas Morus; & eidem patriâ, non ingenio compar, Ioh. Casus: *Sphær. civitat. lib. 3. cap. 11.* Quorum argumenta operosè refutant Ioh. Gerhard. *locor. Theolog. tom. 6. tit. d. Magistrat. n. 215. & seq.* Bellarminus *d. Laicu. c. 10* Claudius de Carnin. *in oppugnat. Turris Babel. part. 1. cap. 5.* Ernest. Cothman. *ad tit. C. d. Legib. numer. 179. &c.* Henricus Scotanus, *disp ex Cod. lib. 1. thes. 12. & seqq.* Herman. Kirchner. *disput. Polit. 19 thes. ult.* Hœnonius, *disp. Polit. 1. thes. 30. in fundament.* Andr. Gerhard. *disp. ad Inst. 1. th. 1.* Ægid. Strauchius, *q. Ethicar. cent. 2. dec. 5. in proœm. & q. 1.* Lex equidem sine Magistratu, in republicâ consistere nequit; nec tamen Magistratus esse debet sine Lege. Expedit Legem Magistratui præesse partim ut normam, secundum quam Imperium suum conformare queat; partim ut frenum, quo affectus ipsius coërceantur. Magistratus vicissim Legi præesse debet, partim ut principium efficiens, partim ut custos & executor, qui Legem ex arte æqui prudenter interpretetur, ejusque in specialibus casibus quibusdam, congruenter suppleat defectus. Normâ opus habet Architectus; lineâ is indiget & libellâ, ad quas respiciat in ædificii extructione: normæ officium in republicâ sustinent Leges, communi Civitatis consensu definitæ. *l. 1. ibi. communis reipublicæ sponsio. ff. d. Legibus.* Omnia sunt incerta, quando à jure discessum est; ut Cicero ait, *lib. 9 epist. famil. ad Pætum.* Leges ideò salubriter, necessarióque inventæ sunt, quæ cum omnibus unâ eâdemque voce loquerentur; quod idem scribit 2. *Officior* De unâ eâdemque re, optimi etiam, non idem; & unus, idemque de eodem, non omni tempore eadem sentit. Lex ergò declaratio est voluntatis, ut subditi regulam habeant certam, secundum quam vivant. Hæc sanè si desit, nulli exploratum esse potest, quid suum sit, quod alienum; nil est quod æquabile, unum, & idem omnibus esse queat. Nil pernitiosum magis, magisque subditis grave est, quàm dubio incertóve jure uti: Jus que finitum esse potest, & debet. *l. 2. ff. d. Iur. & facti Ignorant.* Imperium Regû, quod arbitrarium est, necessariò etiam, varium & turbulentum erit: Lex autem est mens sine cupiditate.

Vid Christoph. Lehman, lib. 5. Chron c 59

Ego in Templo Iustit. num. 4.

Mantuan. 1. Sylvar.

Dißipat omne bonum, sine Lege licentia Regum,
Ut Boreas frondes glacialis & hordea grando.

Hocque intuitu Opil. Marinus statuit omnia rescripta veterum Principum tollere; ut jure (cu legibus generalibus) ut rescriptis (ex Principum plcito originem habentibus) ageretur. Capitol. *s. tt. t.* Quæso quotusquisque invenitur, qui Iustitiam veram & germanam, in animo suo sitam, ac velut ex præviâ quâdam meditatione, ita recondi-

tam

tam habet; ut aut pecuniâ non corrumpatur, aut amicis non gratificetur, aut etiam inimicos non ulciscatur, aut alienam potentiam non reformidet, aut quoque affectibus inscius non abripiatur? Ut ita jus dicere ritè, judiciaque liberè exercere, nisi ex regulâ juris scripti, vix quispiam possit, vel ausit; aut si possit, velit. De solo Moyse scriptum reliquit Iosephus, *lib. 4. antiquit. ad fin.* eum semper affectus ita in potestate habuisse, ut omninò illis carere videretur; & nomina tantùm eorum, ex his quæ in aliis hominibus conspiceret, cognita haberet. Pariter indè etiam scriptæ Leges si observentur in controversiis dirimendis sontibusque puniendis; id Judices tutos, munitosque præstat, adversus sugillationes, & querelas, omniumque calumnias omnes. Et tandem, faciliùs multò reperiri queunt pauci sapientes, à quibus Leges condantur rectè; quàm Judices sive Magistratus multi, prudentiâ, probitateque sufficienti dotati, ad imperandum ex arbitrio Legibus haut informato. Accuratiori & maturâ magis deliberatione, Leges condi possunt; quàm in singularibus factis (ubi subitò Judicium ferendum, ubi non semper omnia occurrunt) cuncta quæ necessaria sunt, excogitari queunt. Nempè in his qui Leges condunt, levius periculum est, minor suspicio affectus pravi; cùm quippè statuant generatim, & pro tempore futuro: in casu è contrà particulari, concernente personas notas & præsentes, sinistra quædam affectio, facillimè excitari potest. Sit itaque in republicâ omni, certa & inflexibilis Lex, imitans rationem providentiæ Divinæ.

Plato de Legib. 9.

4. Apagè Principum liberrima in omnibus arbitrata: ominosa est ratio gubernandi, ubi Magnates suo ex sensu, sua per rescripta, sua per placita & decreta, disponere cuncta; imò potiùs omnia turbare: absolutam potestatem (quæ salvâ conscientiâ, tantùm in casu summæ vel necessitatis, vel æquitatis usurpari potest, *ego in tr. d. Majest. in genere. c. 8. n. 12. &c.*) ubique prætendere, & semper ingeminare solent; eoque Babylonis confusionem satagunt latiùs propagare. Vrgent equidem Aulici adulatores (quibus Juris Legumque nomen exosum est) ut Principes quæ velint, posse videantur. *ego d. loc.* Et sic Tarquinio expulso, adulescentes aliquot Romani conqueruntur; Regem hominem esse, à quo impetres; esse gratiæ locum, esse beneficio, & irasci & ignoscere posse, inter amicum & inimicum discrimen nosse. Leges verò rem surdam, & inexorabilem esse, salubriorem, melioremque inopi quàm potenti; nihil laxamenti nec veniæ habere, si modum excesseris; periculosum esse in tot humanis erroribus, solâ innocentiâ vivere. Verùm ad ejusmodi adulatorum voces, aures rectæ rationis obturatas habebat, eoque nomine, meritò à Capitolino laudatur Imperator

Tyrannus est, qui civibus imperat ex propria sententiâ. Boccalini. cent. 1. ragguagl. 19.

Livius. l. 2.

Marcell Lyclama, lib. 7. Membranar. Eclog. 12. fol. 181. Ego, in tr. d. Appellat. cap. 1. n. 9.

Macrinus, qui in jure non incallidus fuit, statuitque omnia rescripta veterum Principum tollere: ut jure, non rescriptis ageretur. Jus nempè, Justitiâ rigidâ passim procedit, & inexorabile est; Rescripta autem facillimè pretio, precibus, callidisque machinationibus aliis impetrari queunt. Vicissim, impia & tyrannica sententia Caligulæ fuit, de quo fertur; eum de Jureconsultis (quasi scientiæ eorum omnem usum aboliturum) sæpè jactavisse, se effecturum, ne quid respondere possent præter eum. *Sueton. in vita. cap. 34. ubi Casaubon.* hoc est, priusquàm ad decisionem uniuscujusque facti, rescriptum suũ impetrassent; eumque quasi quoddam oraculum divinum consuluissent. Ast quid indè mali fuerit subsequutum, Tacitus memorat, *lib. 11. Annal. a princ.* ubi ita scribit: Cuncta Legum & Magistratuum munia in se trahens Princeps, materiam patefecerat prædandi. Quod quid fiet, non sanè opus est, ut explicetur iis, quibus lis vel negotium fuit in aulis. Ad talemque miseriam Provinciæ rediguntur, quorum Principes conqueri solent; suis se Jureconsultis in republicâ tanquam mutam personam esse, ac velut in alienâ tutelâ constitutos, ad aliorum præscriptum decernere cogi. Hancque confusionem moliri videntur in Germaniâ Aulico-Politici nonnulli, Imperium qui Romanum in plures monarchias discerpere moliuntur, & cuilibet Statui assignant planè liberam potestatem, in sua ditione; majorem multò quàm habet Imperator in universum.

Joh. Garsias Gallecus tr. d. Expens & meliorat. cap. 1. num. 27. &c.

5. Porrò autem non sufficit Leges esse latas, sed necessarium est & alterum Jurisprudentiæ nostræ munus; Interpretatio nempè Legum, ex boni & æqui arte, & quâ carere nequimus, disputatio fori. Hicque certè prudentia summa, probitas & religio summa, rerumque variarum cognitio exacta requiri videntur. Non etenim æquitas in omni genere caussarum arripienda; non Leges subvertendæ, non reipublicæ instituta temerè sub specie æquitatis conculcanda sunt: quin imò æquitas captiosè arrepta, pestilentissimum virus, & vitis de re ac vita civium agenti dira lues est. Pessimè uteris æquitate, nisi vel ea sit scripta, vel nisi eam deducas à Jure æquo, alibi scripto. Nulla æquitas est, quantumvis naturalis, quæ non reperiatur vel particulariter scripta, vel generaliter admissa, vel ex jure alicubi scripto opportunè deducta. Captiosa æquitas, virus pernitiosum est, ac nisi ab hac sibi caverint Judices cordati, nil vel certum vel perpetuum erit in jure; & confusio major est futura, quàm si republica legibus omnibus esset destituta: quibuslibet nempè detorquentibus caussarũ statum, ad imaginariam, temerariámque æquitatem; aut, ut rectiùs dicam, manifestam iniquitatem. Hancque Judicum injuriam, ut effugerent Allobroges, Regno Galliæ

Galliæ addicti, à Rege Francisco I. supplices postulârunt, ne Iudicibus & Senatui apud ipsos creato, liceret ex æquo & bono judicare: innuẽtes scilicet haud obscurè, cupere eos; ne cui Judici fas fiet, Juris auctoritatem, vímq; legum constituendarum, temerè evertere, sub specie æquitatis: quâ se occultare queunt depravati affectus. Ut & vulgò dici solet; in quæstionibus de æquo & bono, pernitiosos contingere errores. Ac ita arte Juri pariter scriptâ, certâ perpetuâque, in ipsâ itidem Legum explicatione, atque adplicatione, opus esse, facilè constare potest. Interim detestor Leguleitatem, & manibus ambabus amplector æquitatem Sulpitianam. Cujus admirabilem, incredibilem, ac pænè divinam in legibus interpretandis, & ex æquitatis norma explicandis, scientiam; passim Cicero commendat, ac ex eo repetiit Joh. Brantius, *in elog. Ciceron. fol. 115.*

CAP. VII.

De Legislatoriâ arte, ac ratione legum ferendarum.

QUæ in legibus ferendis sint observanda, satis edocet Laurentius Grimalius, *tractat. de Optim. Senatore. fol. m.* 198. Quidque requiratur ad legem justam, monet Bellarmin. *lib.* 4. *de Pontif. c.* 15. ac etiam de legibus latè Dn. Johann. Gerhardi, *loc. de Magistrat. num.* 215. *& seqq.* Meisner. *tractat. de legib. sing.* & Generosus Steno Bielke. *disputat. de leg b. quam Præside Dn. D. Thom à Lansio hîc egregiè in illustri Collegio defendit.* Lehman. 5. *cap.* 60. Piccolomin. *in Philosoph moral. grad.* 10. *cap.* 23. Reinkingk. *lib.* 2. *class.* 2. *per tot.* Leges autem eo loqui debẽt sermonis genere, ut ab omnibus intelligantur: ambagibus circumcisis, indicantes liquidè, quid jubeant fieri, vel vetent. Apagè obscuras & ambiguas illas leges: Leges, quæ Eridis pomum in Rempublicam projiciunt; quibus occasio datur, ut forenses Cerberi, locutulei furfures, pecuniam simplici plebeculæ, crumenimulgis fabricis eliquent, & litium strophas inextricabiles fingant, refingant. Johann. Gerhardi, *decad.* 5. *quæst.* 9. Leges debent esse claræ. Borell. *de Magistrat.* 2. *cap.* 5. simplices, Meier. *in syllog. section.* 3. *cap.* 6. breves, & cuilibet notæ. Parth en. Litigios. 1. *cap.* 7. *num.* 21. *&c.* Boccalin. 1. *ragguagl.* 72. Johann. von Elßwich *disputat. polit.* 10. *thes.* 21. Botero. *d. detti, fol. m.* 20. undè non publicatæ non ligant. Cævallos *tom.* 4. *quæst.* 903. Carnin. *in Turri Babylon. cap.* 3. Camill. Borell. *d. Magistrat.* 2. *cap.* 11. *& seq. ubi quid ad publicationem*

cationem & perfectionem legum requiratur. Quin & Cardanus, *tract. de util. ex advers. capiend. fol. 994* putat, utile esse, ut quotannis leges publicentur: quod & multis in locis fieri solet. Hocque fine majoribus olim nostris leges dedit Tuyscon, Rhytmis alligatas, ut memoriæ eò faciliùs infigerentur. Spangenberg. In der Manßfeldischen Chronick, *cap.* 5. Sic & Romæ, pueri Legem XII. Tabularum ediscebant, ut necessarium carmen. Non item debent esse eloquentes, sed præceptivæ: ideò etiam S. S. Scriptura est talis. Lactantius 3. *cap.* 1. De Zeleuco, memorat Strabo: illum Thuriis paucas olim & simplices dedisse leges; sed secutos, alias per subtilitatem, & nimiam curam addidisse: ex quo factum sit, ut celebres magis, quàm boni redderentur. Additque dogma quantivis pretii: Bonis enim uti legibus; non qui omnes iis Sycophantias, aut calumnias cavent, & excludunt, sed qui simpliciter latis firmiter inhærent. Oraculum est, Oraculum! Non multæ leges bonos mores, bonũ jus faciunt: sed pauca fideliter servatæ. Multitudo legum magis intricat, quàm extricat causas. vid. omninò Montaigne. *lib. ult. cap. ult. fol.* 1074. *&c.* Legum copia, justitiæ inopia. Leges item debent ad bonum commune respectum habere, ita ut non partialitatis nomine possint accusari. Borell. 2. *cap.* 7. Legum etiam rationem subjecti scire: Tertull. *apolog. cap. 4. fin. in fol. 20* pariterque populo gratæ esse debent. Campanella, *de Monarch. Hispanic. cap. 11. à princ.* Pro arcana etiam Politico venditatur, ut in uno Regno æquale sit pondus, & una Lex. Cominæus, *lib. 6. cap. 6. fol. 532.*

II. Provinciis tamen & municipiis, cùm Leges figuntur, & jus dicitur; idioma illud est usurpandum, quod habet Princeps & populus imperitans, non quod subditis est commune: Benincas. *ad tit. ext. de Constitut. quæst.* 10. quâ ratione, vulgarem reddiderunt Romani suam linguam, in toto orbe. Lipsius, *de rectâ pronunciat. cap.* 3. Rhenanus, *fol.* 110. *& seq.* Arumæ. *disputat. ad ll. 21. thes.* 8. Possunt tamen esse Provinciæ alteri subditæ, quæ suas habeant leges. Undè quæritur: Si urbs vel regio veniat in alterius ditionem, an statim jus & leges suas amisisse censeatur, & ita porrò legibus superioris uti cogatur? Novell. 21. *d. Armeniis.* vid. Schultes. *pract. quæstion. penult.* Schrader. *consil. 3. num. 30. & seq.* Peregrin., *decis.* 1. Fr. d. Clapperiis, *caus. 1. quæst. unic. pag.* 4. distinguit inter unionem principaliter, & accessoriè factam.

III. Non autem dubitabile est, quin leges civiles ad naturam populi, & ad Rempublicam debeant accommodari; non ad leges Respublica. 3. *polit. 7. in fin. & 4. cap. 1. ad fin.* Zepper. *de legib. Mosaic. fol.* 82. Quia Respublica est ante leges, & eæ ad conservationem, non ad constitutionem Reipublicæ spectant: sunt namque gubernationis Instrumenta,

menta. Hæcque est ratio, quod Regiæ olim leges, cum Regibus Româ exactæ. *l.2. §.3. de origin. jur.* Ex legibus cognoscimus mores, & leges eosdem formant. Pasquier, 4. *des recherch. cap.1. à princip.* Hincque dicunt; aliam esse justitiam absolutè, aliam ad civitatis relatam statum. Bacchov. *ad Treutler.1. fol.5.* Hincque itidem deduco, Romani Jurisprudentiam, non per omnia legum vicem supplere; sed artem solummodò juris docere posse: nec etiam aliter nos ligat. Rittershus. *ad* Novell. *in proœm. cap.7.* Cùm nunc aliâ Reipublicæ formâ utamur. Indè tàm varia sunt statuta locorum, vid. Christian. Lehman. In der Speyr: Chronick. 5. *cap.59.* Ipsæ ergò leges Justinianæ, politico sunt dijudicandæ judicio, & cognoscenda principia, eaque prima, quibus subnixi veteres Nomothetæ de jure responderunt; activæ Philosophiæ scientissimi. Et sic ex ipsissimis Politicæ & Jurisprudentiæ principiis, legum rationabile deducendum est. Cicero. 1. *d. legib.* Juris disciplina, non ex Edictis Prætorum, non ex XII. Tab. sed ex ipsâ hominum naturâ hauriri debet; qui aliter jus tradunt, litigandi, non juris vias tradunt.

IV. De Veteribus legibus Germanorum, & quando jus Romanum introductum, vid. Lehman. 2 *cap.27.* Heigium. *part.1. quæstion.7. & 8.* De jure Francico, consule Pasquier, *epistol. lib.9. à princ.* Isaac. Pontan. *6. Origin. Francic. cap.17.* Hisce Legibus Germania olim florere visa fuit. Et Islandis, jus vetus, illorumque naturæ accommodum, ademptum ac novum (Romano consimile) obtrusum esse, conqueritur Angrim. Jonas. *lib.3. de Island. cap.2. fol.111. &c.* Et hinc omnes Provincias jure Romano regendas esse, dictu absurdum videtur: atque Regna septentrionalia, jus suum certum & æquum, ipsorumque moribus & statui accommodum, jam ante multa secula habuerunt. Quod in Suetiâ, tempore Birgeri 3. & Magni, Regum. *Ann. 200. &c.* attestante Joh. Magno, fuit emendatum, & nuper Messenij curâ recusum. Idem de aliis Nationibus dicere quimus: quarum leges uno volumine Lindenbrogius, & etiam Dn. Goldastus ediderunt. Jus tamen Romanum, quatenùs continet artem æqui & boni; seu modum leges quascunque rectè interpretandi, applicandique, utiliter à cujuscunque Nationis homine disci potest.

V. Ex hoc porrò apparet: debere considerare Legislatorem in dandis Legibus, quod non det optimam legem simpliciter, sed optimam illi Politiæ, quam informat. Populus etenim imperfectus & vitiosus non poterit legem perfectissimam tolerare. Nec inde vocari malas leges propter hoc, sed convenientissimas: quia conveniunt fini & statui politico. Ventura, Vincentius, *in consil. super controvers. Venetâ num. 33. &c.* Sic Concubinatum jure civili extra pœnam & infamiam fuisse

iis,

iis, qui Uxores non habeant, ad evitanda majora mala. Wesenbec. ait. *in paratitl. ff. de concubin. num. 2.* Sic propter duritiem cordis Judæorum, Moses illis permisit repudii libellum, Matth. *cap. 19. vers. 8.* Cogitur quædam vitia ferre Legislator. Sic ebrietatem noluit Germanis prohibere Carolus V. Chytræ. *Chron. fol. m. 510.* Sic Romæ Meretrices non rectè exigebantur, ut ulicubi refert Thuanus. Exindè apparet, necessariò constitui differentiam inter forum fori, & forum poli: contra Winckler. *5. cap. 14.* quia scilicet interdum connivet Legislator, & quia etiam ea, quæ coram mundo justa, aliam requirunt perfectionem, si modo velimus, ut ea placeāt Deo. Nam debet justitia Christiana, superabundantior esse justitia Pharisæorum, ac item multa licent, quæ non sunt honesta. Sed & hoc addo: legum imprudentissimè latarum indicium esse, si vel eæ servari non possunt, vel mox abrogentur. Exindeque collige, Rempublicam pessimè administrari.

VI. Et hæc eadem est causa, quòd licèt Mosaica lex meritò stupenda vocetur à Riccio, *3. agricultur. fol. 94.* attamē Politicis, seu judicialibus Mosaicis Legibus (nisi quatenùs ratione naturali, seu lege morali nituntur) non obligantur Respublicę Christianæ: propriatim nempè, quia Rempublicam spectabant judaicam, & ad illam erant accommodatæ, earumque abrogationis manifestum est testimonium, destructio Politiæ & Templi. *ad Hebræ. 7. v. 12.* Zepper. *tractat. de legib. Mosaicis.* Riccius, *1. de agricultur ad fin. & lib. 2. item. lib. 3. fol. 92.* latissimè item de lege Mosaicâ agit R. P. Becanus, *in analog. cap. 5. per tot. & in Theol. Scholast. tit. de legib. cap. 4. per tot.* Joh. Piscator. *in Exod. à pr.* Ludovic. Molina, *de justit. & jur. tom. 6. disp. 50. & multis seqq.* & hàc de quæstione tractant quoque Johann. Gerhard. *decad. 1. thes. 7.* & idem, *locor. Theologic. tom. 3. fol. 356.* pluribus Althusius, *polit. cap. 21.* Andr. Gerhard. *disputat. Inst. 1. thes. 2.* Balduin. *disputat. d. hæret. thes. 111.* Ego, *ad tit. de justit. & jur. in præcognit. quæst. 18.* & post multos alios, quos enumerat Hoennon. *disputat. polit. 1. thes. 18* Nam tùm Sceptrum è Judâ ablatum fuit, cùm Politia illa Regia Sacerdotalis cessavit. Cunæus, *de Republ. judæ. 1. cap. 8. & 9.* Quamvis Lex Mosaica suo modo, id est, quo ad mysticum sensum immutabilis existat, Riccius, *4 agric. in Cabalist. proposit. fol. m. 120.* Et certè per Ceremonialem legem, ab aliis Populis Judæi discriminabantur: Riccius, *in præcept. Mosaic. negantib. num. 63.* licèt absque eà nonnulli fuerint salvi facti. Et habuit aliquam imperfectionem Mosaica Lex: non legislatoris, sed intuitu populi, cui ea data fuit. Et ideò apud Ezechielem habetur: Dedi Israëli præcepta non bona adde Clement. *in recognit. fol. 13.* Probè hîc est notandum, quod una eademque lex in legislatione Mosis, ex parte judicialis, & ex parte mo-

ralis

ralis esse potest, ut *jam suprà, de furtorum, & adulterii determinatâ pœna*, dixi; quæ est judicialis: cùm tamen prohibitio horum delictorum, descendat ex lege Naturæ, seu morali.

VII. Quamvis autem non sequendos esse putem eos, qui (ut refert Jan. Selden, *in Iano Anglor. fol.* 38.) Legibus Mosaicis contenti vixerunt: sed tamen Politia Mosis, omnium optima; leges ab eo latæ sanctissimæ sunt. Cunæus. 1. *de Republic. judaor. cap.* 1. Et ut fatear, quod est verum, non benè fit, quòd leges Mosaicæ multæ, etiam morales, & ex naturà descendentes, non sunt in usu. Nempè jus talionis, in damno corpori alterius illato locum habere deberet. vid. *supr. cap.* 4. stuprator necessariò ducere deberet violatam. Zepper. *fol.* 67. Cypræ. *de sponsalib. cap.* 10. § 10. *num. penult.* Quod & olim in Galliâ fuisse receptum, Paponius notat, *lib.* 22. *tit. arrest.* 7. Sic contra Mosaicam legislationem, mendicare permittimus proximos nostros, cadavera suspensa ferimus &c.

CAP. VIII.

Vindicias Jurisprudentiæ complectens.

QUamplurima sunt, quæ Jurisprudentiæ nostræ Romanæ, non à vulgi solùm fece, ignarisque rerum objiciuntur; sed multi experientiâ prudenti qui præpollent, glòriam dignitatémque ejus violant confitenter. Constans doctorum hominum monumentis fama est, ut ex uno jure civili Romano posthac judicia fierent, lege primùm sanxisse Lotharium Saxonem Imperatorem. Ante hoc tempus, Italos ipsos, Longobardicâ alios, alios Salicâ, alios Romanâ lege usos fuisse: tum porrò omnes uni juri, unique legi, reliquis abrogatis obtemperâsse; jusque civile, publicis Italiæ in Gymnasiis, majore studio celebrari, & diligentiori coli operâ, cœptum fuisse. Exindè in Galliam, Hispaniam, Germaniam, ejus ad id ævi expertes, pervenisse. Primùm Bononiæ Irnerium exponere cœpisse; primúmque glossas, ut vocavit, in illud scripsisse, *Sigon. de Regn. Ital. libr.* 11. *Philippus Melancht. libr.* 4. *Chron. fol. m.* 437. *Lecheman. libr.* 5. *cap.* 46.

II. Hoc commodè num, ac cum utilitate Reipubl. fuerit factum? dubitant non pauci: & dubitare Lipsius, vir nostri seculi prudentissimus audet, qui in Monit. Polit. *libr.* 2. *cap.* 10. *fol. m.* 142. Romanas leges receptas esse dicit, nullo nisi litium fructu, quæ ex eo nimium quantum succreverunt. Europam, inquit, vide; & mentior, nisi maxima

ejus pars circa ista occupatur. Alii judicant, alii instruunt, alii agunt, & qui miserrimi sunt, eas habent. Bone Lothari, manes tui per me quiescant, sed rosæ aut lilia sepulchrum tuum non orneiit, qui tot tricas & spinas nobis sevisti. Nam quæ tàm clara causa est, quæ non aliquâ lege, lege? imò interpretatione (nam & has admisimus) obscuretur? Quæ tàm improba, cui non dent colorem? Ars enim facta est Caussidicina, & peritè captare aut capere, laudem habet, &c. Pulcherrima Strabonis nota est, *libr. 6.* & vel aureis litteris signanda: Zaleucum illum, Thuriis olim paucas & simplices leges dedisse; sed secutos, alias per subtilitatem & nimiam curam addidisse, ex quo factum sit, ut celebres magis quàm boni redderentur. Idem planè non perperàm de legibus, legistisque Romanis prædicari posse videtur. Sed nec uno loco Lipsius hoc monet; ut scilicet monstret animi sensum perennantem. Etenim in quâdam epistolâ, ad Balthasarum Robianum, Senatorem Antverpiensem, *cent. misc. ell quæst. 78.* dubitat is, an bono consilio in vitam & usum jus Justinianeum, à Lothario Imperatore revocatum sit: totum nempè & plenum. Non quin bona in eo, arguta, & à seculo vetustiori, sed nimis fortassè bona, arguta, vetera: & ideò seminarium ingeniis, ad calumnias fraudésque pangendas. Dic sodes, quàm multa in eo, quæ legem hodiè non habent? quàm multa implicata, & variantibus sententiis enodanda? quid si pugnantia quædam dicam? Sed vix ausim, & *juncti* umbonibus me invadent. Et de jure ipso prisco, parùm etiam sit: sed Commentarii quàm multi, & pænè infiniti accesserunt? Atqui & ii si concordant, vim legis in tribunalibus nostris poscunt, &c.

III. Sic Cornel. Kempius, felicem deprædicat Frisiam Groningensem, *libr. 2. de origin. &c. Frisiæ. cap. 19 fol. 181.* quòd jus habeat municipale tantùm, & careat civili nostro. Eóque fieri censet, ut nullius ibi litigantium numerus sit, cùm nempè illud nullis cavillationibus causidicorum, sub specie Interpretationis perverti possit: nec in usu habeant litigantium querulos libellos, sed ore omnia peragant præsentes, nec ideò lites, avaritiâ Judicum & Patronorũ in longum protrahi posse. Guil. Budæus, eruditione & judicio præclarus, summáque Juris cognitione excellens, Jura etiam nostra civilia taxat: dùm de contemptu rerum fortuitarum, *libr. 2. fol. in 3.* sic scribit; Ita quæ Instituta majores nostri ingenio præstantes, quasi quasdam Civitatum compages posteris reliquerant, eorum institutorum traducibus sensim degenerantibus, eò res tandem decidit, ut ex jure & legibus, tùm profanis, tùm sacris & Pontificiis, uberem injuriarum legitimarum messem, avaritiâ sibi commenta sit, aut aucta: adeò quicquid felicibus auspicibus:
coe-

cœptū est, id ut in deterius vergat, natura ferè comparatū videmus, &c.

IV. Et quid olim Fridericus III. Imp. in suâ reformatione, quæ in Comitiis Moguntiæ Anno Christi 1441. proposita fuit, (*ac quæ habetur apud Goldastum*, in den Reichs-Handlungen / *fol.* 167. 171. *&c.* & *repetitur à Wehnero in Comment.* der Newen Rothweil. Hoffgerichts-Ordnung *fol.* 7.) de Jureconsultis juréque Romano, ut nostro tempore est, censuerit, referre lubet, ubi ita sancit, *artic.* 5. Alle Doctores der Rechten / sie seind geistlich oder Weltlich im Heil. Röm. Reich Teutscher Nation / sollen nach laut der fürgenommenen Reformation, an keinem Gericht/ bey keinen Rechten/vnnd in keines Fürsten oder andern Rechten mehr gelitten/ sondern gantz abgethon werden. Sie sollen auch fürbaßhin / vor Gericht oder Recht nicht weiter reden schreiben/ noch Raht geben. Sintemaln Gott den Menschen mit seiner eigenen Weißheit begnadet / vnnd versehen hat / so mag er in der Newen fürgenommenen Ordnung / seines Rechtens selb wol warten. Et ibidem in declaratione hujus articuli, *num.* 2. & 3. habetur: Daß an keinem Rechten / hohes oder nidern Standes / keine Doctores sollen sitzen / helffen Recht sprechen/schöpffen noch beschliessen: wann jhnen das härter dann den Leyhen verschlossen ist. Vnd kan jhr keiner kein Schlüssel darzu finden / biß beyde theil arm werden / oder gar verdorben sindt. Aber der Ley behelt doch den Schlüssel zum Rechten bey jhme / daß Mann zu zimlicher zeit das Recht herfür bringen mag. Auß disen vrsachen kan man die Gelehrten in keinen Rechten mehr leiden. Darzu seind es nur besoldet Knecht / vnd nicht Erbdiener deß Rechten. Et mox addit: das im gantzen Römischen Reich Teutscher Nation/ kein Doctor mehr vor keinem Rechten weder reden / procurieren / oder weiter procediren soll / in Schrifften oder andern Rathschlägen: sondern aller Weltlichen Recht müssig stehen. Darumb daß sie Stieffvätter/vnd nicht die Rechten Erben deß Rechtens seind. Dann sie nemen jhme den grund der Warheit/ vnd bringen durch jhren vnordenlichen geitz / das Recht zu einem solchen Vnglauben / daß kein fromm Mann sein vertrawen darein mehr setzen mag. Das hat ewer verkehrte Lehre / innerhalb fünfftzig Jahren zu wegen bracht. Wo ist es vor erhört worden? Ob aber Fürsten dergleichen Stätte vnd andere/ je Doctores haben wolten / den mögen sie eigene Rathsstuben halten / wo jhnen schwere händel fürfallen / das sie jhn darüber Rathschläg machen mögen. Damit mögen sie eines Fürsten oder einer Stadt heimligkeit/nicht grundlich erfahren: Daū bey jhnen nichts verschwigen ist. Sie seind nicht anderst Rähte/ dann deß Soldts vnd deß Geitzes.

V. Atque hancce reformationem & declarationem, neque per

Imp. Fridericum, neque ejus jussu neque per Principes; sed tantùm per Civitates Imperiales, & quidem consilii solùm loco, Imperatori oblatam esse, ex Goldasto Wehnerus probat; nec unquam nacta fuit legis vigorem. Ac quod hunc articulum ejusque attinet declarationem, mirabilis meritò habetur & iniqua; cùm propter abusum, usum tollat omnem. Ut namque necessarium est, abusum præcavere, & malitiis obviam ire; ita vicissim requiritur omninò, usum substituere verum, promovere & conservare eundem. Et quæ hæc ratio est: Docti in judiciis ac secretis non admittuntur; sed laici, hoc est, indocti: Ergóne in doctrinâ potiùs quàm in hominibus, mali affectus & effectus repositi erunt? Item: Docti non possunt secreta in tuto silentio retinere: Ergò doctrina & Jurisprudentia in causâ erunt. Quid si contrarium verius sit? nam quò quis doctior, eò humanior, cautior, prudentior, melior, fidelior est: quin & juri ac justitiæ, juramenti, Doctoralis, &c. vinculo adstrictior magis. De malis enim non loquor, qui non ex jure aut doctrinâ, sed ex abusu tales existunt. Longè aliter judicavit sapientissimus ille Solon, cùm ei objiceretur: quòd in foro conduxisset Oratorem, hoc est, Jurisconsultum: atqui, respondit, cùm habeo convivium, coquum conduco. Sit sua laus abusuũ cautioni, maneat tamen & permanebit usus. Meritò ergò opinio hujus Reformationis, hodiè tùm in Camera Imp. tùm in Dicasterio Rotvvilensi, aliisque benè constitutis judiciis; non explosa modò, sed & absurda visa fuit. Et in Camera quidem Imperiali, *nulli alii*, quàm Nobiles, Doctores ac Licentiati, legitimè nati ac promoti, Assessorum in numerũ, Lege publicâ recipiuntur. Et ne plura dicam, hoc tantùm ex Ænea Sylvio addam, *lib. 4. Comment. in res gestas Aphons.* Georgius Fiscellus Jureconsultus, à Sigismundo Cæsare, ob ejus virtutes & officia, in ordinem equestrem adoptatus erat. Cùm autem Imperator in Concilio Basiliensi, de rebus arduis deliberaturus, alium in locum Doctores juris, & in alium equites seu nobiles coëgisset; ille dubitare cœpit, utri se adjungeret parti. Ad equites verò cùm transiturus esset, tùm Imperator; stultè facis, inquit, si litteris militiam *præfers. Ego equites* mille, uno die possem facere, sed unum Doctorem annis mille efficere non possum.

VI. Jus sanè Romanum, quatenus æqui & boni continet artem, seu leges quascumque rectè interpretandi, ritéque applicandi modum docet, à cujusque nationis homine utiliter disci potest. Neque eo fine in Scholis frequentatur, ut provinciæ omnes Jure Romano debeat regi: id quod dictu absurdum esse, nemo, qui vel primis labris Politica degustavit, facilè dicet. Maneat Provinciis singulis jus suum certum & æquum, ipsorúmque moribus & statui accommodatum; sed tamen

tamen necessaria est planè interpretatio legum. Legibus latis, cœpit (ut naturaliter evenire solet) ut interpretatio desideraret prudentium auctoritatem; necessariáque esset Disputatio fori. *l. 2. §. hu legib. ff. d. orig. Iur.* Nec constare Jus potest, nisi aliquis sit Jurisperitus per quem quotidiè in melius produci possit. Brevitas legum non sufficit omnibus controversiarum articulis definiendis; & ideò productionem & similes casus, aut mitigationem in dissimilibus, ex auctoritate prudentum desiderare videtur. *l. 10. cum aliq. seqq ff. d. leg. Wese bec. in Parat it. ff. d. orig. Iur. num. 2.* Hæcque Disputatio, & hocce jus, compositum à prudentibus, communi nomine, Jus civile (speciatim) nominatur. *d. l. 2. §. 5. & 13. d. orig. Iur. ibique. Cujac.* Et hoc nomine Jus Romanum, nostráque Jurisprudentia commendatur, quatenus ars boni ac æqui definitur, *l. 1. d. Iustit. & Iur.* Quatenùs est collectio naturalium præceptorum, ad dijudicandas incidentium negotiorum circumstantias conducens, justum ab injusto rectè discernens. Medica sanè ars, medicamenta compluria habet: sed quodnam remedium huic vel illi conveniat morbo, cognitum habere, id artis esse reputatur: aliudque est differere de febri, aliud & multò præclarius magis, huncce febricitantem restituere sanitati. Indéque medicamenta variè miscenda, corrigenda accuratè, prudentérque sunt temperanda. Idem planè circa leges quascunque usu venire solet; quas ritè declarando, corrigendo, restringendo & extendendo, interpretatur, *vid. illustr. Enenkelium, tract. d. privil. Iur. Civ. libr. 2. cap. 2.* factóque accommodat Jureconsultus. Et nec solùm leges seu statuta ac privilegia, sed & Contractus ac Testamenta sunt interpretanda, variæque hìc conjecturæ veniunt in considerationem: quod utrumque, voluminibus justis, illustriss. Mantica docuit; & in eo, quod nemo nisi ignorans vel lividus negabit, non palmam obtinet solùm, nec etiam ovat, sed gloriosè potiùs triumphat, Jurisprudentia nostra, prout est ex Jure Romano deducta. Nec video meliorem aliam Statutorum interpretationem, quàm quæ à juris nostri conditoribus usurpatur, in enodatione perpetui edicti: ubi omnia verba sollicitè rimantur & perpenduntur. Sed tamen nimis subtiles de jure Disputationes, sunt vitandæ, vid. Christoph. Lehman. in der Speyrischen Chron. *5. cap. 59. & seqq.* Maximè cùm jure Civili, contra rationem disputandi, pro utilitate communi multa sint recepta, *lib. 51. §. pen. ad L. Aquil.* Cúmque ejusmodi disceptationibus, jus Justinianeum, & quod peregrino utimur jure, ansam præbuerit & occasionem: dubitant proindè nonnulli, id an rectè fuerit revocatum. Lips. *centur. miscellan. epist. 78. ad Balthasar. Robianum.* & jam modò dictum à me est *suprà.* Nec possum hìc non culpare Cujacii, Ant. Fabri, aliorúmque

institutum, in legibus nostris tractandis, retractandisque: qui ita de jure, imò magis superstitiosè agunt, ac si quis in foro Romano versetur, digni, qui ad Elysios Campos relegentur, ut ibi jus dicant Romanis. Stulta est phantasia, difficiles habere nugas. Et rectè Justinianus, *Novell.* 21. vetera curiosiùs perquirere, & ad præterita tempora recurrere, confusionis potiùs est, quàm legislationis (quamvis leges obsoletæ etiam docendæ videantur. Stamm *de servit. person. lib.* 1. *cap.* 5.) Quâ ratione contra neotericorum subtilitates, communes probarem semper opiniones. Treutler. *disput.* 2. *thes.* 8. vid. Phil. Melanchton. *tom.* 5. *decl. fol.* 631. *&c.* 638.

VII. Et sanè quemadmodum de legum, piarúmque sanctionum necessitate summâ, utilitateque maxumâ, nemo sanus unquàm dubitavit, ita legibus nudis nos contentos esse non posse, sine earundem artificiosâ, ad variorumque factorum circumstantias diversas applicatione, vel ex eo adparet, quòd legibus, qui utitur nimis exactè, (nec eas secundum artis & æquitatis regulam interpretatur) Sycophanta esse videtur, ut jam olim professus est Menander:

Καλὸν οἱ νόμοι σφόδρ' εἰσὶν ὁ δ' ὁρῶν τοὺς νόμους
Λίαν ἀκριβῶς, συκοφάντης φαίνεται.
Præclara sunt leges valdè: at si quis spectet leges
Accuratiùs, calumniator evadit.

Hocque est, quod & contra Pharisæos disputavit Salvator noster, *Matt. cap.* 12. Sabbathis sacerdotes in Templo Sabbathum violant, & sine crimine sunt, *vers.* 5. Undè quoque Doctores nostri dicunt. Etiamsi (quod omnium ferè Italiæ civitatum moribus receptum est) expressè cautum sit, ne judices à legum verbis discedant: hoc tamen vim æquitatis, & congruam legibus interpretationem tollere nequaquam, ex Bartol. & Alexandr. Bodinus. *lib. ultim. cap. ult. de republ. num.* 754. Et Charondas, qui nimis rigidè, nullóque adhibito interpretationis temperamento, leges suas sancivit, observari, à legisque scriptione nullo pacto ut discederetur, prohibuit severè; hujus suæ scrupulositatis pœnas promeritas exolvit. Nam cùm lege à se cautum, capitaléque judicatum esset, ne quâ quis causâ in concionem armatus prodiret, & cùm is in agrum exivisset, gladio (propter latronum incursiones) cinctus, atque in regressu immemor gladii ad latus pendentis, in concionem properaret, quòd ibi tumultus excitari audivisset: ibi ab æmulis suis, objectione criminis notatus, confestim stricto gladio, sibimet conspicientibus omnibus, jugulum dicitur aperuisse. Diodorus Siculus, *lib.* 12. Petrus Ærodius, *rer. judicatar. lib.* 3. *tit.* 1. *cap.* 5. Sanè leges quæcunque, ut alia omnia jura, sive prodierint à solâ naturâ, sive ab hominibus sint

inducta,

inducta, ſemper ad facta aliqua referuntur: neque verò ſemper factis omnibus æquè convenire conſpiciunt; ſed pro ipſorum varietate, prudenter eas variari, eſt neceſſe. vid. Albert. Bolognet. *in tractat. de lege, jur. & æquitat. cap.* 29. Et abſonum videtur, quod referente Bartolo, *in l. omnes populi. ff. d. juſtit. & jur.* ut & Bologneto, *d. cap.* 29. *nu.* 13. *ac cap.* 34. *num.* 28. quondam occaſione ſtatuti Bononienſis, capitis pœnam infligentis ei, qui ſanguinem fecerit in foro; hæſitatum diu fuit, eſſet nè eâdem pœnâ afficiendus ille Chyrurgus, qui ſubitaneâ apoplexiâ correpto, ex Medici ſuaſu, ſecaverat venam. Nec præter rem, eo de caſu feſtum ſupervacaneum facere Bartolum, alióſque Doctores, Zaſius ſcribit, *in l. ſcire leges. nu.* 19. *ff. de legib.* Æquitas, eſt anima legis; & absque eâ cadaver eſt, corpus utcunque perſcripti juris. Undè Margarita Auſtriaca, Mantuæ Duciſſa, ſapienter dicere ſolebat: *Che i teſti, & i paragrafi, non erano baſtanti per animare il Governo Politico, mà che l'equita era l'anima delle leggi.* Giovanni Botero. *lib.* 1. *d. detti. fol.* 22. *b* At verò æquitas ea, minimè cerebrina illa, vel neſcio quæ imaginaria, hujus vel illius opinatio eſt, hoc vel illud pro æquo venditantis; ſed potiùs jus ipſum noſtrum civile, quod ars æqui & boni definitur, *l.* 1. *in pr. ff. de juſtit. & jur.* ea eſt juriſprudentia noſtra, hoc eſt, prudens adminiſtratio juris ſcripti. Hocque jus civile contemnendum qui putat, is vincula revellit non modò judiciorum, ſed & utilitatis, vitæque communis. Qui autem juris interpretes vituperat, ſi imperitos juris eſſe dicit; de hominibus, non de jure civili detrahit: Sin peritis non putat eſſe obtemperandum; non homines lædit; ſed jura & leges labefactat. Cùm tamen nihil in civitate tàm diligenter ſit retinendum, ac jus civile. Hoc etenim ſublato, nihil eſt, quare exploratum cuiquam eſſe poſſit, quid ſuum, aut quid alienum ſit; nihil eſt, quod æquabile inter omnes atque unum omnibus eſſe poſſit. Hoc neque inflecti gratiâ, neque perfringi potentiâ, neque adulterari pecuniâ poteſt quod ſi non modò oppreſſum, ſed etiam deſertum, aut negligentius adſervatum erit: nihil eſt, quod quiſquam ſeſe habere certum, aut à Patre accepturum, aut relicturum liberis arbitretur. Cicero, *pro Cæcinn. fol. m.* 327. Vbi item ſub C. Aquilii perſonâ, verum, bonumque JCtum deſcribit: Qui nempè juris civilis rationem, nunquàm ab æquitate ſejungit, qui ingenium, laborem, fidem ſuam reipubl. Romanæ promptam, expoſitamque præbet. qui ita juſtus, & bonus vir eſt, ut natura, non diſciplina conſultus eſſe videatur: ita peritus ac prudens, ut ex jure civili, non ſcientia ſolùm quædam; verùm etiam bonitas nata videatur: cujus tantum eſt ingenium, ita prompta fides, ut quicquid indè haurias, purum, liquidúmque te haurire ſentias. Ac quid, quæſo, præcla-

præclarius est: quàm suo jure aliquem dicere posse, idem quod apud Ennium dicit, ille Pythius Apollo, se esse eum, unde sibi, si non populi & reges, at omnes sui cives consilium expetant,

Suarum rerum incerti? quos ego meâ ope ex
Incertis certos, compotesque Consilii
Dimitto, ut ne res temerè tractent turbidas.

Est enim sine dubio, domus Jurisconsulti, totius oraculum civitatis. Cicero, 1. *de Orator.* Ubi prudentissimus Romanæ reipubl. Consul jus civile gravissimè defendit. Studia hæc sunt juris civilis, sine quibus (verba sunt Magni Cujacii, *in epist. ad Filium, tract. 6. ad Africanum præfixa*) neque stare res, neque mores hominum constitui, componi aut temperari ullo modo possunt, sine quibus prudentissimus, cautissimúsque rerum homo, quisquis sit, quantumvis felici sydere natus, nemo unus evaserit unquam, sine quibus æqui & boni quoque speciem comprehenderit vix unquàm quisquam benè, nec si se dederit totum Philosophiæ, nec si literis sacris. Et quæ contra Iurisprudentiam vulgò, ac etiam à nasutulis nonnullis inferuntur, de rabulis, foriq. tintinnabulis, qui præter nomen, & externum schema, cum veris ICtis nihil commune habent, accipi debent: de leguleis cautis & acutis, præconibus actionum, cantoribus formularum, aucupibus syllabarum.

VIII. Verùm ex juris arte, quæ fit legum congruæ interpretatio, longè est alia ab eâ potestate, quâ legibus solutus dicitur Princeps. Quippè nam juris auctoritas, legis putà sanciendæ & corrigendæ facultas, in potestate est Principis; facti solummodò quæstio nempè secundum leges ex æquitatis normâ decidendi, penes judicantium est arbitrium. *l. ordo. 15. in princip. ad municipal.* legem qui duram etiam observare tenentur, *l. 12. §. 1. qui & à quibus manumissi.* & quos non clementiores esse oportet lege. *Novell. 82. cap.* 10. vid. Paul. Businm, *subtilitat. 1. cap. 3. & 6. & lib. 3. cap. 2. lib. 5. cap. ultim.* Adde illustrem Enenckelium, 2. *de Privileg. 2. num. 14. &c.* ubi duplicem facit interpretationem. (1.) Perpetua est generalis, necessaria; (2.) momentanea, probabilis, ad certum tantummodò tempus, certúmque negotium spectans. Prior ad Principem, qui condere leges potest, altera ad judices pertinet. Jureconsultus dicit, lex est bona, sed huic casui minùs congrua: Princeps corrigit legem in thesi duram. Princeps ita decidit dubios, si qui sunt casus, ut de iis interpretes convenire non possint. Princeps item ex merâ gratiâ; judex ex causâ, legibus proditâ, id facere potest. Principi tali ex causa id facere licet, quæ non necessariò minuet pœnam. Communiter dicunt, summas curias majorem habere potestatem, in jure ex æquitate interpretando; quàm Tribunalia inferiora:

riora: quod Corasius reprobat, *ad L. benigniùs. ff. d. legib.* non rectè. *vid. auth. hodiè. C. de judic.*

IX. Dubitationem quidem non habet, quin Christianus in judicio possit litigare; Lœtmatius, 7. *cap. 26. &c.* Gerhard. *loc. de Magistrat. num.* 171. *&c.* 275. *&c.* Parthen. Litigiof. 1. *c. 3. num.* 14. nec tanquam contra charitatem impingentes, ab usu SS. Cœnæ sunt arcendi. Philipp. Melanchton. *tom. 5. declamat. fol.* 153. Nam & S. Paulus jure Civitatis Romanæ se tuebatur, *Actor. 16. vers. 37. & c. 22. vers. 25.* & ad Cæsarem appellavit. *Actor. 25. vers.* 11. Dissentit Wigel. Im disputier Büchlein. *fol.* 32. Attamen abusus & corruptela judiciorū, etiam cordatos eò adegit, ut Jurisprudentiam & lites detestentur. Guil. Bouchet *des serées. tom. 1. cap. 9. fol. m.* 275. Jessen *in præfat. tr. Rainaldi Corsi, de privatâ reconcil.* In caussâ etiam est, quod malè audiunt jureconsulti; quia nunc plerique litibus & processibus occupantur, nec ullâ in re aliâ, arte suâ & scientiâ reipublicæ commodare, vel volunt, vel sciunt; contra ac olim Romæ fiebat. Cicer. *3. de Orat. section.* 21. Nam sanè latiùs officium JCti patet. Bachov. *ad Treutler. fol.* 6. Undè etiam hodiè apud Italos, Merus Legista, purus putus asinus indigitatur. Aggiunta di Boccalin. 1. Et in tales mordacissimum extat epigramma, *en les bigarrures*, du Seigneur des Accords, *fol.* 137.

Ce rote-loix, ce crache-paragraphe,
Vesse-verset, authentique sufflant,
Pete-canon, decretals-mouchant,
Extra vagant-d' un droicti; qui tout agraphe &c.

Olim lites, mores non evertebant & corrumpebant, ut hodiè fit: sed promovebant. Sicque Persicis legibus, actio in hominem ingratum prodita fuit. Xenophon. 1. *institut Cyr. n.* 4.

X. Quia verò hodie, in summam, proh dolor! sanctæ Jurisprudentiæ detrectationem, processus plerunque nihil aliud sunt, quàm hominum nocentium & facinorosorum refugium, latibulúmque; innocentium verò tædium & afflictio. Frider. Mindan. 2. *cap. 71. sect.* 6. Zepper. *de legibus Mosaic. lib. ult. cap.* 11. Ita ut non infacetè quidam dixisse feratur, adhuc Romæ patere Asylum, id est, scelestorum hominum confugium: eo dicterio urbanè notans Rotæ nimium vulgatum benignitatis abusum. Anton. Massa Galesius. *ad form. Cameral. obl. fol.* 346. Itaque certus Pragmaticorum constituendus est numerus, aliáque media litium abbreviandarum, studiosâ curâ inquirenda. De quibus Cusa, *3. d. concord. Catholic. cap.* 40. Lather. *d. censu. 2. cap. 5. & seqq.* Codex Fabrian. *fol. m.* 1152. *lib. 9. tit.* 22. Frider. Mindan. *in præfat.* & Clariss. Parthenii Litigiosi Auctor. Johann. item Biardi

discurs. wie dem Justitien werck zubelffen. Paradin. *histor. Lugdun.* 3. *cap.* 28. Wehner. *observat. practic. fol.* 30. *&c.* Lycurgus olim reputavit, ubi nullum sit argentum, nec etiam fore lites. Plutarch. *in vit. fol.* 103. E re forsan esset, Collegium institui, quod, si partes in facto sint concordes, de jure responderet. Quod in Saxoniâ fieri solet: ut & in Turciâ quoque, *Zefta* illi nominare solent. Thesor. Polit. *part.* 2. *f.* 126. (Annè verò præstet oretenùs, vel in scripto peragi lites? disquirit Busius, 3. *subtil.* 18.) Sumus enim in seculo, ubi judicia sunt, qualia describuntur Habac. 1. *vers.* 3. 4. Facit plerunque ratio aut fortuna causarum, ut in controversiis alter æquitate, alter jure nitatur. Symmach. 1. *epist.* 38. Quàm incertæ, fragilésque iis possessiones, hereditatésque sint, quibus earum retinendarum causâ, judicio sisti, litémve sustinere, necesse est, jure quantumvis optimo illi nitantur, dici vix potest. Vanderburch. *in Chron. Sabaud. ubi de Eduard.* Celebris ille Decretorum Doctor Panormitanus, qui à Pontifice Eugenio Basileam legatus missus, quæ pro jure ejus confirmando allegaturus erat decreta, canonésque, iis ipsis, quâ valebat eruditione, gratiâque, adversus eum infami nundinatione usus est. Idem, *de Amadæo* 8. *fol.* 145. Forma judiciorum, ac Judiciarius ordo, quo in quibusdam utimur locis, neque videtur ordo, neque processus; sed magis confusio & labyrinthus: non procedimus, sed erramus. Calumniosa est ceremoniarum, atque scriptorum altercatio, extra omnem causæ cognitionem. Hinc formularii, arcana qui tractant processuum, & cautelistæ magis in pretio sunt, quàm æquitatis artifices. Imò fatalia Instantiarum, consuetudine abolita jam sunt pessimâ. Sanè tanta nunc ubique juris, legúmque multitudo, & exindè nata confusio est: ut nullum unquam fuerit seculum ab initio Mundi, nullum aliud adhuc hodiè Regnum, vel respublica sit; ubi sub specie juris magis periculosè erretur, ita justitia opprimatur, rerúmque judicatarum executio impediatur; quàm nunc fieri solet, postquàm jus renatum, & quasi è cœlo delapsum esse nobis imaginamur: quàm iis in locis fieri consuevit, ubi juris ratio & scientia, florens magis, magisq; vivida esse deprædicatur. Hócque critirium est Babylonicæ confusionis, nunc ubique, etiam inter literatos imperium obtinentis. Tribúsque plagis, bello, fami, pesti, superaddita est jam quarta, scilicet placitare. Boccalin. 2. *ragguagl.* 99. Sicque liquet non præter rationem, in divinis suis Triumphis, *triomph. d. fama, cap.* 3. de Lege dixisse Petrarcham:

——— L'usil pianta
Che s'è mal culta, mal frutto produce.

Et pertinet hûc, quod canit Ovvenus. 3. *epigr.* 56.

Trita magis juris, quàm justitiæ, via; quanquam
Iuris iter longum, justitiæque breve est.

Lex est filia litis, & lis filia legis. Bauhus. *epigram. fol.* 44. Spartæ, leges non scribebantur, ne parerent lites. Plutarch. *Lycurg. num.* 10. quod & placuit Anacharsi, Plutarch. *Solon. fol.* 352. Quondam summa sapientia, in judicando consistere putabatur: & eo nomine Salomon deprædicatur. Reges exteros, Galli splendidè se excipere putabant, cùm eos in lectum justitiæ, ut loquuntur, collocabant. Paradin. *in histor. Lugdun.* 2. *cap.* 92. Quin & in omni seculo lites fuerunt exosæ. Lysias, *orat. fol.* 82. Quamvis aliàs litigare (magna tamen cum cautione) Christiano non prohibitum videatur. Forster. *ad Decalog. decad.* 1. *problem.* 4. & monui etiam *suprà*. Sed tam diu concedendum aliquid temporum injuriæ, hominum motibus, judiciorum conditioni: donec Deus Opt. Max. pro suâ erga genus hominum clementiâ Magistratibus in mentem dederit; ut vitiis corrupti judiciorum status exploratis in emendationem eorum, omni curâ, omnique animi cogitatione incumbant. Nicol. Cisner. *in epist. ad Geuderos.* hoc insuper tamen fateri cogor; operosam illam litigandi artem, in populo turbulento, qualis Gallicanus est, necessariam esse occupationem. Dn. D. Lansius, *oration. contr. Gall. fol.* 278. *&c.* Erat & olim Africa, nutricula causidicorum: ut *alicubi* ait Juvenalis. Ac litium multitudinem, quâ Gallia laborabat, Galli procurasse putant Pontifices ibi sedem aliquandiù habentes, Girard. 2. *fol.* 61. Sed cur non idem adhuc magis fit Romæ?

XI. Advocati an utiles? negat Morus, *fol.* 230. Boccalin. 2. *ragguagl.* 99. Weibe. *de success. lit B.* Danæ. *polit. fol.* 470. Hœnnon. 5. *th.* 65. *& seqq.* & contra eosdem, vid. Ammian. Marcellin. *fol.* 495. Ego Doctorellos improbo, de quibus Arumæus, *decis. tom.* 1. *fol.* 185. & Sitzman. ad Boët. *d. consolat. fol.* 249 *nu.* 62. Ac de Advocatis Francorum veterum, vid. Lehman. 2. *cap.* 25. de eorum iudiciario processu, Idem *d. lib. cap.* 30. quódque omnes lites sub dio peragebantur, (ne diutiùs protelarentur) ut & hodiè eius rei vestigia sat luculenta Rotvvilæ & in Centenicis iudiciis supersunt: monet ille idem, *d. lib. cap.* 31. Numa etiam, studio simplicitatis, lites iureiurando decidebat. Dionys. Halicarnass. *lib.* 2. quod & fecêre Germani quondam: ut etiam *suprà* dixi. Regio item Consistorio, Advocatos exesse iubet Magnæ Britanniæ Rex Jacobus, *institut. Regia.* 2. *fol.* 97. Et cur eos in Indiam noviter repertam, admittere noluerit Ferdinandus Hispanus, vid. Boccalin. 1. *ragguagl.* 79. & 83. Clenard. *in epistol. fol.* 68. *&c.* 88. *&c.* 154. Lermenblaser / *fol.* 79. *&c.* De Advocatis. vid. Ærod. *lib.* 3. *tit.* 6. *per*

discurs. Langlæ. 1. *semestr. per discurs.* Et in Florileg. Græcor. Epigram. 1. *loco* 44. *tale de iis judicium extat:*

Non verò justum judicet vir qui factus est rabula;
Ne si vel Isocrate eloquentior esset.
Omnis enim qui quæstum facere consuevit, ne amico quidem
Rectius judicare non avarè potest.

Sic & S. Chrysostomus, noluit esse Advocatos; reputans, id munus injustum vitæ propositum esse. Histor. Tripartit. 10. *cap.* 3. In Turciâ etiam, non sunt diuturnæ lites, Bellon. 2. *cap.* 91. & contra Causidicos invehit Mahometus, *in Alcoran.* Iohann. Wolff. *memorabil.* 1. *fol.* 187. adde Monluc. *des commentaires. fol.* 200. Barclai. *in Argenid.* 3. *fol. m.* 374.

XII. Lex etiam justa, potest per tempora justè mutari: legésque senescunt, ac nascuntur, Gell. 20. *cap.* 1. vid. Paracelf. *de inventor. artium, tract.* 2. *fol.* 173. Canonhiero. *dell' introduzz.* 8. *cap.* 3. nec enim Leges humanæ sunt de fine, sed de ordinatis ad finem. *c. alma mater.* ubi Covarruv. *in relect. part.* 2. *d. sentent. excom. in* 6. vid. *Novel.* 7. & Rittershus. *ad Novell. in proœm. cap.* 3. Nulla ergò tàm sancta lex est, quam non oporteat, si salus populi postulet, urgeatque necessitas, mutari. Treutler. *disput.* 1. *thes.* 5. *lit. a. ad fin. vol.* 1. Etsi, ut apud Medos, *Daniel.* 6. edicta Regum immutabilia habeantur: Bodin. 1. *de republ. num.* 94. licèt hâc clausulâ sint munita; Edicto perpetuo, & irrevocabili sancimus: quamvis universis, præsentibus & futuris sint præscriptæ &c. Bartholom. Muscul. *de success. anomalâ, f.* 27. Non solùm mutatâ republ. ejusque statu, mutari Lex debet: sed & tempora, naturáqs populi mutata, varias exigunt leges. Æqualis itaque æquitas est, tàm in promulgando quæ sunt justa, quàm antiquando, quæ gravia. Ut Medicus temperat Medicinam, ad temporis constitutionem, & ægri conditionem: ita & legislator. Barbaries inprimis, ac sævitia legum antiquarum est immutanda. Sicque (ut ait Tertullianus, *apolog. cap.* 4.) *quotidiè illum inantibus tenebras antiquitatis; totam illam veterem & squalentem sylvam legum, novis Principalium rescriptorum, & edictorum securibus truncaverunt, & ceciderunt Romani.* Non tamen facilè leges sunt mutandæ, etiam cùm aliqua commoditas invitat. Reipublicæ enim nocet, si cives assuescant, facilè leges antiquare. Eóque nomine culpatur noster Justinianus. Procop. *in histor. secretâ. fol.* 61. *ubi not. fol.* 49. Haut dubiè satiùs fuerit, peccata quædam legum latorum & Magistratuum permittere, & legem etiam duram veterem tolerare; præcipiti quàm mutatione, reipubl. cardinem movere. Nihilque periculosius est, quàm tolerabilia in republ. corrigere velle, prætextu

textu melioris. vid. Aristotel. *2. polit. 6. propè fin.* Montaigne, *fol. 629.* Krazium, *in polit. 6. cap. 2.* Boccalin. 1. *ragguagl. 71.* Legum auctoritas vilescit, Populus si leges mutari videt; quæ potiùs sanctæ, Oraculique loco haberi & coli deberent. *fac. l. 2. de constit. Princip. l. 23. de legib.* Legesque tùm demùm servantur, & auctoritatem acquirunt, si Divinâ inspiratione factæ; vel quasi tales habeantur. Aristæ. *d. 70. Interpret. quæst. 35.* Hinc apud Dionem, *lib. 5. fol. 501.* Mæcenas ad Augustum: Leges firmiter retine; neque quicquam in his muta. Quod & veteres Germani, studiosâ curâ observârunt. Christ. Lehman. In der Speyr. Chronick. *2. cap. 27.* qui *5. cap. 61. ad fin. & seq.* suadet, ut leges maturo consilio sanciãtur; quò possint perennare. Et nota sunt hâc de re variarum gentium instituta. Apud Thurios sanxit Charondas; ut si quis legi cuipiam correctionem adhibere vellet, proposito hâc de re consilio, interim guttur laqueo insertum haberet, & expectaret, dùm Populus de mutatione legis suffragia pertulisset. Diodor. Sicul. *lib. 12. num. 17.* idem de Locrensibus Demosthenes scribit, *oration. advers. Timocrat.* Cautela est, leges non mutare, sed addere interpretationem. Vincent. Cabotius. *disputation. variar. fol. 179. &c.*

CAP. IX.

De Legibus spectantibus ad Disciplinam.

LEges in duplici differentia existunt: (1) Forenses (Landrecht) & (2) ad Civilem disciplinam spectantes (Policey: Lands: oder Statt ordnung) seu ad statum, vel etiam ad mores respicientes. Nec enim satis est, leges condi tales, quibus præmia & pœnæ definiantur, aut Judicia, tàm civilia, quàm Criminalia ordinentur: sed mores etiam exercitationésque Virtutum, legibus sunt adjuvandæ, Laconum more. Laurent. Grimalius, *de optim senator. 2. fol. 153. & fol. 247.* Hæque leges magis sunt curandæ, quàm illæ, lites solùm quæ expediunt, & extricant: eorúmque Custodiæ ferè præficiuntur Censores. (De Morum ac legum differentiâ, & conjunctione, vid. Piccart. *decad. 16. cap. 1.*) Hûcque refero Sumptuarias, & Vestiarias leges, quæ maxumè necessariæ sunt: Richter. *axiom. historic. 103.* Quamvis per se non videatur esse peccatum, gemmis & pretiosis vestibus ornari. Eo, *tractat. d. gemmis. part. 3. ad fin.* leges autem illæ vulgò in eo consistunt, ut certa, certis ordinibus indulgeantur: quemadmodum Politicæ constitutiones Imperii illud exactè

requirunt; & Veneti, ac Noribergẽses studio summo observant, ac Galli nuper imitari sunt conati. Mercur. Francic. *tom.5.fol.64*. Et de frugalitate veterum, ac quando luxus invaserit Urbem Romam, vid. Alexandr. ab Alexandr. 3. *cap.*11. Ens. *Conviual.1.fol.27*. Ac de legibus sumptuariis abolitis, vid. omninò Tertull. *apol. cap.6*. Hincque conqueritur Grimalius *d. Optim. Senator. fol. 266*. Quòd in Polonia nullius Virtus & conditio, certis sit alligata & constricta ornamentis &c. adde Poncet. *de Iure Municip. num. 63. &c*. Inde evenit, ut Mulieres alicubi, fundis sint exornatæ. vid. Jan. Dousam, *explanat. Plautinar. m. fol. 85*. Alexand. ab Alex. 5. *genial. cap.*18. Econtrà quibusdam in locis, hæc disparitas vestitus improbatur. Galateo. *fol. m. (in edit. 4. linguar.)* 193. Quin & Zeleucus Locrensium Legislator, non putavit accommodam Medicinam esse, si vestitui, & similibus rebus certus modus constituatur; sed si funditùs hic luxus eradicetur: vid. Diodor. Sicul. *lib.12. cap.21*. Lather. *de censu*, 1. *cap. 9*. quod sanè fit, si is infamis & turpis habeatur, non si Principum, Magnatúmque reservatis adnumeretur. Nam virtute, non vestitu & pompâ, Rex præcellere debet. *Non ha de hazer ventaia el Rey, à sus subditos en ropas, mas en Virtudes*; quod fuit apophthegma Heinrici IV. Hispan. Regis. Floreſt. Espagnol. *part. 2. cap. 1. num.*17. In eâdem etiam sententiâ est Clemens Alexandrinus, qui *Pædagog. lib. 11. cap. 10*. Laudo, inquit, veterem Lacedæmoniorum civitatem, quæ solis meretricibus floridas vestes &c. gestare permisit, ut refert Nicol. Cragius. 3. *d. Repub'. Lacedam. Institut.*11. & vid. Mich. d. Montaigne. 1. *des essais. cap.*43. Pasquier. 7. *cap.*11. Henel. *in Silesiographiâ, fol.*58. De vestibus, ac vero Mulierum ornatu, vid. Camerar. 2. *cap. 38. & seq.* Ac item de decenti Mulierum ornatu. vid. Baron. *Anno Christi. 57. num. 25.* Suson. *in 9. rupib. fol. m. 385*. Tertullian. *de habitu Mulier.* Cyprian. *de habitu Virgin.* Scribonium *in Philos. Christiano. cap. 9*. adde Langlæum. 8. *semestr. cap. 6*. Quódque etiam Magni Imperatores, vilioribus usi sint vestibus: refert Dn. Lansius *oration. pro German. fol 86*. Casci, Franci, & Germani luxui planè non dediti erant. Lehman. 2. *cap.*10. ubi de sumptu Episcoporum. & *cap.*14. ubi de conviviis. Contra sumptus in cibo. vide Theolog. Mystic. Grasseri. *fol. 42. &c.*

II. Curam verò Politicæ administrationis, non tantùm consistere in dignitatibus & ordinibus conservandis; sed & ad vestes & ornatum, aliasque ejusmodi res extendi; variis & pluribus rationibus explicat Tholosan. 4. *de Republic.*11. Et ii demùm Penates, ea civitas, id Regnum, æterno in gradu facilè stabit, ubi minimum virium, Veneris, pecuniæque cupido sibi vendicaverit: Valerius Maximus, 4. *cap. 3*. quibus

bus malis radicibus, ſuccum ſubtrahunt ejuſmodi leges. Audi Propertium.3.*eleg*.12.

Quaritis, unde avidis nox ſit pretioſa puellis,
Et Venere exhauſta damna quarantur opes?
Certa quidem tantis cauſa eſt manifeſta ruinis;
Luxuria nimiùm libera facta via eſt.
Hac etiam clauſas expugnant arma pudicas,
Quaque terunt faſtus, Icarioti, tuos.
Matrona incedit cenſus induta nepotum,
Et ſpolia opprobrij noſtra per ora trahit.

Quódque luxus libidinem creet, vid. Kornman. *d. Virginitat. fol.* 157. *quaſt.* 63. Ac quòd non effici poſſit, ut aurum contemnatur, niſi luxus prohibitione. vid. Vit. Patr. *in vitâ Hilarionis.* Nonnulli Legumlatores, Actiones dederunt, propter vitia, ut Charondas: qui actionem pravæ conſuetudinis inſtituit. Diodor. Sicul. 12. *cap.* 12. Perſæ, contra ingratos; ut jam monui *ſuprà.* Et leges etiam, quas noſter olim Tuyſcon dedit, non litigatoriæ erant. Spangenberg. Manßfeldiſche Chronick. 1. *cap.* 5. Cur verò hodie Principes, nullas contra luxum promulgent leges, conjicit Boccalin. 1. *ragguagl.* 63. Hûc pertinent elegantes libelli Matenesii, de bibendo ſuper ſanitatem, de calice Soporis, de luxu & abuſu Veſtium, Lather. 1. *cap.* 10. *& lib.* 2. *cap.* 2. *ac* 3. Nam & Germania indiget cenſore, non qui bibendi cupiditatem ſatiet vel extinguat præceptis; ſed qui prohibeat, ne ultra ſatietatem, ritu certè nefando, quis bibere cogatur. vid. Johann. Elsvvich. *diſp. polit.* 10. *theſ.* 23. *num.* 8.

III. Ex hoc legum Juſtinianearum inſufficientiâ apparet: cùm nullæ, vel pauciſſimæ ibi ſint leges, ad mores, vel vivendi normam ſpeciatim pertinentes; & ſi quæ inibi ſunt, vel noſtris moribus non conveniunt, vel negliguntur, cùm tamen in eo legislatoria conſiſtere videatur. Campanella, *polit. cap.* 5. *à princ.* Tandem, de ratione, cur hodie Juris bona pars, in Forum commigrârit, & omnes leges jam litigatoriæ ſint. vide Johann. Ferrarium Montanum, *de Republic. fol.* 42.


DIS-

DISSERTATIO III.

DE MAGISTRATIBUS ET CENSORIBUS.

CAPUT. I.

Quid sit Magistratus; ac quinam ad illud Munus admittendi?



OSt Jura, Legésque cognitas, consequens nunc esse videtur, ut de *Magistratibus*, eorúmque officio cognoscamus; quia per eos, qui juri dicundo præfecti sunt, effectus rei accipitur: quantùm est enim in Civitate jus esse, nisi sint, qui jura regere, & ad usum societatis humanæ accommodare possint. *l.2.§.13.ff.d.Orig.jur.* Alphonsus Moditius, §. *Magistratus, quæst.4.* Tamdiu Respublicæ vigent, quamdiu leges in his bonæ observantur. Junius *polit.quæst.6.* Bodinus. *3.de Republ.1.* Lex carens executione, est quasi campana sine pistillo: cujus executionis faciendæ gratiâ, Magistratus est constitutus, ut ille sit lex vivens, minister, & Custos legis mutæ. De Magistratibus, apud Christ. Ohemium, *in discurs. de consulib.* & apud Chokier. *aphorism. lib.5. per tot.* Camill. Borell. *tractat. de Magistrat.* pluribus tractatur: Ego hîc spicilegium tantùm instituam.

II. Magistratus dicti putantur, quòd sint Magistri, quibus præcipua rerum cura incumbit; & qui magis, quàm cæteri, deligentiam & sollicitudinem rebus, quibus præsunt, debent. Sicut è contrario Ministri, à minus, ita vocati reputantur. vid. Scipion. Gentil. *in Origin. fol. 277.* Unde Festo, *Magistrare* idem est, quod gubernare, moderari, & imperare. Per Magistratum autem, propriè ita dictum, laxè denotatur omnis is, qui cum potestate est. In quâ significatione, hoc nomine veniunt Dictatores, Consules, Censores, Ædiles, Tribuni Plebis: vel strictè is, qui habet jus consultandi, judicandi & imperandi. Præcipua enim, & maximè propria nota Magistratus est, habere jus imperandi: quâ ab aliis præfe-

cernitur. 4. *Polit. cap.* 15. Timpler.
:, in potestate aliquà qui est, *l. cùm*
ersonâ Magistratus Imperium signi-
ue Magistratus est, qui à summâ po-
am; summæq; potestatis, à quo, qua-
: manat, velut vicarius existit. Kirch-
Sed magis placet, quod scribit Marc.
ait: Jura regit Magistratus. Sic nam-
it Persona publica, quæ Jurisdictioni
, verè si Jurisprudentiam, quæ Poli-
s & præfectus publicæ societatis, cum
mperandi &c. vid. etiam clariss. Dn.
paradox. thes. 16. & Canonhiero. 9.
last. 1. *à princip.*
nperii in eo consistit, ut Princeps sit
ministris utatur: Zieriz. *de convers.*
nia Princeps ipse administrare potest.
facere velit, alios impedit, & semet
.2.) & tùm demum felix populus est,
onhard. Aretinus. *epistolar. lib.* 3. *fol.*
agistratus sint committendi, primò o-
non sunt ex affectu legendi; sed qui
orat. pro Hisp. fol. 237. Tutiúsque est,
probentur, quàm ut Syndicatus actio-
ivers. leçons, cap. 19. Turpissimum est,
Intelligo, (ait Symmach. 10. *epist.* 15.
: Magistratus, qui ex judicio, quàm qui
Blaise du Montluc. *7. des commentair.*
em & doctrinam in Magistratu, & of-
bandam, nemo sanus poterit dubitare.
Undè magis est, ut illiterati & imperiti,
, Bronchorst. 1. *ivarr. assert.* 64. nisi
rint, *l.* 17. *C. de judic.* Et sanè inscitia
in Magistratu pro crimine habetur. Ærod. *fol.* 178. Quódque Romani Milites emeritos promoverint ad Magistratus rectè. vid. Boccalin. *2. ragguagl.* 96. Symmachus, 1. *epist.* 15. *ad Ausonium.* Benè ac sapienter majores nostri, Ædes Virtuti atque Honori, gemellas junctim locârunt; commenti, ibi esse præmia Honoris, ubi sunt merita Virtutis. Etjam penè propter, Camænarum Religio. & sacri fontis advertitur: qui iter ad capessendos magistratus, sæpè literis promovetur. Illudque au-

 tem

institutum, in legibus nostris tractandis, retractandisque: qui ita de jure, imò magis superstitiosè agunt, ac si quis in foro Romano versetur, digni, qui ad Elysios Campos relegentur, ut ibi jus dicant Romanis. Stulta est phantasia, difficiles habere nugas. Et rectè Justinianus, *Novell.* 21. vetera curiosiùs perquirere, & ad præterita tempora recurrere, confusionis potiùs est, quàm legislationis (quamvis leges obsoletæ etiam docendæ videantur. Stamm *de servit. person. lib.* 1. *cap.* 5.) Quâ ratione contra neotericorum subdilitates, communes probarem semper opiniones. Treutler. *disput.* 1. *thes.* 8. vid. Phil. Melanchton. *tom.* 5. *decl. fol.* 631. *&c.* 638.

VII. Et sanè quemadmodum de legum, piarúmque sanctionum necessitate summâ, utilitateque maxumâ, nemo sanus unquàm dubitavit, ita legibus nudis nos contentos esse non posse, sine earundem artificiosâ, ad variorumque factorum circumstantias diversas applicatione, vel ex eo adparet, quòd legibus, qui utitur nimis exactè, (nec eas secundum artis & æquitatis regulam interpretatur) Sycophanta esse videtur, ut jam olim professus est Menander:

Καλὸν οἱ νόμοι σφόδρ᾽ εἰσίν· ὁ δ᾽ ὁρῶν τοὺς νόμους
Λίαν ἀκριβῶς, συκοφάντης φαίνεται.
Præclara sunt leges valdè: at si quis spectet leges
Accuratiùs, calumniator evadit.

Hocque est, quod & contra Pharisæos disputavit Salvator noster, *Matt. cap.* 12. Sabbathis sacerdotes in Templo Sabbathum violant, & sine crimine sunt, *vers.* 5. Undè quoque Doctores nostri dicunt. Etiamsi (quod omnium ferè Italiæ civitatum moribus receptum est) expressè cautum sit, ne judices à legum verbis discedant: hoc tamen vim æquitatis, & congruam legibus interpretationem tollere nequaquam, ex Bartol. & Alexandr. Bodinus. *lib. ultim. cap. ult. de republ. num.* 754. Et Charondas, qui nimis rigidè, nullóque adhibito interpretationis temperamento, leges suas sancivit, observari, à legisque scriptione nullo pacto ut discederetur, prohibuit severè; hujus suæ scrupulositatis pœnas promeritas exolvit. Nam cùm lege à se cautum, capitaléque judicatum esset, ne quâ quis causâ in concionem armis prodiret, & cùm is in agrum exivisset, gladio (propter latronum incursiones) cinctus, atque in regressu immemor gladii ad latus pendentis, in concionem properaret, quòd ibi tumultus excitari audivisset: ibi ab æmulis suis, objectione criminis notatus, confestim stricto gladio, sibimet conspicientibus omnibus, jugulum dicitur aperuisse. Diodorus Siculus, *lib.* 12. Petrus Ærodius, *rer. judicatar. lib.* 3. *tit.* 1. *cap.* 5. Sanè leges quæcunque, ut alia omnia jura, sive prodierint à solâ naturâ, sive ab hominibus sint

inducta,

inducta, semper ad facta aliqua referuntur: neque verò semper factis omnibus æquè convenire conspiciunt; sed pro ipsorum varietate, prudenter eas variari, est necesse. vid. Albert. Bolognet. *in tractat. de lege, jur. & æquitat. cap.* 29. Et absonum videtur, quod referente Bartolo, *in l. omnes populi. ff. d. justit. & jur.* ut & Bologneto, *d. cap.* 29. *nu.* 13. *ac cap.* 34. *num.* 28. quondam occasione statuti Bononiensis, capitis pœnam infligentis ei, qui sanguinem fecerit in foro; hæsitatum diu fuit, esset nè eâdem pœnâ afficiendus ille Chyrurgus, qui subitaneâ apoplexiâ correpto, ex Medici suasu, secaverat venam. Nec præter rem, eo de casu festum supervacaneum facere Bartolum, aliósque Doctores, Zasius scribit, *in l. scire leges. nu.* 19. *ff. de legib.* Æquitas, est anima legis; & absque eâ cadaver est, corpus utcunque perscripti juris. Undè Margarita Austriaca, Mantuæ Ducissa, sapienter dicere solebat: ***Che i testi, & i paragrafi, non erano bastanti per animare il Governo Politico, mà che l'equita era l'anima delle leggi.*** Giovanni Botero. *lib.* 1. *d. detti. fol.* 22. *b* At verò æquitas ea, minimè cerebrina illa, vel nescio quæ imaginaria, hujus vel illius opinatio est, hoc vel illud pro æquo venditantis; sed potiùs jus ipsum nostrum civile, quod ars æqui & boni definitur, *l.* 1. *in pr. ff. de justit. & jur.* ea est jurisprudentia nostra, hoc est, prudens administratio juris scripti. Hocque jus civile contemnendum qui putat, is vincula revellit non modò judiciorum, sed & utilitatis, vitæque communis. Qui autem juris interpretes vituperat, si imperitos juris esse dicit; de hominibus, non de jure civili detrahit: Sin peritis non putat esse obtemperandum; non homines lædit; sed jura & leges labefactat. Cùm tamen nihil in civitate tàm diligenter sit retinendum, ac jus civile. Hoc etenim sublato, nihil est, quare exploratum cuiquam esse possit, quid suum, aut quid alienum sit; nihil est, quod æquabile inter omnes atque unum omnibus esse possit. Hoc neque inflecti gratiâ, neque perfringi potentiâ, neque adulterari pecuniâ potest quod si non modò oppressum, sed etiam desertum, aut negligentius adservatum erit: nihil est, quod quisquam sese habere certum, aut à Patre accepturum, aut relicturum liberis arbitretur. Cicero, *pro Cæcinn. fol. m.* 327. Vbi item sub/. Aquilii personâ, verum, bonumque JCtum describit: Qui nempè juris civilis rationem, nunquàm ab æquitate sejungit, qui ingenium, laborem, fidem suam reipubl. Romanæ promptam, expositamque præbet. qui ita justus, & bonus vir est, ut natura, non disciplina consultus esse videatur: ita peritus ac prudens, ut ex jure civili, non scientia solùm quædam; verùm etiam bonitas nata videatur: cujus tantum est ingenium, ita prompta fides, ut quicquid indè haurias, purum, liquidúmque te haurire sentias. Ac quid, quæso, præcla-

præclarius est: quàm suo jure aliquem dicere posse, idem quod apud Ennium dicit, ille Pythius Apollo, se esse eum, unde sibi, si non populi & reges, at omnes sui cives consilium expetant,

Suarum rerum incerti? quos ego meâ ope ex
Incertis certos, compotesque Consilii
Dimitto, ut ne res temerè tractent turbidas.

Est enim sine dubio, domus Jurisconsulti, totius oraculum civitatis. Cicero, 1. *de Orator.* Ubi prudentissimus Romanæ reipubl. Consul jus civile gravissimè defendit. Studia hæc sunt juris civilis, sine quibus (verba sunt Magni Cujacii, *in epist. ad Filium, tract. 6. ad Africanum præfixa*) neque stare res, neque mores hominum constitui, componi aut temperari ullo modo possunt, sine quibus prudentissimus, cautissimúsque rerum homo, quisquis sit, quantumvis felici sydere natus, nemo unus evaserit unquam, sine quibus æqui & boni quoque speciem comprehenderit vix unquàm quisquam benè, nec si se dederit totum Philosophiæ, nec si literis sacris. Et quæ contra Iurisprudentiam vulgò ac etiam à nasutulis nonnullis inferuntur, de rabulis, foriq. tintinnabulis, qui præter nomen, & externum schema, cum veris ICtis nihil commune habent, accipi debent: de leguleis cautis & acutis, præconibus actionum, cantoribus formularum, aucupibus syllabarum.

VIII. Verùm ex juris arte, quæ fit legum congruæ interpretatio, longè est alia ab eâ potestate, quâ legibus solutus dicitur Princeps. Quippè nam juris auctoritas, legis putà sanciendæ & corrigendæ facultas, in potestate est Principis; facti solummodò quæstio nempè secundum leges ex æquitatis normâ decidendi, penes judicantium est arbitrium. *l. ordo. 15. in princip. ad municipal.* legem qui duram etiam observare tenentur, *l. 12. §. 1. qui & à quibus manumissi.* & quos non clementiores esse oportet lege. *Novell. 82. cap. 10.* vid. Paul. Busium, *subtilitat. 1. cap. 3. & 6. & lib. 3. cap. 2. lib. 5. cap. ultim.* Adde illustrem Enenckelium, *2. de Privileg. 2. num. 14. &c.* ubi duplicem facit interpretationem. (1.) Perpetua est generalis, necessaria; (2.) temporanea, probabilis, ad certum tantummodò tempus, certúmque negotium spectans. Prior ad Principem, qui condere leges potest, altera ad judices pertinet. Jureconsultus dicit, lex est bona, sed huic casui minùs congrua: Princeps corrigit legem in thesi duram. Princeps ita decidit dubios, si qui sunt casus, ut de iis interpretes convenire non possint. Princeps item ex merâ gratiâ; judex ex causâ, legibus proditâ, id facere potest. Principi tali ex causa id facere licet, quæ non necessariò minuet pœnam. Communiter dicunt, summas curias majorem habere potestatem, in jure ex æquitate interpretando; quàm Tribunalia inferiora:

riora: quod Corasius reprobat, *ad L. benignius. ff. d. legib.* non rectè. *vid. auth. hodiè. C. de judic.*

IX. Dubitationem quidem non habet, quin Christianus in judicio possit litigare; Lœtmatius, 7. *cap. 26. &c.* Gerhard. *loc. de Magistrat. num. 171. &c. 275. &c.* Parthen. Litigios. 1. *c. 3. num.* 14. nec tanquam contra charitatem impingentes, ab usu SS. Cœnæ sunt arcendi. Philipp. Melanchton. *tom. 5. declamat. fol.* 153. Nam & S. Paulus jure Civitatis Romanæ se tuebatur, *Actor. 16. vers. 37. & c. 22. vers. 25.* & ad Cæsarem appellavit. *Actor. 25. vers. 11.* Dissentit Wigel. Im disputier Büchlein. *fol. 32.* Attamen abusus & corruptela judiciorũ, etiam cordatos eò adegit, ut Jurisprudentiam & lites detestentur. Guil. Bouchet *des serées. tom. 1. cap. 9. fol. m. 275.* Jessen *in præfat. tr. Rainaldi Corsi, de privatâ reconcil.* In causâ etiam est, quod malè audiunt jureconsulti; quia nunc plerique litibus & processibus occupantur, nec ullâ in re aliâ, arte suâ & scientiâ reipublicæ commodare, vel volunt, vel sciunt; contra ac olim Romæ fiebat. Cicer. 3. *de Orat. section. 21.* Nam sanè latiùs officium JCti patet. Bachov. *ad Treutler. fol. 6.* Undè etiam hodiè apud Italos, Merus Legista, purus putus asinus indigitatur. Aggiunta di Boccalin. 1. Et in tales mordacissimum extat epigramma, *en les bigarrures,* du Seigneur des Accords, *fol. 137.*

Ce rote-loix, ce crache-paragraphe,
Vesse-verset, authentique sufflant,
Pete-canon, decretali-mouchant,
Extravagant-d'un droict; qui tout agraphe &c.

Olim lites, mores non evertebant & corrumpebant, ut hodiè fit: sed promovebant. Sicque Persicis legibus, actio in hominem ingratum prodita fuit. Xenophon. 1. *institut. Cyr. n. 4.*

X. Quia verò hodie, in summam, proh dolor! sanctæ Jurisprudentiæ detrectationem, processus plerunque nihil aliud sunt, quàm hominum nocentium & facinorosorum refugium, latibulúmque; innocentium verò tædium & afflictio. Frider. Mindan. 2. *cap. 71. sect. 6.* Zepper. *de legibus Mosaic. lib. ult. cap. 11.* Ita ut non infacetè quidam dixisse feratur, adhuc Romæ patere Asylum, id est, scelestorum hominum confugium: eo dicterio urbanè notans Rotæ nimium vulgatum benignitatis abusum. Anton. Massa Galesius. *ad form. Cameral. obl. fol. 346.* Itaque certus Pragmaticorum constituendus est numerus, aliáque media litium abbreviandarum, studiosâ curâ inquirenda. De quibus Cusa, 3. *d. concord. Catholic. cap. 40.* Lather. *d. censu. 2. cap. 5. & seqq.* Codex Fabrian. *fol. m. 1152. lib. 9. tit. 22.* Frider. Mindan. *in præfat.* & Clariss. Parthenii Litigiosi Auctor. Johann. item Biardi

discurs. wie dem Justitien werck zuhelffen. Paradin. *histor. Lugdun.* 3. *cap.* 28. Wehner. *observat. practic. fol.* 30. *&c.* Lycurgus olim reputavit, ubi nullum sit argentum, nec etiam fore lites. Plutarch. *in vit. fol.* 103. E re forsan esset, Collegium institui, quod, si partes in facto sint concordes, de jure responderet. Quod in Saxoniâ fieri solet: ut & in Turciâ quoque, *Zefta* illi nominare solent. Thesor. Polit. *part.* 2. *f.* 126. (Annè verò præstet oretenùs, vel in scripto peragi lites? disquirit Busius, 3. *subtil.* 18.) Sumus enim in seculo, ubi judicia sunt, qualia describuntur Habac. 1. *vers.* 3. 4. Facit plerunque ratio aut fortuna causarum, ut in controversiis alter æquitate, alter jure nitatur. Symmach. 1. *epist.* 38. Quàm incertæ, fragilésque iis possessiones, hereditatésque sint, quibus earum retinendarum causâ, judicio sisti, litémve sustinere, necesse est, jure quantumvis optimo illi nitantur, dici vix potest. Vanderburch. *in Chron. Sabaud. ubi de Eduard.* Celebris ille Decretorum Doctor Panormitanus, qui à Pontifice Eugenio Basileam legatus missus, quæ pro jure ejus confirmando allegaturus erat decreta, canonésque, iis ipsis, quâ valebat eruditione, gratiâque, adversus eum infami nundinatione usus est. Idem, *de Amadæo* 8. *fol.* 145. Forma judiciorum, ac Judiciarius ordo, quo in quibusdam utimur locis, neque videtur ordo, neque processus; sed magis confusio & labyrinthus: non procedimus, sed erramus. Calumniosa est ceremoniarum, atque scriptorum altercatio, extra omnem causæ cognitionem. Hinc formularii, arcana qui tractant processuum, & cautelistæ magis in pretio sunt, quàm æquitatis artifices. Imò fatalia Instantiarum, consuetudine abolita jam sunt pessimâ. Sanè tanta nunc ubique juris, legúmque multitudo, & exindè nata confusio est: ut nullum unquam fuerit seculum ab initio Mundi, nullum aliud adhuc hodiè Regnum, vel respublica sit; ubi sub specie juris magis periculosè erretur, ita justitia opprimatur, rerúmque judicatarum executio impediatur; quàm nunc fieri solet, postquàm jus renatum, & quasi è cœlo delapsum esse nobis imaginamur: quàm iis in locis fieri consuevit, ubi juris ratio & scientia, florens magis, magisq; vivida esse deprædicatur. Hócque critirium est *Babylonicæ* confusionis, nunc ubique, etiam inter literatos imperium obtinentis. Tribúsque plagis, bello, fami, pesti, superaddita est jam quarta, scilicet placitare. Boccalin. 2. *ragguagl.* 99. Sicque liquet non præter rationem, in divinis suis Triumphis, *triomph. d. fama, cap.* 3. de Lege dixisse Petrarcham:

——— L'util pianta
Che s'è mal culta, mal frutto produce.

Et pertinet hûc, quod canit Ovvenus. 3. *epigr.* 56.

 Trita

Trita magis juris, quàm justitiæ, via; quanquam
Iuris iter longum, justitiæque breve est.

Lex est filia litis, & lis filia legis. Bauhus. *epigram. fol.* 44. Spartæ, leges non scribebantur, ne parerent lites. Plutarch. *Lycurg. num.* 10. quod & placuit Anacharsi, Plutarch. *Solon. fol.* 351. Quondam summa sapientia, in judicando consistere putabatur: & eo nomine Salomon deprædicatur. Reges exteros, Galli splendidè se excipere putabant, cùm eos in lectum justitiæ, ut loquuntur, collocabant. Paradin. *in histor. Lugdun.* 2. *cap.* 92. Quin & in omni seculo lites fuerunt exosæ. Lysias, *orat. fol.* 82. Quamvis aliàs litigare (magna tamen cum cautione) Christiano non prohibitum videatur. Forster. *ad Decalog. decad.* 1. *problem.* 4. & monui etiam *suprà.* Sed tam diu concedendum aliquid temporum injuriæ, hominum motibus, judiciorum conditioni: donec Deus Opt. Max. pro suâ erga genus hominum clementiâ Magistratibus in mentem dederit; ut vitiis corrupti judiciorum status exploratis in emendationem eorum, omni curâ, omnique animi cogitatione incumbant. Nicol. Cisner. *in epist. ad Geuderos.* hoc insuper tamen fateri cogor; operosam illam litigandi artem, in populo turbulento, qualis Gallicanus est, necessariam esse occupationem. Dn. D. Lansius, *oration. contr. Gall. fol.* 278. *&c.* Erat & olim Africa, nutricula causidicorum: ut *alicubi* ait Juvenalis. Ac litium multitudinem, quâ Gallia laborabat, Galli procurasse putant Pontifices ibi sedem aliquandiù habentes, Girard. 2. *fol.* 61. Sed cur non idem adhuc magis fit Romæ?

XI. Advocati an utiles? negat Morus, *fol.* 230. Boccalin. 2. *ragguagl.* 99. Weihe. *de success. lit B.* Danæ. *polit. fol.* 470. Hœnnon. 5. *th.* 65. *& seqq.* & contra eosdem, vid. Ammian. Marcellin. *fol.* 495. Ego Doctorellos improbo, de quibus Arumæus, *decis. tom.* 1. *fol.* 185. & Sitzman. ad Boët. *d. consolat. fol.* 149. *nu.* 62. Ac de Advocatis Francorum veterum, vid. Lehman. 2. *cap.* 25. de eorum iudiciario processu, Idem *d. lib. cap.* 30. quódque omnes lites sub dio peragebantur, (ne diutiùs protelarentur) ut & hodiè eius rei vestigia sat luculenta Rotvvilæ & in Centenicis iudiciis supersunt: monet ille idem, *d. lib. cap.* 31. Numa etiam, studio simplicitatis, lites iureiurando decidebat. Dionys. Halicarnass. *lib.* 2. quod & fecêre Germani quondam: ut etiam *suprà* dixi. Regio item Consistorio, Advocatos exesse iubet Magnæ Britanniæ Rex Jacobus, *institut. Regia.* 2. *fol.* 97. Et cur eos in Indiam noviter repertam, admittere noluerit Ferdinandus Hispanus, vid. Boccalin. 1. *ragguagl.* 79. *&* 83. Clenard. *in epistol. fol.* 68. *&c.* 88. *&c.* 154. Lermenblaser / *fol.* 79. *&c.* De Advocatis. vid. Ærod. *lib.* 3. *tit.* 6. *per*

discurs. Langlæ. 1. *semestr. per discurs.* Et in Florileg. Græcor. Epigram. 1. *loco 44. tale de iis judicium extat:*

Non verò justum judicet vir qui factus est rabula;
Ne si vel Isocrate eloquentior esset.
Omnis enim qui quæstum facere consuevit, ne amico quidem
Rectius judicare non avarè potest.

Sic & S. Chrysostomus, noluit esse Advocatos, reputans, id munus injustum vitæ propositum esse. Histor. Tripartit. 10. *cap.* 3. In Turciâ etjam, non sunt diuturnæ lites, Bellon. 2. *cap.* 91. & contra Causidicos invehit Mahometus, *in Alcoran.* Iohann. Wolff. *memorabil.* 1. *fol.* 187. adde Monluc. *des commentaires. fol.* 200. Barclai. *in Argenid.* 3. *fol. m.* 374.

XII. Lex etiam justa, potest per tempora justè mutari: legésque senescunt, ac nascuntur, Gell. 20. *cap.* 1. vid. Paracels. *de inventor. artium, tract.* 2. *fol.* 173. Canonhiero. *dell' introduzz.* 8. *cap.* 3. nec enim Leges humanæ sunt de fine, sed de ordinatis ad finem. *c. alma mater.* ubi Covarruv. *in relect. part.* 2. *d. sentent. excom. in* 6. vid. *Novel.* 7. & Rittershus. *ad Novell. in proœm. cap.* 3. Nulla ergò tàm sancta lex est, quam non oporteat, si salus populi postulet, urgeatque necessitas, mutari. Treutler. *disput.* 1. *thes.* 5. *lit. a. ad fin. vol.* 1. Etsi, ut apud Medos, *Daniel.* 6. edicta Regum immutabilia habeantur: Bodin. 1. *de republ. num.* 94. licet hâc clausulâ sint munita; Edicto perpetuo, & irrevocabili sancimus: quamvis universis, præsentibus & futuris sint præscriptæ &c. Bartholom. Muscul. *de success. anomalâ, f.* 27. Non solùm mutatâ republ. ejusque statu, mutari Lex debet: sed & tempora, naturâq; populi mutata; varias exigunt leges. Æqualis itaque æquitas est, tàm in promulgando quæ sunt justa, quàm antiquando, quæ gravia. Ut Medicus temperat Medicinam, ad temporis constitutionem, & ægri conditionem: ita & legislator. Barbaries inprimis, ac sævitia legum antiquarum est immutanda. Sicque (ut ait Tertullianus, *apolog. cap.* 4.) quotidiè illum inantibus tenebras antiquitatis; totam illam veterem & squalentem sylvam legum, novis Principalium rescriptorum, & edictorum securibus truncaverunt, & ceciderunt Romani. Non tamen facilè leges sunt mutandæ, etiam cùm aliqua commoditas invitat. Reipublicæ enim nocet, si cives assuescant, facilè leges antiquare. Eóque nomine culpatur noster Justinianus. Procop. *in histor. secretâ. fol.* 61. *ubi not. fol.* 49. Haut dubiè satiùs fuerit, peccata quædam legum latorum & Magistratuum permittere, & legem etiam duram veterem tolerare; præcipiti quàm mutatione, reipubl. cardinem movere. Nihilque periculosius est, quàm tolerabilia in republ. corrigere velle, præ-

textu

textu melioris. vid. Aristotel.*2.polit.6.propè fin.* Montaigne, *fol. 629.* Krazium, *in polit.6.cap.2.* Boccalin.1.*ragguagl.71.* Legum auctoritas vilescit, Populus si leges mutari videt; quæ potiùs sanctæ, Oraculique loco haberi & coli deberent.*fac.l.2.de constit. Princip.l.23 de legib.* Legesque tùm demùm servantur,& auctoritatem acquirunt, si Divinâ inspiratione factæ;vel quasi tales habeantur. Aristæ.*d.70. Interpret. quæst. 35.*Hinc apud Dionem,*lib.5.fol.501.*Mæcenas ad Augustum:Leges firmiter retine; neque quicquam in his muta. Quod & veteres Germani, studiosâ curâ observârunt. Christ.Lehman. In der Speyr. Chronick. *2.cap.27.*qui *5.cap.61. ad fin.& seq.* suadet,ut leges maturo consilio sanciãtur;quò possint perennare. Et nota sunt hâc de re variarum gentium instituta. Apud Thurios sanxit Charondas; ut si quis legi cuipiam correctionem adhibere vellet,proposito hâc de re consilio, interim guttur laqueo insertum haberet, & expectaret, dùm Populus de mutatione legis suffragia pertulisset.Diodor.Sicul.*lib.12.num.17.* idem de Locrensibus Demosthenes scribit, *oration.advers.Timocrat.* Cautela est, leges non mutare,sed addere interpretationem. Vincent. Cabotius. *disputation. variar.fol.179.&c.*

CAP. IX.

De Legibus spectantibus ad Disciplinam.

LEges in duplici differentia existunt: (1) Forenses (Landtrecht) & (2) ad Civilem disciplinam spectantes(Policey: Lands: oder Statt ordnung) seu ad statum, vel etiam ad mores respicientes. Nec enim satis est,leges condi tales,quibus præmia & pœnæ definiantur, aut Judicia,tàm civilia, quàm Criminalia ordinentur: sed mores etiam exercitationésque Virtutum, legibus sunt adjuvandæ, Laconum more. Laurent.Grimalius,*de optim.senator.2.fol.153.& fol.247.* Hæque leges magis sunt curandæ, quàm illæ, lites solùm quæ expediunt, & extricant: eorúmque Custodiæ ferè præficiuntur Censores. (De Morum ac legum differentiâ,& conjunctione,vid. Piccart. *decad.16. cap.1.*) Hûcque refero Sumptuarias, & Vestiarias leges, quæ maxumè necessariæ sunt: Richter.*axiom.historic.103.*Quamvis per se non videatur esse peccatum, gemmis & pretiosis vestibus ornari. Eo, *tractat.d.gemmis.part.3.ad fin.* leges autem illæ vulgò in eo consistunt,ut certa, certis ordinibus indulgeantur: quemadmodum Politicæ constitutiones Imperii illud exactè

requirunt; & Veneti, ac Noribergẽses studio summo observant, ac Galli nuper imitari sunt conati. Mercur. Francic. *tom.5.fol.64.* Et de frugalitate veterum, ac quando luxus invaserit Urbem Romam, vid. Alexandr. ab Alexandr. 3. *cap.11* Ens. *Convival.1.fol.27.* Ac de legibus sumptuariis abolitis, vid. omninò Tertull. *apol. cap.6.* Hincque conqueritur Grimalius *d. Optim. Senator. fol. 266.* Quòd in Polonia nullius Virtus & conditio, certis sit alligata & constricta ornamentis &c. adde Poncet. *de Iure Municip. num. 63. &c.* Inde evenit, ut Mulieres alicubi, fundis sint exornatæ. vid. Jan. Dousam, *explanat. Plautinar. m. fol. 85.* Alexand. ab Alex. 5. *genial. cap.18.* Econtrà quibusdam in locis, hæc disparitas vestitus improbatur. Galateo. *fol. m. (in edit. 4. linguar.)* 193. Quin & Zeleucus Locrensium Legislator, non putavit accommodam Medicinam esse, si vestitui, & similibus rebus certus modus constituatur; sed si funditùs hic luxus eradicetur: vid. Diodor. Sicul. *lib.12. cap.21.* Lather. *de censu, 1. cap 9.* quod sanè fit, si is infamis & turpis habeatur, non si Principum, Magnatũmque reservatis adnumeretur. Nam virtute, non vestitu & pompâ, Rex præcellere debet. *Non ha de hazer ventaia el Rey, à sus subditos en ropas, mas en Virtudes;* quod fuit apophthegma Heinrici IV. Hispan. Regis. Florest. Espagnol. *part.2. cap.1. num.17.* In eâdem etiam sententiâ est Clemens Alexandrinus, qui *Pædagog. lib.11. cap.10.* Laudo, inquit, veterem Lacedæmoniorum civitatem, quæ solis meretricibus floridas vestes &c. gestare permisit, ut refert Nicol. Cragius. 3. *d. Repub'. Lacedam. Institut.11.* & vid. Mich. d. Montaigne. 1. *des essai. cap.43.* Pasquier. 7. *cap.11.* Henel. *in Silesiographiâ, fol.58.* De vestibus, ac vero Mulierum ornatu, vid. Camerar. 2. *cap.38. & seq.* Ac item de decenti Mulierum ornatu. vid. Baron. *Anno Christi.57. num.25.* Suson. *in 9. rupib. fol. m. 385.* Tertullian. *de habitu Mulier.* Cyprian. *de habitu Virgin.* Scribonium *in Philos. Christiano. cap.9.* adde Langlæum. 8. *semestr. cap.6.* Quódque etiam Magni Imperatores, vilioribus usi sint vestibus: refert Dn. Lansius *oration. pro German. fol 86.* Casci, Franci, & Germani, luxui planè non dediti erant. Lehman. 2. *cap.10.* ubi de sumptu Episcoporum. & *cap.14.* ubi de conviviis. Contra sumptus in cibo. vide Theolog. Mystic. Grasseri. *fol.42. &c.*

II. Curam verò Politicæ administrationis, non tantùm consistere in dignitatibus & ordinibus conservandis; sed & ad vestes & ornatum, aliasque ejusmodi res extendi, variis & pluribus rationibus explicat Tholosan. 4. *de Republic.11.* Et ii demùm Penates, ea civitas, id Regnum, æterno in gradu facilè stabit, ubi minimum virium, Veneris, pecuniæque cupido sibi vendicaverit: Valerius Maximus, *4. cap.3.* quibus

bus malis radicibus, ſuccum ſubtrahunt ejuſmodi leges. Audi Propertium. 3. *eleg.* 11.

Quæritis, unde avidis nox ſit pretioſa puellis,
Et Venere exhauſtæ damna querantur opes?
Certa quidem tantis cauſa eſt manifeſta ruinis;
Luxuriæ nimiùm libera facta via eſt.
Hæc etiam clauſas expugnant arma pudicas,
Quæque terunt faſtus, Icarioti, tuos.
Matrona incedit cenſus induta nepotum,
Et ſpolia opprobrij noſtra per ora trahit.

Quódque luxus libidinem creet, vid. Kornman. *d. Virginitat. fol.* 157. *quæſt.* 63. Ac quòd non effici poſſit, ut aurum contemnatur, niſi luxus prohibitione. vid. Vit. Patr. *in vitâ Hilarionis*. Nonnulli Legumlatores, Actiones dederunt, propter vitia, ut Charondas: qui actionem pravæ conſuetudinis inſtituit. Diodor. Sicul. 12. *cap.* 12. Perſæ, contra ingratos; ut jam monui *ſuprà*. Et leges etiam, quas noſter olim Tuyſcon dedit, non litigatoriæ erant. Spangenberg. Manßfeldische Chronick. 1. *cap.* 5. Cur verò hodie Principes, nullas contra luxum promulgent leges, conjicit Boccalin. 1. *ragguagl.* 63. Hûc pertinent elegantes libelli Matenesii, de bibendo ſuper ſanitatem, de calice Soporis, de luxu & abuſu Veſtium, Lather. 1. *cap.* 10. & *lib.* 2. *cap.* 2. *ac* 3. Nam & Germania indiget cenſore, non qui bibendi cupiditatem ſatiet vel extinguat præceptis; ſed qui prohibeat, ne ultra ſatietatem, ritu certè nefando, quis bibere cogatur. vid. Johann. Elsvvich. *diſp. polit.* 10. *theſ.* 23. *num* 8.

III. Ex hoc legum Juſtinianearum inſufficientiâ apparet: cùm nullæ, vel pauciſſimæ ibi ſint leges, ad mores, vel vivendi normam ſpeciatim pertinentes; & ſi quæ inibi ſunt, vel noſtris moribus non conveniunt, vel negliguntur, cùm tamen in eo legiſlatoria conſiſtere videatur. Campanella, *polit. cap.* 5. *à princ.* Tandem, de ratione, cur hodie Juris bona pars, in Forum commigrârit, & omnes leges jam litigatoriæ ſint. vide Johann. Ferrarium Montanum, *de Republic. fol.* 42.

DIS-

DISSERTATIO III.

DE MAGISTRATIBUS ET CENSORIBUS.

CAPUT. I.

Quid sit Magistratus; ac quinam ad illud Munus admittendi?



Ost Jura, Legésque cognitas, consequens nunc esse videtur, ut de *Magistratibus*, eorúmque officio cognoscamus; quia per eos, qui juri dicundo præfecti sunt, effectus rei accipitur: quantùm est enim in Civitate jus esse, nisi sint, qui jura regere, & ad usum societatis humanæ accommodare possint. *l.2.§.13.ff.d.Orig.jur.* Alphonsus Moditius, *§. Magistratus, quæst.4.* Tamdiu Respublicæ vigent, quamdiu leges in his bonæ observantur. Junius *polit.quæst.6.* Bodinus.*3.de Republ.1.* Lex carens executione, est quasi campana sine pistillo: cujus executionis faciendæ gratiâ, Magistratus est constitutus, ut ille sit lex vivens, minister, & Custos legis mutæ. De Magistratibus, apud Christ. Ohemium, *in discurs. de consulib.* & apud Chokier. *aphorism. lib.5. per tot.* Camill Borell. *tractat. de Magistrat.* pluribus tractatur: Ego hic spicilegium tantùm instituam.

II. Magistratus dicti putantur, quòd sint Magistri, quibus præcipua rerum cura incumbit; & qui magis, quàm cæteri, deligentiam & sollicitudinem rebus, quibus præsunt, debent. Sicut è contrario Ministri, à minus, ita vocati reputantur. vid. Scipion. Gentil. *in Origin. fol.* 277. Unde Festo, *Magistrare* idem est, quod gubernare, moderari, & imperare. Per Magistratum autem, propriè ita dictum, laxè denotatur omnis is, qui cum potestate est. In quâ significatione, hoc nomine veniunt Dictatores, Consules, Censores, Ædiles, Tribuni Plebis: vel strictè is, qui habet jus consultandi, judicandi & imperandi. Præcipua enim, & maximè propria nota Magistratus est, habere jus imperandi: quâ ab aliis præfe-

præfecturis & procurationibus diſcernitur. 4. *Polit. cap.* 15. Timpler. 2. *cap.* 1. *qu.* 4. Magiſtratus dicitur, in poteſtate aliquâ qui eſt, *l. cùm qui. de juriſdict.* Poteſtas verò in perſonâ Magiſtratus Imperium ſignificat. *l.* 215. *de verb. ſignif.* Et itaque Magiſtratus eſt, qui à ſummâ poteſtate conceſſum obtinet imperium; ſummæq; poteſtatis, à quo, quaſi ex fonte & capite, omne imperiũ manat, velut vicarius exiſtit. Kirchner. *diſputat. de republ.* 8. *theſ.* 1. Sed magis placet, quod ſcribit Marc. Lyclama, *membranar.* 5. *cap.* 1. ubi ait: Jura regit Magiſtratus. Sic namque eum Cujacius definit; Quòd ſit Perſona publica, quæ Juriſdictioni præeſt: anguſtè ſi Politicen ſpectes; verè ſi Jurisprudentiam, quæ Politices pars eſt; Politicè, Magiſtratus & præfectus publicæ ſocietatis, cum poteſtate conſultandi, judicandi, imperandi &c. vid. etiam clariſſ. Dn. D. Joachim. Cluten. *in faſcicul. paradox. theſ.* 16. & Canonhiero. 9. *cap.* 1. item Vultej. *diſceptat. Scholaſt.* 1. *à princip.*

III. Prima pars optimi Imperii in eo conſiſtit, ut Princeps ſit bonus; altera, ut bonis & idoneis miniſtris utatur: Zieriz. *de converſ. rerumpubl. fol.* 34. (Non enim omnia Princeps ipſe adminiſtrare poteſt. Canonhiero. 8. *cap.* 13. hócque ſi facere velit, alios impedit, & ſemet conſumit, Exod. 18. *verſ.* 14. 18. 22.) & tùm demum felix populus eſt, ſi habeat bonos Magiſtratus. Leonhard. Aretinus. *epiſtolar. lib.* 3. *fol.* 116. *&c.* Ac ideò, *quibuſnam Magiſtratus ſint committendi*, primò omnium indagandum eſt. Hique non ſunt ex affectu legendi; ſed qui videntur ſufficientes. Dn. Lanſ. *orat. pro Hiſp. fol.* 237. Tutiúsque eſt, ut Magiſtratus ambientes, priùs probentur, quàm ut Syndicatus actione conveniantur, Guyon. 4. *d. diverſ. leçons, cap.* 19. Turpiſſimum eſt, Magiſtratus ex favore impertiri. Intelligo, (ait Symmach. 10. *epiſt.* 15. quantò plus ſollicitudinis habeat Magiſtratus, qui ex judicio, quàm qui ex gratiâ venit &c. vid. omninò Blaiſe du Montluc. 7. *des commentair. fol.* 195. *b. &c.* Eruditionem autem & doctrinam in Magiſtratu, & officiis publicis, vel maxumè probandam, nemo ſanus poterit dubitare. Junius *quæſt. Polit.* 18. *à princ.* Undè magis eſt, ut illiterati & imperiti, judices eſſe non poſſe, videantur, Bronchorſt. 1. *ἐναντ. aſſert.* 64. niſi longo uſu prudentiam comparârint, *l.* 17. *C. de judic.* Et ſanè inſcitia in Magiſtratu pro crimine habetur. Ærod. *fol.* 178. Quódque Romani Milites emeritos promoverint ad Magiſtratus rectè. vid. Boccalin. 2. *ragguagl.* 96. Symmachus, 1. *epiſt.* 15. *ad Auſonium.* Benè ac ſapienter majores noſtri, Ædes Virtuti atque Honori, gemellas junctim locârunt; commenti, ibi eſſe præmia Honoris, ubi ſunt merita Virtutis. Etjam penè propter, Camænarum Religio, & ſacri fontis advertitur: qui iter ad capeſſendos magiſtratus, ſæpè literis promovetur. Illudque au-

tem sciendum est, conducere hactenùs liberales scientias, si præparant. Sapientiam enim non habent; sed conferunt ad habendam. Lips. *manuduction. ad Stoic. 1. diss. 2.* vide les essais de Montaigne. 1. *cap.* 24. Forsan & hîc Josephi Scaligeri, *Auson. lection. 1. cap. 20. ad fin.* & Joachimi Bellaii judicium locum tueri poterit:

Ie hay par sur tout un sça oir pedantesque!

Et in quo vera sapientia consistat, sequentes indicant versus:

—— Uno minor est sapiens Iove: quatuor autem,
Ipsi conveniunt; quoniam benè consulit atque
Iudicat errore amoto, rectèque gubernat,
Et contemplari divina, humanaque ad ipsum
Pertinet. ——

Sed et ii, quos Scholasticos putamus, politicarum rerum quandoque gnarissimi sunt; ut de Buchanano refert Kirchnerus, *disp. ultim. hypoth.* 7. & de Adriano Turnebo, Montaigne. *d. cap.* 24. *fol.* 107. interdum sunt *Lettreferis*, ut Montaigne, *d. fol.* aut *Savii per lettera, pazzi per volgare*, ut eos vocat Stephan. Guazzo. *de civil. conversat. l.* 1. Quódque studium historicum (maxumè in Magistratu commendandum) philosophicè tractandum sit, monet Montaigne, 1. *cap.* 25. *fol.* 124. & Alberic. Gentil. *de legato, ubi de Machiavello.* Et num Magistratus debeat esse Doctor, disputat Borell. 1. *cap.* 8. Quales debeant esse Magistratus? tractat Boccalin. 1. *ragguagl.* 41. Sanè debent viri strenui esse: non oscitantes: timentes Deum, (non respicientes adfectus, vel gratiam superioris) veraces & non avari. Exod. 18. *vers.* 21. Non spurii, Borellus, 1. *cap.* 7. Nec item idoneus est Magistratus, qui non didicit parere. Piccart. *ad Polit. Aristot. fol.* 366. Qualis autem prudentia requiratur in Magistratu, tradit Theodoret. *contra gentes, fol.* 9. memoriâ etjam videtur esse dignum, quòd olim Athenis, qui ad Magistratum admitti cupiebat, vitæ examen subire cogebatur. vid. Lysiam, *orat.* 15. 16. *&* 30. Estque omninò necessaria inquisitio in mores. Langlæus. 7. *semestr. cap.* 11. & ut testimonium habeant vitæ anteactæ, sollen einen Abschied haben. Borell. 1. *cap.* 16. Alexander Severus nomina futurorum Magistratuum proponebat, hortans populum, ut si quis quid haberet criminis, probaret manifestis rebus. Lampridius, in vitâ. *fol.* 218. Et eò major requiritur hîc cautio; quòd decipi facilè princeps vel populus potest: cùm sæpè Magistratus tùm demum indicet virum, sæpè etiam corrumpat, honorésque mores mutent. Erasm. *in Adag.* Viel suchen den Schlüssel &c. Melander. *ioco-ser.* 1. *num.* 254. Primum autem & potissimum existimo, ait Frontinus, *tractat. de aqua duct.* cùm ei aquarum officium injunctum esset: nosse, quod suscepi. Neque enim ul-

lum

lum omnis actus certius fundamentum crediderim, quàm quæ facienda, quæque vitanda sint, posse decernere. Nam quid viro tàm indecorum & intolerabile, quàm delegatum officium, ex adjutorum agere præceptis? (quod fieri necesse est, quoties imperitia præcessit ejus, cui decernitur usus) quorum etsi necessariæ partes sunt; tamen ad ministerium, ut manus quædam & instrumentum agentis, esse debent.

IV. Neque senes simpliciter ad magistratum sunt admittendi, neque juvenes simpliciter ab eo excludendi: Sed videndum est antè omnia, qui tàm ex juvenibus, quàm senibus idonei sint maxumè. Junius, *quæst*. 14. Timpler. 2. *polit. cap*. 2. *quæst*. 10. Scipio Amirato. *l*. 11. *discurs*. 5. Corasius, *ad rubric. ff. de Quæstor*. Camill. Borellus 1. *de Magistrat. cap*. 6. Langlæus. 7. *semestr. cap*. 10. Minor 20. annis Magistratum gerere potest. *l*. 1. *de offic. Consul*. & ibi Coras. *l*. 57. *de re jud*. Et ita legem ad rempublicam. 8. *de munerib. & honor. cum similibus* de magistratibus municipalibus accipio. Rationem differentiæ puto consistere in eo: quod magistratus, in urbe ab ipsis Imperatoribus eligebantur; in municipiis hoc faciebat Collegium decurionum, qui magis legibus adstricti fuerunt. Alioqui in liberâ republicâ 43. anni, Consulatui fuerunt præstituti: Cujac. 17. *observat. cap*. 43. Sed postquàm Principes imperium ad se transtulerunt; non ætas, sed voluntas Principis spectari cœpit. *arg. l*. 1. *ad L. Iul. Amb*. Quemadmodum & populus ex plenitudine potestatis, hâc interdum in re dispensavit. Undè & Scipio dicebat: Sat habeo annorum, si populus me Consulem fieri voluerit. Sanè Princeps & populus, legibus annalibus non tenentur. Ærod. *fol*. 173. adde Dn. Winter. *d. assessore, part*. 1. *cap*. 5. *n*. 13. *&c*. Discurs Ohemii, *de Consulib. fol*. 91. *&c*.

V. An autem divitibus, quàm pauperibus, magistratum committi præstet? in dubium hîc vocari potest. Ego, ut quidem rationem aliquam opum habendam esse puto: ita pauperes prorsùs excludendos esse, minimè censeo. Non facultates, sed virtus; non adjumenta fortunæ, sed ornamenta animi, in electione sunt spectanda. 3. *polit*. 3. & ibi Casus *in sphæra*. Junius, *quæst*. 17. Keckerman. 1. *polit*. 12. *f*. 35. Timpler. 2. *cap*. 2. *quæstion*. 12. Piccolom. *grad*. 10. *cap*. 20. Dn. Ant. Winter. *in Assessore, part*. 1. *cap*. 5. *nu*. 48. Rolbagii *certamen masculo-fœm. cap*. 39. *& seqq*. Borell. 1. *cap*. 13. Lehmann. 1. *cap*. 15. *fol*. 33. *col*. 1. Sed multis in locis müssen die Amptleut bürgschafft thun. Borell. 1. *cap*. 15.

VI. Ortum seu originem quod attinet: Indigenarum ac civium, potiorem habendam esse ratione, omnibus ferè placuit gentibus. Anti Machiavel. 1. *cap. ult*. Bodinus, 6. *de republ*. 5. Scheplitz. *ad constitut. Brandenburg. fol*. 5. Lather. *de censu*. 3. *cap*. 16. *fol*. 795. Borell. 1. *cap*. 5.

Lehman. *fol.* 425. (ubi, quod Saxonibus ideò exosus Heinricus IV. quòd Suevos constituebat officiales, eorúmque consilio utebatur) Philosophi effatum est: 5. *polit.* 10. Peregrinos civibus præferre, ad mensam vocare, & reipublicæ custodes efficere, Tyrannorum, non Regum esse &c. adde Speckhan. *cent.* 2. *quæst.* 9. *class.* 1. Mynsing. 4. *observat.* 30. & ibi *notata* Arnoldi Reyger. Philipp. Hœnon. *disputat. polit.* 3. *thes.* 28. *& seq.* Boccalin. 2. *di Parnasso fol.* 35. Certamen masculo-fœm. *cap.* 36. Tileman. *disputat.* 2. *thes.* 18. *vol.* 1. latè & egregiè Schifordegherus, *lib.* 3. *tract.* 30. *quæst.* 1. *& mult. seqq.* Hinc legibus fundamentalibus quorundam locorum, peregrini Magistratus improbantur. Ut in Belgio, Meteranus, *f.* 84. & in Navarræ regno, fuit receptum: Histor. *de Navarr. fol.* 604. & adhuc in Hispaniâ observatur; Thesoro Polit. 1. *fol.* 92. ut & in Hungariâ quoque. vid. omninò Mercure François. *fol.* 31. *b. & f.* 106. ac Turcia item Bellon. 2. *cap.* 11. Dissentit Tesfaurus, *decis.* 268. ut & Anton. Winter. *in Assessor. part.* 1. *cap.* 6. *nu.* 5. *ac in epistol. dedicat. partis secund.* vid. *l. ult. C. de crim. Sacrileg.* & ibi Gothofred. & *tot. tit. C. ut nulli Patriæ sua administratio sine permiss. Princ. conced.* ibique Scotanum, in *paratitl.* Eæ verò gentes, quæ vel ex Privilegio, peregrinos admittere non coguntur; vel eos in suâ civitate haut æquo animo ferre possunt: hoc cumprimis studere debent, ut talium semper hominum copiâ abundent, qui aliis, non originis tantùm ratione, adeóque sincero in patriam amore, extraneis digniores videantur, sed & virtutum suarum, ac experientiæ laude, iis nullo modo cedant. Nùm verò Personæ Ecclesiasticæ, secularia debeant officia administrare? vid. Borell. 1. *cap.* 10. & hoc ut fiat, suadet in primis Campanell. *in tractat. de Monarch. Hispan.* etiam *Franci* prisci observârunt. De quibus Girard. *tom.* 1. *fol.* 267. *Tous les grands jugemens, se faisoient par un nombre egual des Barons & Prelats.* Sed ii inprimis hîc considerarunt, quod uxores ac liberos non habuerunt.

VII. Sanè vilis est ille, qui viles tantùm sibi admovet, certissimúmque non magni Principis argumentum esse, magnos libertos; ait Plinius, *in Panegyr.* Attamen si electio fiat ex singulis civium honestiorum ordinibus; singuli ad virtutis studium magis inflammantur. Junius, *quæst.* 16. Timpler. *cap.* 2. *quæst.* 5. Certamen masculo-fœm. *cap.* 37. *& seq.* De illâ quæstione, an Nobiles præ aliis ad officia promovendi? ita illustris Enenckelius, *annotat. ad Thucyd. fol.* 617. scribit: Si non, qui externâ aliquâ generis vel familiæ inani prærogativâ, sed virtute, prudentiâque aliis præcellit, eidem alii parerent; meliùs profectò cum rebus humanis ageretur. Nunc (malùm) contra rationem, multi nobiles & illustres viri nobis nascuntur; & sæpè, qui nunquam

rempubl.

rempublicam administrare didicit, nec Bellum, Martémve vidit, extempló ob solum genus, hominibus, ipso plerunque melioribus in republicâ imperat: in militiâ ducem, tribunum, vexilliferum agit, &c. Ego consuetudinis item, usûsque longævi rationem habendam esse puto: nempè, ut officia, quibus Nobiles semper præfuerunt, non aliis facilè concedantur. Sanè apud Francos, olim Judices & magistratus, ferè non alii, nisi indigenæ & nobiles erant. Lehman. 2. *cap.* 22. *asf.* 301. sed tamen, licèt Nobiles ex consuetudine præferantur; id tamen intelligi debet, si fuerint idonei, *l. ut gradatim.* 11. §. 8. *ff. de munerib.* Romani non admittebant peregrinos seu barbaros, omnes erant cives Romani. Sed noluerunt quem in urbe, in quâ natus, & ita nimis notus, imperare. Ærod. *fol.* 182. Sed cur poterat esse Prætor Romanus Romæ; *arg. l.* 1. *d. offic. prætor.* quia ibi Imperator poterat inspicere. Præses non potuit esse, ne novas res in Provinciâ moliretur.

VIII. Improbandum esse, Aristoteles dicit, 2. *polit.* 9. ut idem homo, pluribus magistratibus præsit: nam unum opus ab uno optimè perficitur. Et in πολυπράγμονας istos, qui plura simul officia arripiunt; illud, quod olim Athenis, civium sermone de Metiocho quodam circumferebatur, quadrare videtur: Metiochus exercitum ducit, Metiochus vias curat, Metiochus farinam tractat, Metiochus cunctis aliis præest; Metiochus itaque plorabit. Plutarch. *de republ. gerend.* vid. Bodin. 4. *de republic.* 4. Junium, *quæst. polit.* 22. Keckermann. *disputat.* 31. *problem.* 6. Piccolomin. *grad.* 10. *c.* 21. Etiam est arcanum tuendæ libertatis, ne quis plures simul gerat Magistratus. Casaubon. *ad Sueton. fol.* 38. *col.* 2. *num.* 43. Sed tamen alicubi ad sumptus minuendos, officia conjunguntur, & uni concreduntur. Ac item Justinianus consultum reputavit, ut officia militaria & civilia, ab uno gerantur, *Novell.* 24. *&c.*

IX. Invitos canes venatum ducere, id verò nihil est, ait Comicus. Quòd si ergò certum est, eum odisse Patriam, qui imperium oblatum detrectat; nullâ ratione assumendus erit: imò gravissimâ pœnâ mulctandus, tanquam qui omnem virtutis stimulum excusserit. Keckerman. *disputat* 29. *problem* 9. vid. Junium, *quæstion. polit.* 8. Ell. Wich. *disputat. polit.* 8. *thes.* 11. Interim ambitus non est approbandus, (ac contra eum etiam Veneti leges tulerunt, Bembus, *histor. fol.* 292.) hacque ratione, invitis magistratus commendavit Alex. Severus, nec facilè ambientes in rempublicam collocavit. Lamprid. *fol. m.* 211. Melius urbi nostræ in posterum consulitis, si legetis invitos. Symmachus. 10. *epist.* 16. Non enim sese ingerere debet vir bonus: & contra ambitum, multæ olim leges à diversis populis latæ fuerunt. Alexand. ab Alexandr.

lexandri 3. *cap.* 17. Sed tamen eo animo ad rempublicam accedendum, quo Cato Uticensis apud Plutarchum. *in vitâ, n.* 6. At de causis, ob quas quis se a Magistratus susceptione excusare potest. vid. Ærod. *fol.* 174. *& seq.* qui idẽ, *f.* 176. 79. *&c.* de abrogatione & abdicatione agit. Quodque Baronius, invitissimus factus fuerit Cardinalis, ac quæ ille egerit, ne ad Pontificatum perveniret, commemorat Spondan. *in ejus vitâ.*

X. Hic loci, de eo disputari potest: An sapiens ad rempublicam accedere debeat, gerendúsque nùm sit Magistratus? vid. Johann. Talenton. *Thesaur. var. rer.* 3. *cap.* 13. Melch. Junium, *quæst. polit.* 7 Boccalin. 1. *ragguagl.* 69. Nemo quod suum est, quærat, sed quod alterius. 1. *Corinth.* 10. Illud te considerare oportet, inquit Plato, *epistol.* 9. *ad Architam Tarent.* nullum nostrum sibi soli esse natum: sed ortus nostri partem sibi Patriam vendicare, partem parentes, partem amicos, vocante igitur te Patriâ ipsa, ad rempublicam gubernandam, impium esset non parere: ne aditum pravis hominibus relinquas vid. Plutarch. *in Polit.* Quamvis conditio Privatorum, non Philosophorum modò, sed & ex Aulicorum, ac Politicorum nonnullorum sententiâ, felicior censeatur; quàm eorum, qui publicis negotiis occupantur. vid. Camerar. *centur.* 1. *cap.* 32. *& seq. centur.* 2. *cap.* 45. *& centur.* 3 *cap.* 91. *& duob. seqq.* Undè Epicuri dictum, λάθε βιώσας: Non vixit malè, qui latens, moriénsque fefellit. Seneca, *de Vatiâ*: quoties aliquos Asinii Galli amicitia, Sejani odium, deindè amor merserat, exclamabant homines: O Vatia, solus scis vivere! Et idem Seneca non uno loci; Sapientem se à republicâ abstinere debere, nobis persuadere conatur: & Catoni, aliter quòd fecerit, gravem dicam scribit. Elegans habet Epigramma Georg. Sabinus, 1. *poëmat. fol.* 293.

Illecebris veluti meretrix invitat amantes,
Afferat ipsa quibus perniciosa malum.
Haud secus allectat Iuvenum respublicâ mentes,
Perdit, amatores quæ malefida suos.
Quisquis es, hanc pariter devites, hortor, & illam:
Utraque plena mala fraudis, amata nocet.

Hùc pertinet Pompon. Attici vita apud Cornel. Nepotem: qui ad rempublicam accedere noluit; quam perditam iri videbat. Aliis item placet illud Plauti, in Mercat.

Ubi mores deteriores increbrescunt indies,
Ubique amici, qui infideles sint, nequeas pernoscere:
Ibi quidem si regnum detur, non est cupita civitas.

Thraseas apud Tacitum, *annal.* 16. Multùm antè secum expenderet, quòd tali tempore, capessendæ reipublicæ iter ingrederetur. Attamen rectius

rectiùs facere videntur, qui illæſæ conſcientiæ ſcuto, ſecuri excipiunt invidiæ ſagittas; & mortem quoque honeſtam ſi ita neceſſitas ferat, jucundo otio præponunt. Boni etiam ſub malo Principe commendare ſe poſſunt, ut probat Scipio Amirato, *4. diſcurſ. 4* Ac quòd Philoſophia, ab adminiſtrandâ republicâ non ſit alienâ, & quòd ex Philoſophis quidam rempublicam adminiſtrârint, teſtatur AElianus *var. 3. cap. 17.* Non etiam pro ſapientibus ſunt habendi, qui non ſocordiâ quâdam vel puſillanimitate, ſed ideò ad rempublicam accedere nolunt; ut contemplativis ſcientiis, Philologicisve ſtudiis, ſe dedere poſſint. vid. Ariſt. *7. polit. cap. 2. & 3.* Contemplationes quippe rerum ſublimium, animum excolere, non rapere, ſocietatemque civilem parte ſuâ privare debent. Et egregia eſt Ciceronis ſententia; qui, de talibus ſolitariis loquens, ita ſcribit: *3. de Orator.* Sunt inquit, boni viri, & quoniam ſibi ita videntur, beati, tantum eos admoneamus, ut illud, etiamſi foret veriſſimum, tacitum tamen, tanquam myſterium teneant, quòd negant verſari in republicâ, eſſe ſapientis. Nam ſi hoc nobis, atque optimo cuique perſuaſerint, non poterunt ipſi eſſe, quod maxumè cupiunt, otioſi.

XI. Officia quoque, ac munera parva, haut ſunt contemenda, ait Junius, *quæſt. 9.* Non enim virtutibus ex dignitate, ſed ex virtute dignitati honor accedit. Boët. *2. de conſolat. Philoſoph. proſ. 6.* Et melius eſt, ſenſim ac gradatim ad honores, dignitateſque & Magiſtratus magnos pervenire; quàm ſubitò inclareſcere. *l. ult. gradatim. n. ff. de muneribus.* Junius *quæſt. 10.* vid. Scip. Ammirato, *lib. 3. diſcurſ. 3.* Coraſ. *ad rubric. ff. de Quæſtorib.* Sicque Cato Junior addidit Quæſturæ dignitatem Conſulatus. Plutarch. *in vitâ, fol. m. 346.* Perſona debet officio addere dignitatem, non è contra. Piccart. *decad. 14. cap. 9.*

XII. Magiſtratus emere, reipublicæ pernicioſiſſimum putatur. Novell. *24. cap. 2.* vid. *de Iurib. Maieſt. polit. cap. 3. ad fin.* Girard. *tom. 1. fol. 919. 961. &c.* Benediger herlligkeit/ *fol. m. 246.* Paradin. *hiſtoir. du Lyon. 2. cap. 97. in fin.* Fileſac. *1. ſelection. cap. 15.* Paſquier. *4. c. 15.* Sanè libertati populi Romani interitum, cùm alia vitia ſenſim in eam rempublicam admiſſa, attulêre; tùm meo quidem animo, vel maxumè fœda illa honorum nundinatio, quæ Romæ tandem ita viguit, ut Plutarch. *in Caton. Uticenſ.* referat; ita Romanos per illa tempora uſos eſſe τῷ δεκάζεσθαι, ὡς ἐργασίᾳ συνήθει Notátque idem in Cæſare, tantam fuiſſe tùm publicorum morum labem & κακοπολιτείαν, ut candidati palàm in Comitiis, numarias menſas ponerent, & populi redimerent ſuffragia.

Hinc rapti faſces pretio, ſectorque favoris
Ipſe ſui populus, lætaliſque ambitus urbi.

ANNUA

Annua venali referens certamina campo.
Lucan. 1. vide Casaubonum, *ad Sueton. in Cæsar. cap. 19.* Incommoda, quæ in Gallicanâ Monarchiâ, officiorum venditiones subsequuntur, recenset Anonymus historicus, *de l'estat de France, soubs François. 2. fol. 25.* Excusat tamen hunc Franco-Galliæ morem Isaac. Pontanus, *in Itinerar. Narbonensi, fol. 148.* adde Mercur. François, *tom. 3. f. 469.* Cominæ. *lib. 1. cap. 6 f. 52.* Miram Proregis Indiæ eligendi rationem, & notatu dignam, describit Hugo Linscolanus *in Itinerario suo, f. 78. col. 2.*

CAP. II.

De divisione Magistratuum: ac aliis circa eos observandis.

AB uno cùm cuncta provideri non possint, plures esse magistratus oportet; qui in omnifariis rebus Principem juvent: hócque modo Princeps, multos oculos. multas aures, multas item manus atque pedes sibi facit. *3 polit. 12.* magistratus autem pro cujusque reipublicæ statu, gradibus suis distinguuntur; ut alius major, alius minor esse dicatur, alius super mille, alius super 100. alius super 50. alius super 10. Exod. *18. vers. 21. major* nulli præterquam summæ potestati subest: *minor* & subalternus, seu intermedius; superioris magistratus imperio tenetur, aliisque sese inferioribus, vel magistratibus vel Privatis imperat. interdùm gradus sunt sine subalternatione: id est, ut unus alio sit major; sed omnes immediatè Principi subjecti. Tileman. *disput. 2. per discurs. vol. 1.*

II. Concessio itidem illa, quâ magistratui, subalternum aliquod à Majestate Imperium, vel Jurisdictio confertur; non uniformis: sed pro moribus & institutis cujúsque reipublicæ, varia est, *Tileman. disputat. 4. thes. 1.* Cabotius, *2. disputat. var. cap. 5.* In Romanâ olim Civitate, vel speciali concedebatur lege, Senatus consulto scilicèt, principalive constitutione, aut jure magistratus concessi, competebat. *l. 1. de offic. ejus cui mand. est jurisdict.* Hodiè Feudi jure plerunque, & territorii lege successoriâ, Ducibus, Comitibus, Nobilibus &c. Imperium, omnimodaque competit jurisdictio. Wesenbec *in paratitl. de jurisdict. num. 10.* Reinkingkh. *part. 2. class. 2. cap. ult.* Klockh. *de Vectigalib. thes. 15. a.* (ubi, quod nunc jurisdictionalia in patrimonio sint.) Schifordegher. *part. 3. tr. penult.* Borell. *1. de magistrat. cap. 1.* Hincque ferè effectum est, ut jurisdictionis nunc materia, immutata sit ferè penitùs.

penitùs. Wehner *in observat. d. verb. signif. fol. 385.* Cùm enim faciem illam Romani imperii, qualis tempore Justiniani fuit, penitùs alteratam videamus; indè quoque ipsius imperii, jurisdictionisque usum, prout in juris nostri systemate proditus, descriptúsque invenitur: magnam quoque varietatem fecisse, certum est, *arg. l. 2. §. 3. de origin. jur.* Aristotel. *5. Ethic. 7.* Præfecturas & jurisdictiones hæreditarias esse, non placet magnæ Britanniæ Regi, *in instit. Reg. fol. m. 51.* Nec etiam Cusæ, *3. de concord. cap. 28. & seq.* Quando autem, & quâ occasione, id sit factum, alibi non uno loco dixi: & docet etiam Girard. *tom. 1. f. 511. 532. &c. 534. 538. &c.* Wolffius, *lection. memorabil. 1. fol. 62.* Paradin. *hist. d. Lyon. 2. cap. 25.* Stumpff. *7. cap. 18.* Machiavell. *hist. Florent. lib. 1.* Indè nunc quàm plurima antiquavit ipsa temporis vetustas, & longa permutavit dies: quæ ut aliam vitam, alios mores; ita alias quoque haud immeritò postulat leges. Indéque si quis imperii & jurisdictionis modernæ complicatam notionem, solâ juris Romani peritiâ, Bartolivè, & sequacium traditionibus fretus, evolvere tentaverit; nec Statum reipublicæ, ejúsque jura fundamentalia, arcana & simulachra imperiorum, Politico liberaverit judicio; is ædepol, ab Asino lanam, quod ajunt, quæret, operámque omnem perdet & oleum: cùm multùm intersit inter id, quod fuit, & id quod nunc est. *l. 98. §. 5. d. solut.* Knichen. *in epist. dedicat. tract. de jur. territorii.*

III. Sic pariter quod de mero, mixtóque imperio, ac simplici jurisdictione, in libris nostri juris, eorúmque interpretibus, diligenter & tædiosè etiam nonnunqum, ac superstitiosè explicatur: id hodiernâ omnium ferè locorum consuetudine commutatum esse: & tàm merum, quàm mixtum imperium, vocabulo Altæ jurisdictionis, der hohen Obrigkeit/ oder der hohen Gerichte/ contineri existimatur. Bidembach. *quæst. nobil. quæst. 7.* Wehner. *verb.* Zent. Rudinger. *cent. 2. observat. 90. & 97.* Inferior verò jurisdictio, die Vogteyliche oder nidere Obrigkeit/ nidere Herrlichkeit/ non solùm complectitur, quæ vulgò ad simplicem jurisdictionem referuntur; sed & nonnulla ex iis, quæ mixti sunt imperii. Speckhan. *centur. 1. quæst. 90.* Coler. *in process. executiv. part. 2. cap. 1. num. 105. &c.* Matth. Stephan. *1. de jurisdict. c. 3. num. 70. &c.* Knichen. *de Saxon. non appell. privileg. fol. 124.* Moller. *4 semestr. cap. 45.* Wehner. *d. verb. signif. in verb.* Ehegericht/ Obergericht. Berlich *tom. 1. cap. 1.* Quæ possint ratione jurisdictionalium facere Vasalli, vid. Petram. *de potestat. Princip. cap. 11* De inferioribus à Principe, idem *cap. 13.* de naturâ concessæ jurisdictionis, *ibid. cap. 22. & seq. item cap. 24* agitur. Vide etiam Arnold. Engelbrecht. *disputat. de jurisdict. thes. 164. & multis seqq.* De concurrentia Princi-

pis & Vasalli, consule Caspar Leopold. *quaest.9.* Et quomodo se gerere debeat officialis, si jurisdictio sit divisa, vid. Paradin. *histor. d. Lyon. 2. cap. 84. & seqq.*

IV. Diligens hîc adhibenda cautio est, magistratus nimiâ ne potentiâ armetur. Etenim omnis Monarchiæ cautela communis est; neminem facere nimis magnum, aut certè plus quàm unum facere; quò ipsi inter se, quid quisquis agat, observent. *5. polit. 11.* vid. Wesembec. *in parat. ff. de off. jurid. Alexandr.* Sicque Hispaniarum Rex, non dat Provinciis suis Gubernatores absolutos. Conestagius, *fol. m. 492.* Itidem in liberâ republicâ Tyrannides olim, quòd quibusdam summi potentatus committerentur, in polyarchicis statibus exortas esse, refert Aristoteles, *5. polit. 5.* Ita Dictaturam Tyrannidem esse, Sullæ docuit dominatio Romanos. Dionys. Halicarnassæ. *5. prope fin.* Indéque pericula capitalia omnibus existere solere rebuspublicis, exempla Pisistrati Atheniensis, Julii Cæsaris, Sejani, Ripini, Caperi, aliorúmque, ostendunt. vid. Nicol. Betsium, *tractat. de pact. famil. f. 215. &c.* Non contra ista pericula, remedium per omnia sat tutum, suppeditat. *L. un. d. offic. Praefect. praetor.* Kirchner. *8. thes. 1. in fin.* Quæ suadet, ut ad magnitudinem summorum officiorum adhibeantur ii, quorum singularis industria, fides & gravitas explorata habetur. Sæpiùs namque, quod & *suprà* dixi, magistratus demum ostendit virum, & fides integra semper quæ servabatur, Regni violatur gratiâ. De Aulâ Turcicâ ita scribit Henry de Beauvau, *en la relation journa liere du Voyage du Levant. f. 73. La premiere charge, est du grand visier Bacha; luy seul dispose entierement de sa pleine auctoritè, des choses Civiles & Criminales de tout l'estat: en donnant non obstant advis au grand Seigneur, de tout ce qui se passe, lequel ne l'esconduyt jamais de toutes les demandes. C'est avec le susdict grand visier, qu'il faut que les Ambassadeurs traictent ou de paix, ou de guerre.* vid. Thesor. Polit. *tom. 1. fol. 124. &c.* Sed si humanâ ratione, Turcici Imperii conversio prævideri potest, ea exindè erit. Certè Majores Domus, Galliam sub primis duabus Regiis familiis perdiderunt. Et de iis vid. *incert. Annal. Francic. auct. editum à Pythæo, sub anno 751. fol. m. 5.* Lehman. *3. cap. 17. 19. 20. & 22.* Huicque malo removendo, conventus Mercuriales, hodiè sunt instituti. Thuan. *lib. 25. fol. 574. edit. in 8.* Quamvis interdum præter ordinem, magna alicui rectè detur potestas, ut dixi *in tr. d. Aristocr. cap 1.*

V. Administrationes magistratuum perpetuas, cuilibet Statui consultiores statuit, quàm annuas, Kirchnerus. *8. thes. 3.* vid. Aleman. *in palaestrâ, consultat. 3. fol. 98.* Amirato, *1. discurs. 12.* Jac. Curtium,

conje-

conjectur.tom.1.lib.ult.cap.45. vid. Parutam, *discurs. m.fol. 8. & 93.* & Ærod.*fol. 179.* Borell. *1.cap.12.* Lehman. *4.cap.13.fol.315.* Barchi. *in Argenide fol.302.* Ego cum Bodin. *4.de republic.4.* & Hænon. *disputat.9. thes. 21. & disputat. 10. thes.12.* perpetuum magistratum Monarchiis; annuum verò, populari & Aristocratico statui expedire autumo. Tileman. *disputat.2.thes.19.vol.1.* Canonhiero. *9.dell. introduzz.cap.2.* rationem assignat. Elsvvich. *disp polit.8.thes.30.* Indè Æmil. Probus: Miltiades, inquit, multùm in Imperiis, magistratibúsq; versatus, non videbatur posse esse privatus: præsertim cùm Imperii consuetudine, ad imperii cupiditaté trahi videretur. Namq; si in Democratiâ & Aristocratiâ, non sit imperii atq; obedientiæ vicissitudo; tandem Populũ & senatum contemnunt, quibus ita imperia continuantur. Et Principis (splendidior quàm Populi) majestas, faciliùs coërcet magistratuum auctoritatem. Et certè exigit ratio Democraticæ gubernationis, ut quoque minores magistratus ambulatorii sint: ea enim studet æqualitati, & vult commoda ad multos pervenire. Romani hâc in re adeò solliciti fuerunt: ut non solùm annuos constituerint magistratus; sed & voluerint, ne quis intra decem annos, unum eundémque gerat. Casaubon. *ad Sueton.fol.38. col.1. num 42.* Sunt & interdum Monarchis, majorum Imperiorum continuationes periculosæ. Sic Consalvus à Ferdinando revocatus, & ad privatam vitam redactus fuit. Marchio Pescariæ nocuisset Carolo V. si diutiùs vixisset: ut & filio ejus Philippo, Johannes Austrius; ac ut quidam putant, etiam Parmensis. Idque fit, si præsertim in Provinciâ versantur, quæ longiùs à capite abest. Et adhuc magis, si hæreditarii sint Vasalli. Et certè hæreditaria ac magna officia concedere, perdidit Merovingas Fauchet. *tom.1 lib ult.cap.ult.* Habent hoc diuturna imperia, ut facilè quemvis hominem natum dementent, & cupiditate potentiæ firmandæ inflamment. Hæc postquàm sententia sedit, nullum tàm præceps consilium est, quod non placeat potiùs, quàm ut imperio cedatur. Imbibant igitur, qui gubernacula reipublicæ tractant, Mæcenatis apud Dionem, Oraculum veriùs, quàm dictum: Longiora imperia & diuturniora (de majoribus hoc magistratibus cape) multis spiritus attollunt, & ad rerum novarum molitiones præcipites impellunt. Sanè imperiorum prorogatione, ad servitutem redactam fuisse Romam, monet Machiavell. *3.discurs cap.24.* Ac fidem facit Cæsar & Sulla, hâcque in parte incommodo quolibet, quod adfert temporalis magistratus; periculum majus esse videtur, quod perpetuitas adferre solet. Tutiùs est ex lege mutari magistratum, quàm suspecto imperium abrogare, quod certè sine turbis vix fieri potest. Vicissim magistratus diuturnos, è re subditorum magis esse, hâc ratione doceri potest: quia ut Statius inquit;

 Non

tem sciendum est, conducere hactenùs liberales scientias, si præparant. Sapientiam enim non habent; sed conferunt ad habendam. Lips. *manuduction. ad Stoic. 1. diss. 2.* vide les essais de Montaigne. 1. *cap.* 24. Forsan & hic Josephi Scaligeri, *Auson. lection. 1. cap. 20. ad fin.* & Joachimi Bellaii judicium locum tueri poterit:

Ie hay par sur tout. un sça oir pedantesque!

Et in quo vera sapientia consistat, sequentes indicant versus:

—— Vno minor est sapiens Iove: quatuor autem,
Ipsi convenium; quoniam benè consulit atque
Iudicat errore amoto, rectèque gubernat,
Et contemplari divina, humanaque ad ipsum
Pertinet. ——

Sed et ii, quos Scholasticos putamus, politicarum rerum quandoque gnarissimi sunt; ut de Buchanano refert Kirchnerus, *disp. ultim. hypoth.* 7. & de Adriano Turnebo, Montaigne. *d. cap.* 24. *fol.* 107. interdum sunt *Lettreferis*, ut Montaigne, *d. fol.* aut *Savii per lettera, pazzi per volgare*, ut eos vocat Stephan. Guazzo. *de civil. conversat. l* 1. Quódque studium historicum (maxumè in Magistratu commendandum) philosophicè tractandum sit, monet Montaigne, 1. *cap.* 25. *fol.* 124. & Alberic. Gentil. *de legato, ubi de Machiavello.* Et num Magistratus debeat esse Doctor, disputat Borell. 1. *cap.* 8. Quales debeant esse Magistratus? tractat Boccalin. 1. *ragguagl.* 41. Sanè debent viri strenui esse: non oscitantes: timentes Deum, (non respicientes adfectus, vel gratiam superioris) veraces & non avari. Exod. 18. *vers.* 21. Non spurii, Borellus, 1. *cap.* 7. Nec item idoneus est Magistratus, qui non didicit parere. Piccart. *ad Polit. Aristot. fol.* 366. Qualis autem prudentia requiratur in Magistratu, tradit Theodoret. *contra gentes, fol.* 9. memoriâ etjam videtur esse dignum, quòd olim Athenis, qui ad Magistratum admitti cupiebat, vitæ examen subire cogebatur. vid. Lysiam, *orat.* 15. 16. *&* 30. Estque omninò necessaria inquisitio in mores. Langlæus. 7. *semestr. cap.* 11. & ut testimonium habeant vitæ anteactæ, *sollen einen Abschied haben.* Borell. 1. *cap.* 16. Alexander Severus nomina futurorum Magistratuum proponebat, hortans populum, ut si quis quid haberet criminis, probaret manifestis rebus. Lampridius, in vitâ. *fol.* 218. Et eò major requiritur hîc cautio; quòd decipi facilè princeps vel populus potest: cùm sæpè Magistratus tùm demum indicet virum, sæpè etiam corrumpat, honorésque mores mutent. Erasm. *in Adag.* Viel suchen den Schlüssel &c. Melander. *joco-ser.* 1 *num.* 254. Primum autem & potissimum existimo, ait Frontinus, *tractat. de aqua duct.* cùm ei aquarum officium injunctum esset: nosse, quod suscepi. Neque enim ul-

lum

lum omnis actus certius fundamentum crediderim, quàm quæ facienda, quæque vitanda sint, posse decernere. Nam quid viro tàm indecorum & intolerabile, quàm delegatum officium, ex adjutorum agere præceptis? (quod fieri necesse est, quoties imperitia præcessit ejus, cui decernitur usus) quorum etsi necessariæ partes sunt; tamen ad ministerium, ut manus quædam & instrumentum agentis, esse debent.

IV. Neque senes simpliciter ad magistratum sunt admittendi, neque juvenes simpliciter ab eo excludendi: Sed videndum est antè omnia, qui tàm ex juvenibus, quàm senibus idonei sint maxumè. Junius, *quæst.* 14. Timpler. 2. *polit. cap.* 2. *quæst.* 10. Scipio Amirato. *l.* 11. *discurs.* 5. Corasius, *ad rubric. ff. de Quæstor.* Camill. Borellus 1. *de Magistrat. cap.* 6. Langlæus. 7. *semestr. cap.* 10. Minor 20. annis Magistratum gerere potest. *l.* 1. *de offic. Consul.* & ibi Coras. *l.* 57. *de re jud.* Et ita legem ad rempublicam. 8. *de munerib. & honor. cum similibus* de magistratibus municipalibus accipio. Rationem differentiæ puto consistere in eo: quod magistratus, in urbe ab ipsis Imperatoribus eligebantur; in municipiis hoc faciebat Collegium decurionum, qui magis legibus adstricti fuerunt. Alioqui in liberâ republicâ 43. anni, Consulatui fuerunt præstituti: Cujac. 17. *observat. cap.* 43. Sed postquàm Principes imperium ad se transtulerunt; non ætas, sed voluntas Principis spectari cœpit. *arg. l.* 1. *ad L. Iul. Amb.* Quemadmodum & populus ex plenitudine potestatis, hâc interdum in re dispensuvit. Undè & Scipio dicebat: Sat habeo annorum, si populus me Consulem fieri voluerit. Sanè Princeps & populus, legibus annalibus non tenentur. Ærod. *fol.* 173. adde Dn. Winter. *d. assessore, part.* 1. *cap.* 5. *n.* 13. *&c.* Discurs Ohemii, *de Consulib. fol.* 91. *&c.*

V. An autem divitibus, quàm pauperibus, magistratum committi præstet? in dubium hîc vocari potest. Ego, ut quidem rationem aliquam opum habendam esse puto: ita pauperes prorsùs excludendos esse, minimè censeo. Non facultates, sed virtus; non adjumenta fortunæ, sed ornamenta animi, in electione sunt spectanda. 3. *polit.* 3. & ibi Casus *in sphæra.* Junius, *quæst.* 17. Keckerman. 1. *polit.* 12. *f.* 35. Timpler. 2. *cap.* 2. *quæstion.* 12. Piccolom. *grad.* 10. *cap.* 20. Dn. Ant. Winter. *in Assessore, part.* 1. *cap.* 5. *nu.* 48. Rolbagii *certamen masculo-fæm. cap.* 39. *& seqq.* Borell. 1. *cap.* 13. Lehmann. 1. *cap.* 15. *fol.* 33. *col.* 1. Sed multis in locis müssen die Amptleut bürgschafft thun. Borell. 1. *cap.* 15.

VI. Ortum seu originem quod attinet: Indigenarum ac civium, potiorem habendam esse rationē, omnibus ferè placuit gentibus. Anti Machiavel. 1. *cap. ult.* Bodinus, 6. *de republ.* 5. Schepliz. *ad constitut. Brandenburg. fol.* 5. Lather. *de censu.* 3. *cap.* 16. *fol.* 795. Borell. 1. *cap.* 5.

Lehman. *fol.* 425. (ubi, quod Saxonibus ideò exosus Heinricus IV. quòd Suevos constituebat officiales, eorúmque consilio utebatur) Philosophi effatum est: 5. *polit.* 10. Peregrinos civibus præferre, ad mensam vocare, & reipublicæ custodes efficere, Tyrannorum, non Regum esse &c. adde Speckhan. *cent.* 2. *quæst.* 9. *class.* 1. Mynsing. 4. *observat.* 30. & ibi *notata* Arnoldi Reyger. Philipp. Hœnon. *disputat. polit.* 3. *thes.* 28. *& seq.* Boccalin. 2. *di Parnasso fol.* 35. Certamen masculo-fœm. *cap.* 36. Tileman. *disputat.* 2. *thes.* 18. *vol.* 1. latè & egregiè Schifordegherus, *lib.* 3. *tract.* 30. *quæst.* 1. *& mult. seqq.* Hinc legibus fundamentalibus quorundam locorum, peregrini Magistratus improbantur. Ut in Belgio, Meteranus, *f.* 84. & in Navarræ regno, fuit receptum: Histor. *de Navarr. fol.* 604. & adhuc in Hispaniâ observatur; Thesoro Polit. 1. *fol.* 92. ut & in Hungariâ quoque. vid. omninò Mercure François. *fol.* 31. *b. & f.* 106. ac Turcia item Bellon. 2. *cap.* 11. Dissentit Tessaurus, *decis.* 168. ut & Anton. Winter. *in Assessor. part.* 1. *cap.* 6. *nu.* 5. *ac in epistol. dedicat. partis secund.* vid. *l. ult.* C. *de crim. Sacrileg.* & ibi Gothofred. & *tot. tit.* C. *ut nulli Patriæ suæ administratio sine permiss. Princ. conced.* ibique Scotanum, in *paratitl.* Eæ verò gentes, quæ vel ex Privilegio, peregrinos admittere non coguntur; vel eos in suâ civitate haut æquo animo ferre possunt: hoc cumprimis studere debent, ut talium semper hominum copiâ abundent, qui aliis, non originis tantùm ratione, adeóque sincero in patriam amore, extraneis digniores videantur, sed & virtutum suarum, ac experientiæ laude, iis nullo modo cedant. Núm verò Personæ Ecclesiasticæ, secularia debeant officia administrare? vid. Borell. 1. *cap.* 10. & hoc ut fiat, suadet in primis Campanell. *in tractat. de Monarch. Hispan.* etiam *Franci* prisci observârunt. De quibus Girard. *tom.* 1. *fol.* 267. *Tous les grands jugemens, se faisoient par un nombre egual des Barons & Prelats.* Sed ii inprimis hîc considerarunt, quod uxores ac liberos non habuerunt.

VII. Sanè vilis est ille, qui viles tantùm sibi admovet, certissimúmque non magni Principis argumentum esse, magnos libertos; ait Plinius, *in Panegyr.* Attamen si electio fiat ex singulis civium honestiorum ordinibus; singuli ad virtutis studium magis inflammantur. Junius, *quæst.* 16. Timpler. *cap.* 2. *quæst.* 5. Certamen masculo-fœm. *cap.* 37. *& seq.* De illâ quæstione, an Nobiles præ aliis ad officia promovendi? ita illustris Enenckelius, *annotat. ad Thucyd. fol.* 617. scribit: Si non, qui externâ aliquâ generis vel familiæ inani prærogativâ, sed virtute, prudentiâque aliis præcellit, eidem alii parerent; meliùs profectò cum rebus humanis ageretur. Nunc (malùm) contra rationem, multi nobiles & illustres viri nobis nascuntur; & sæpè, qui nunquam rempubl.

rempublicam administrare didicit, nec Bellum, Martémve vidit, extemplò ob solum genus, hominibus, ipso plerunque melioribus in republicâ imperat: in militiâ ducem, tribunum, vexilliferum agit, &c. Ego consuetudinis item, usûsque longævi rationem habendam esse puto: nempè, ut officia, quibus Nobiles semper præfuerunt, non aliis facilè concedantur. Sanè apud Francos, olim Judices & magistratus, ferè non alii, nisi indigenæ & nobiles erant. Lehman. 2. *cap.* 22. *acf.* 301. Sed tamen, licèt Nobiles ex consuetudine præferantur; id tamen intelligi debet, si fuerint idonei, *l. ut gradatim.* 11. §. 8. *ff. de munerib.* Romani non admittebant peregrinos seu barbaros, omnes erant cives Romani. Sed noluerunt quem in urbe, in quâ natus, & ita nimis notus, imperare. Ærod. *fol.* 181. Sed cur poterat esse Prætor Romanus Romæ; *arg. l.* 1. *d. offic. prator.* quia ibi Imperator poterat inspicere. Præses non potuit esse, ne novas res in Provinciâ moliretur.

VIII. Improbandum esse, Aristoteles dicit, 2. *polit.* 9. ut idem homo, pluribus magistratibus præsit: nam unum opus ab uno optimè perficitur. Et in πολυπράγμονας istos, qui plura simul officia arripiunt; illud, quod olim Athenis, civium sermone de Metiocho quodam circumferebatur, quadrare videtur: Metiochus exercitum ducit, Metiochus vias curat, Metiochus farinam tractat, Metiochus cunctis aliis præest; Metiochus itaque plorabit. Plutarch. *de republ. gerend.* vid. Bodin. 4. *de republic.* 4. Junium, *quæst. polit.* 22. Keckermann. *disputat.* 31. *problem.* 6. Piccolomin. *grad.* 10 *c.* 21. Etiam est arcanum tuendæ libertatis, ne quis plures simul gerat Magistratus. Casaubon. *ad Sueton. fol.* 38. *col.* 2. *num.* 43. Sed tamen alicubi ad sumptus minuendos, officia conjunguntur, & uni concreduntur. Ac item Justinianus consultum reputavit, ut officia militaria & civilia, ab uno gerantur, *Novell.* 24. *&c.*

IX. Invitos canes venatum ducere, id verò nihil est, ait Comicus. Quòd si ergò certum est, eum odisse Patriam, qui imperium oblatum detrectat; nullâ ratione assumendus erit: imò gravissimâ pœnâ mulctandus, tanquam qui omnem virtutis stimulum excusserit. Keckerman. *disputat* 29. *problem* 9. vid. Junium, *quæstion. polit.* 8. Elswich. *disputat. polit.* 8. *thes.* 11. Interim ambitus non est approbandus, (ac contra eum etiam Veneti leges tulerunt, Bembus, *histor. fol.* 292.) hacque ratione, invitis magistratus commendavit Alex. Severus, nec facilè ambientes in rempublicam collocavit. Lamprid. *fol. m.* 211. Melius urbi nostræ in posterum consulitis, si legetis invitos. Symmachus. 10. *epist.* 16. Non enim sese ingerere debet vir bonus: & contra ambitum, multæ olim leges à diversis populis latæ fuerunt. Alexand. ab Alexandr.

lexandi. 3. *cap.* 17. Sed tamen eo animo ad rempublicam accedendum, quo Cato Vticensis apud Plutarchum. *in vitâ, n.* 6. At de causis, ob quas quis se à Magistratus susceptione excusare potest. vid. Ærod. *fol.* 174. *& seq.* qui idē, *f.* 176. 79. *&c.* de abrogatione & abdicatione agit. Quodque Baronius, invitissimus factus fuerit Cardinalis, ac quæ ille egerit, ne ad Pontificatum perveniret, commemorat Spondan. *in ejus vitâ.*

X. Hic loci, de eo disputari potest: An sapiens ad rempublicam accedere debeat, gerendúsque nùm sit Magistratus? vid. Johann. Talenton. *Thesaur. var. rer.* 3. *cap.* 13. Melch. Junium, *quæst. polit.* 7 Boccalin. 1. *ragguagl.* 69. Nemo quod suum est, quærat, sed quod alterius. 1. *Corinth.* 10. Illud te considerare oportet, inquit Plato, *epistol.* 9. *ad Architam Tarent.* nullum nostrum sibi soli esse natum: sed ortus nostri partem sibi Patriam vendicare, partem parentes, partem amicos, vocante igitur te Patriâ ipsa, ad rempublicam gubernandam, impium esset non parere: ne aditum pravis hominibus relinquas vid. Plutarch. *in Polit.* Quamvis conditio Privatorum, non Philosophorum modò, sed & ex Aulicorum, ac Politicorum nonnullorum sententiâ, felicior censeatur; quàm eorum, qui publicis negotiis occupantur. vid. Camerar. *centur.* 1. *cap.* 32. *& seq. centur.* 2. *cap.* 45. *& centur.* 3 *cap.* 91. *& duob. seqq.* Undè Epicuri dictum, λάθε βιώσας: Non vixit malè, qui latens, moriénsque fefellit. Seneca, *de Vatiâ*: quoties aliquos Asinii Galli amicitia, Sejani odium, deindè amor merserat, exclamabant homines: O Vatia, solus scis vivere! Et idem Seneca non uno loci; Sapientem se à republicâ abstinere debere, nobis persuadere conatur: & Catoni, aliter quòd fecerit, gravem dicam scribit. Elegans habet Epigramma Georg. Sabinus, *1. poëmat. fol.* 293.

Illecebris veluti meretrix invitat amantes,
Afferat ipsa quibus perniciosa malum.
Haud secus allectat Iuvenum respublicâ mentes,
Perdit, amatores quæ malefida suos.
Quisquis es, hanc pariter devites, hortor, & illam:
Vtraque plena malæ fraudis, amata nocet.

Hûc pertinet Pompon. Attici vita apud Cornel. Nepotem: qui ad rempublicam accedere noluit; quam perditam iri videbat. Aliis item placet illud Plauti, in Mercat.

Vbi mores deteriores increbrescunt indies,
Vbique amici, qui infideles sint, nequeas pernoscere:
Ibi quidem si regnum detur, non est cupita civitas.

Thraseas apud Tacitum, *annal.* 16. Multùm antè secum expenderet, quòd tali tempore, capessendæ reipublicæ iter ingrederetur. Attamen rectiùs

rectiùs facere videntur, qui illæsæ conscientiæ scuto, securi excipiunt invidiæ sagittas; & mortem quoque honestam, si ita necessitas ferat, jucundo otio præponunt. Boni etiam sub malo Principe commendare se possunt, ut probat Scipio Amirato, *4. discurs. 4.* Ac quòd Philosophia, ab administrandâ republicâ non sit alienâ, & quòd ex Philosophis quidam rempublicam administrârint, testatur AElianus *var. 3. cap. 17.* Non etiam pro sapientibus sunt habendi, qui non socordiâ quâdam vel pusillanimitate, sed ideò ad rempublicam accedere nolunt; ut contemplativis scientiis, Philologicisve studiis, se dedere possint. vid. Arist. *7. polit. cap. 2. & 3.* Contemplationes quippe rerum sublimium, animum excolere, non rapere, societatemque civilem parte suâ privare debent. Et egregia est Ciceronis sententia; qui, de talibus solitariis loquens, ita scribit *3. de Orator.* Sunt inquit, boni viri, & quoniam sibi ita videntur, beati, tantum eos admoneamus, ut illud, etiam si foret verissimunm tacitum tamen, tanquam mysterium teneant, quòd negant versari in republicâ, esse sapientis. Nam si hoc nobis, atque optimo cuique persuaserint, non poterunt ipsi esse, quod maxumè cupiunt, otiosi.

XI. Officia quoque, ac munera parva, haut sunt contemnenda, tur Junius, *quæst. 9.* Non enim virtutibus ex dignitate, sed ex virtute dignitati honor accedit. Boët. *2. de consolat. Philosoph. pros. 6.* Et melius est, sensim ac gradatim ad honores, dignitatésque & Magistratus magnos pervenire; quàm subitò inclarescere. *l. ult. gradatim. n. ff. de muneribus.* Junius *quæst. 10.* vid. Scip. Ammirato, *lib. 3. discurs. 3.* Coras. *ad rubric. ff. de Quæstorib.* Sicque Cato Junior addidit Quæsturæ dignitatem Consulatus. Plutarch. *in vitâ, fol. m. 346.* Persona debet officio addere dignitatem, non è contra. Piccart. *decad. 14. cap. 9.*

XII. Magistratus emere, reipublicæ perniciosissimum putatur. Novell. *24. cap. 2.* vid. *de Iurib. Majest. polit. cap. 3. ad fin.* Girard. *tom. 1. fol. 919. 961. &c.* Benediger berilligkeit *fol. m. 246.* Paradin. *histoir. du Lyon. 2. cap. 97. in fin.* Filesac. *1. selection. cap. 15.* Pasquier. *4. c. 15.* Sanè libertati populi Romani interitum, cùm alia vitia sensim in eam rempublicam admissa, attulêre; tùm meo quidem animo, vel maxumè fœda illa honorum nundinatio, quæ Romæ tandem ita viguit, ut Plutarch. *in Caton. Vticens.* referat; ita Romanos per illa tempora usos esse τῷ δεκάζεσθαι, ὡς ἐργασίᾳ συνήθει Notátque idem in Cæsare, tantam fuisse tùm publicorum morum labem & κακοπολιτείαν, ut candidati palàm in Comitiis, numarias mensas ponerent, & populi redimerent suffragia.

Hinc rapti fasces pretio, sectorque favoris
Ipse sui populus, letalisque ambitus urbi,

Annua

Annua venali referens certamina campo.
Lucan. 1. vide Casaubonum, *ad Sueton. in Cæsar. cap* 19 Incommoda, quæ in Gallicanâ Monarchiâ, officiorum venditiones subsequuntur, recenset Anonymus historicus, *de l'estat de France, soubs François.* 2. *fol.* 25. Excusat tamen hunc Franco-Galliæ morem Isaac. Pontanus, *in Itinerar. Narbonensi, fol.* 148. adde Mercur. François, *tom* 3. *f.* 469. Cominæ. *lib.* 1. *cap.* 6 *f.* 52. Miram Proregis Indiæ eligendi rationem, & notatu dignam, describit Hugo Linscolanus *in Itinerario suo, f.* 78. *col.* 2.

C A P. II.

De divisione Magistratuum: ac aliis circa eos observandis.

AB uno cùm cuncta provideri non possint, plures esse magistratus oportet; qui in omnifariis rebus Principem juvent: hócque modo Princeps, multos oculos. multas aures, multas item manus atque pedes sibi facit. 3 *polit.* 12. magistratus autem pro cujusque reipublicæ statu, gradibus suis distinguuntur; ut alius major, alius minor esse dicatur, alius super mille, alius super 100. alius super 50. alius super 10. Exod. 18. *vers* 21. *major* nulli præterquam summæ potestati subest: *minor* & subalternus, seu intermedius; superioris magistratus imperio tenetur, aliisque sese inferioribus, vel magistratibus vel Privatis imperat. interdùm gradus sunt sine subalternatione: id est, ut unus alio sit major; sed omnes immediatè Principi subjecti. Tileman. *disput.* 2. *per discurs. vol.* 1.

II. Concessio itidem illa, quâ magistratui, subalternum aliquod à Majestate Imperium, vel Jurisdictio confertur; non uniformis: sed pro moribus & institutis cujúsque reipublicæ, varia est, Tileman. *disputat.* 4. *thes.* 1. Cabotius, 2. *disputat. var. cap.* 5. In Romanâ olim Civitate, vel speciali concedebatur lege, Senatus consulto scilicèt, principalive constitutione, aut jure magistratus concessi, competebat. *l.* 1. *de offic. ejus cui mand. est jurisdict.* Hodiè Feudi jure plerunque, & territorii lege successoriâ, Ducibus, Comitibus, Nobilibus &c. Imperium, omnimodáque competit jurisdictio. Wesenbec. *in paratitl. de jurisdict. num.* 10. Reinkingkh. *part.* 2. *class.* 2. *cap. ult.* Klockh. *de Vectigalib. thes.* 15. *a.* (ubi, quod nunc jurisdictionalia in patrimonio sint.) Schifordegher. *part.* 3. *tr. penult.* Borell. 1. *de magistrat. cap.* 1. Hincque ferè effectum est, ut jurisdictionis nunc materia, immutata sit ferè penitùs.

penitùs. Wehner *in observat. d. verb. signif. fol. 385.* Cùm enim faciem illam Romani imperii, qualis tempore Justiniani fuit, penitùs alteratam videamus; indè quoque ipsius imperii, jurisdictionisque usum, prout in juris nostri systemate proditus, descriptúsque invenitur: magnam quoque varietatem fecisse, certum est, *arg. l. 2. §. 3. de origin. jur.* Aristotel. *5. Ethic. 7.* Præfecturas & jurisdictiones hæreditarias esse, non placet magnæ Britanniæ Regi, *in instit. Reg. fol. m. 51.* Nec etiam Cusæ, *3. de concord. cap. 28. & seq.* Quando autem, & quâ occasione, id sit factum, alibi non uno loco dixi: & docet etiam Girard. *tom. 1. f. 511. 532. &c. 534. 538. &c.* Wolffius, *lection. memorabil. 1. fol. 62.* Paradin. *hist. d. Lyon. 2. cap. 25.* Stumpff. *7. cap. 18.* Machiavell. *hist. Florent. lib. 1.* Indè nunc quàm plurima antiquavit ipsa temporis vetustas, & longa permutavit dies: quæ ut aliam vitam, alios mores; ita alias quoque haud immeritò postulat leges. Indéque si quis imperii & jurisdictionis modernæ complicatam notionem, solâ juris Romani peritiâ, Bartolivè, & sequacium traditionibus fretus, evolvere tentaverit; nec Statum reipublicæ, ejúsque jura fundamentalia, arcana & simulachra imperiorum, Politico liberaverit judicio; is ædepol, ab Asino lanam, quod ajunt, quæret, operámque omnem perdet & oleum: cùm multùm intersit inter id, quod fuit, & id quod nunc est. *l. 98. §. 8. d. solut.* Knichen. *in epist. dedicat. tract. de jur. territorii.*

III. Sic pariter quod de mero, mixtóque imperio, ac simplici jurisdictione, in libris nostri juris, eorúmque interpretibus, diligenter & tædiosè etiam nonnunqum, ac superstitiosè explicatur: id hodiernâ omnium ferè locorum consuetudine commutatum esse: & tàm merum, quàm mixtum imperium, vocabulo Altæ jurisdictionis, der hohen Obrigkeit/ oder der hohen Gericht/ contineri existimatur. Bidembach. *quæst. nobil. quæst. 7.* Wehner. *verb.* Zent. Rudinger. *cent. 2. observat. 90. & 97.* Inferior verò jurisdictio, die Voiteyliche oder nidere Obrigkeit/ nidere Herrlichkeit/ non solùm complectitur, quæ vulgò ad simplicem jurisdictionem referuntur; sed & nonnulla ex iis, quæ mixti sunt imperii. Speckhan. *centur. 1. quæst. 90.* Coler. *in process. executiv. part. 2. cap. 1. num. 105. &c.* Matth. Stephan. *1. de jurisdict. c. 5. num. 70. &c.* Knichen. *de Saxon. non appell. privileg fol. 124.* Moller. *4. semestr. cap. 45.* Wehner. *d. verb. signif. in verb.* Ehegericht/ Obergericht. Berlich *tom. 1. cap. 1.* Quæ possint ratione jurisdictionalium facere Vasalli, vid. Petram. *de potestat. Princip. cap. 11.* De inferioribus à Principe, idem *cap. 13.* de naturâ concessæ jurisdictionis, *ibid. cap. 22. & seq. item cap. 29.* agitur. Vide etiam Arnold. Engelbrecht. *disputat. de jurisdict. thes. 164. & multis seqq.* De concurrentia Princi-

pis & Vasalli, consule Caspar Leopold. *quæst.9.* Et quomodo se gerere debeat officialis, si jurisdictio sit divisa, vid. Paradin. *histor. d. Lyon. 2. cap. 84. & seqq.*

IV. Diligens hîc adhibenda cautio est, magistratus nimiâ ne potentiâ armetur. Etenim omnis Monarchiæ cautela communis est; neminem facere nimis magnum, aut certè plus quàm unum facere; quò ipsi inter se, quid quisquis agat, observent. *5. polit. 11.* vid. Wesembec. *in parat. ff. de off. jurid. Alexandr.* Sicque Hispaniarum Rex, non dat Provinciis suis Gubernatores absolutos. Conestagius, *fol. m.492.* Itidem in liberâ republicâ Tyrannides olim, quòd quibusdam summi potentatus committerentur, in polyarchicis statibus exortas esse, refert Aristoteles, *5. polit.5.* Ita Dictaturam Tyrannidem esse, Sullæ docuit dominatio Romanos. Dionys. Halicarnassæ. *5. propè fin.* Indéque pericula capitalia omnibus existere solere rebuspublicis, exempla Pisistrati Atheniensis, Julii Cæsaris, Sejani, Ripini, Caperi, aliorúmque, ostendunt. vid. Nicol. Betsium, *tractat. de pact. famil. f. 215. &c.* Non contra ista pericula, remedium per omnia sat tutum, suppeditat. *L. un. d. offic. Præfect. prætor.* Kirchner. *8. thes. 1. in fin.* Quæ suadet, ut ad magnitudinem summorum officiorum adhibeantur ii, quorum singularis industria, fides & gravitas explorata habetur. Sæpiùs namque, quod & *suprà* dixi, magistratus demùm ostendit virum, & fides integra semper quæ servabatur, Regni violatur gratiâ. De Aulâ Turcicâ ita scribit Henry de Beauvau, *en la relation journaliere du Voyage du Levant. f. 73. La premiere charge, est du grand visier Bacha; luy seul dispose entierement de sa pleine auctoritè, des choses Civiles & Criminales de tout l' estat: en donnant non obstant advis au grand Seigneur, de tout ce qui se passe, lequel ne l' esconduyt jamais de toutes les demandes. C' est avec le susdict grand visier, qu' il faut que les Ambassadeurs traictent ou de paix, ou de guerre.* vid. Thesor. Polit. *tom. 1. fol. 124. &c.* Sed si humanâ ratione, Turcici Imperii conversio prævideri potest, ea exindè erit. Certè Majores Domus, Galliam sub primis duabus Regiis familiis perdiderunt. Et de iis vid. *incert. Annal. Francic. auct. editum* à Pythæo, *sub anno 751. fol. m. 5.* Lehman. *3. cap. 17. 19. 20. & 22.* Huicque malo removendo, conventus Mercuriales, hodiè sunt instituti. Thuan. *lib. 35. fol. 574. edit. in 8.* Quamvis interdum præter ordinem, magna alicui rectè detur potestas, ut dixi *in tr. d. Aristocr. cap 1.*

V. Administrationes magistratuum perpetuas, cuilibet Statui consultiores statuit, quàm annuas, Kirchnerus. *8. thes. 3.* vid. Aleman. *in palæstrâ, consultat. 3. fol. 95.* Amirato, *1. discurs. 12.* Jac. Curtium, *conje-*

conjectur.tom.1.lib.ult.cap.43. vid. Parutam, *diſcurſ. m.fol. 8. & 93.* & Ærod.*fol.179.* Borell. *1.cap.12.* Lehman. *4.cap.13.fol.315.* Barchi. *in Argenide fol.302.* Ego cum Bodin. *4.de republic.4.* & Hænon. *diſputat.9. theſ. 21. & diſputat. 10. theſ.12.* perpetuum magiſtratum Monarchiis; annuum verò, populari & Ariſtocratico ſtatui expedire autumo. Tileman. *diſputat.2.theſ.19.vol.1.* Canonhiero. *9. dell. introduzz. cap.2.* rationem aſſignat. Elsvvich. *diſp polit.8.theſ.30.* Indè Æmil. Probus: Miltiades, inquit, multùm in Imperiis, magiſtratibúsq; verſatus, non videbatur poſſe eſſe privatus: præſertim cùm Imperii conſuetudine, ad imperii cupiditatē trahi videretur. Namq; ſi in Democratiâ & Ariſtocratiâ, non ſit imperii atq; obedientiæ viciſſitudo; tandem Populū & ſenatum contemnunt, quibus ita imperia continuantur. Et Principis (ſplendidior quàm Populi) majeſtas, faciliùs coërcet magiſtratuum auctoritatem. Et certè exigit ratio Democraticæ gubernationis, ut quoque minores magiſtratus ambulatorii ſint: ea enim ſtudet æqualitati, & vult commoda ad multos pervenire. Romani hâc in re adeò ſolliciti fuerunt: ut non ſolùm annuos conſtituerint magiſtratus; ſed & voluerint, ne quis intra decem annos, unum eundémque gerat. Caſaubon. *ad Sueton.fol.38.col.1.num 42.* Sunt & interdum Monarchis, majorum Imperiorum continuationes periculoſæ. Sic Conſalvus à Ferdinando revocatus, & ad privatam vitam redactus fuit. Marchio Peſcariæ nocuiſſet Carolo V. ſi diutiùs vixiſſet: ut & filio ejus Philippo, Johannes Auſtrius; ac ut quidam putant, etiam Parmenſis. Idque fit, ſi præſertim in Provinciâ verſantur, quæ longiùs à capite abeſt. Et adhuc magis, ſi hæreditarii ſint Vaſalli. Et certè hæreditaria ac magna officia concedere, perdidit Merovingas Fauchet. *tom.1 lib ult cap.ult.* Habent hoc diuturna imperia, ut facilè quemvis hominem natum dementent, & cupiditate potentiæ firmandæ inflamment. Hæc poſtquàm ſententia ſedit, nullum tàm præceps conſilium eſt, quod non placeat potiùs, quàm ut imperio cedatur. Imbibant igitur, qui gubernacula reipublicæ tractant, Mæcenatis apud Dionem, Oraculum verius, quàm dictum: Longiora imperia & diuturniora (de majoribus hoc magiſtratibus cape) multis ſpiritus attollunt, & ad rerum novarum molitiones præcipites impellunt. Sanè imperiorum prorogatione, ad ſervitutem redactam fuiſſe Romam, monet Machiavell. *3.diſcurſ cap.24.* Ac fidem facit Cæſar & Sulla, hâcque in parte incommodo quolibet, quod adfert temporalis magiſtratus; periculum majus eſſe videtur, quod perpetuitas adferre ſolet. Tutiùs eſt ex lege mutari magiſtratum, quàm ſuſpecto imperium abrogare, quod certè ſine turbis vix fieri poteſt. Viciſſim magiſtratus diuturnos, è re ſubditorum magis eſſe, hâc ratione doceri poteſt: quia ut Statius inquit;

Non parcit Populis Regnum breve.
Quod & Tiberium Imperatorem movit, ut perpetuos nollet magistratus. Joseph. *antiq 18. cap. 8 fol. m. 514* Quò pertinet Æsopica Fabella, de vulpe in lacunam propulsâ, quæ noluit, ut Erinaceus ab eâ abigeret muscas ipsius sanguine plenas; ne famelicæ supervenientes, quicquid superest sanguinis, exhaurirent. Abstem. *in procm. suar. Fabular.* Richter. *axiom. histor. 43.* Etiam Carolus V. magistratus non facilè mutavit. Botero. *d. detti, fol. 76. b.* Et absurdum videtur, priùs deponere potestatem, quàm scire eam administrare. Spartan. *in Pescen. Nigro.* Pertinet hùc, quod scribit Petrus Bellonus *1. des observat. cap. 27. Les Turcs sont extrement avaricieux, mais ce n'est pas sans raison &c. Ils font cela à cause que tel sera un mois ou un an, dant du plus, que du moins gouverneur d'une Province, laquelle il luy conviendra laisses & aller en prendre une autre, à mille lieues de là &c.* Sic & post cladem Varonianam, Augustus Præsidibus Provinciarum, Imperium prorogavit; ut à peritis & assuetis socii facilius retinerentur. Sueton. *August. cap. 23.* adde Christophor. Forstner. *hypomnem. num. 75.* An aliquis in Aristocratiâ senatu moveri queat, vid. Georg. Everhard *consil. 39. tom. 1. Et* Arumæ. *in decis.*

VI. Præcipuis & maxumis magistratibus præfuturi, non solùm ad munera sui officii obeunda, experientiam maxumam habere; *sed* & præsentem reipublicæ statum, formamque diligere: atque cumprimis virtute & justitiâ, in unaquaque republicâ, ad ipsius statum tenendum & conservandum idoneâ, præditi esse debent. *5. polit. 9.* Requiritur etiam, ut juramento ad fidelitatem præstandam obstringantur. Borell. *1. cap. 14.*

VII. Munerum acceptatione, nihil indignius est magistratui: Isaiæ, *1. vers. 23.* Borell. *1. cap. 9.* utcunque aliqui Legem *6. de offic. Proconsul.* urgeant. Undè cautè Principes agunt, juramento qui officialium adponunt, munera ne sibi dari patiantur. Fürstliche Würtemb. Landsordnung. *f. 13. vers.* unsere/ rc. Et hìc notandum est, quod C. Pontius Samnis olim dicebat: Utinam ad illa tempora me fortuna servasset, & tunc natus essem, quando Romani dona accipere cœpissent, non essem passus, eos diutiùs imperare. Cicer. *1. offic.* [illegible] *6. de offic. Proconsul.* de muneribus tantùm agit, quibus proconsu[illegible], ut hospites, in auspicio officii remunerantur. Probè notandum, quod de Catone Uticens. *in vitâ num. 4.* scribit Plutarchus; eum ne minimam quidem rem, neque ut ministri sui à Dejotaro Rege aliquid muneris loco acciperent, permittere voluisse: aliàs enim corruptiones atque concussiones, nunquàm honesto prætextu carituros. Odi ego aurum, multa multis sua-

sit.

sit perperam: ait *in Capito*, Plautus. Faciuntque etiam munera invitos velle. Dn. Buxtorff. *in lex. verb.* שחד. Non quæstui, prædæque loco habenda publica ejusmodi officia. Quo respectu Salvianus, *1. de gubernat. Dei. fol. 10. & seq.* dicit: Pauperes olim magistratus, opulentam rempublicam habebant; nunc autem dives potestas, pauperem facit rempublicam. Et quæ, rogo, insania est, aut quæ cæcitas; ut egestuosâ ac mendicante republicâ, divitias posse credant stare privatas &c. ubi, pulchrè Rittershus. *in commentar.* Cicero, munera quidem acceptavit; sed in commodum Provinciæ iis usus est. Plutarch. *in vitâ fol. 548. &* vid. *illi. fol 574* quomodo is in Ciliciâ gubernârit. Hæc ut prævaveantur, (1.) magistratibus præmia & salaria de publico constituenda. *Novell. 28. cap. 4.* vid Fr. Piccolomin *in ethic. grad. 10. cap. 20.* Winter. *Ad sessor. part. 1. cap. 8. num. 2.* &c. (2.) Luxus est extirpandus: hic enim facit, ut magistratus, aliique eminentiores, pauperes esse nolint. Cùm Legati ad Xenocratem, ab Alexandro quinquaginta ei talenta attulissent; adducit Legatos ad cænam in Academiam, his tantum apposuit; quod satis esset, nullo apparatu, cùm postridiè rogarent: cui numerare juberet? Quid? Vos hesternâ, inquit, cænulâ non intellexistis, me pecuniâ non egere. Cicer. *5. Tusc ul.* Et rectè Juvenalis: Nullum crimen abest, facinúsque libidinis, ex quo paupertas Romana perit.

VIII. Cum potentiâ Dei justitia sit: Ergò, qui in Magnatum gratiam prævaricatur, potentiores illos quàm Deum facit: hocq; in contumeliam Dei recidit; quasi is infirmior sit habendus, quàm illi, quorum potentiæ metu præter jus fertur calculus. Joseph. *4. antiquit. ult. fol. m. 102. b.* vid. Exod. *23. vers. 2.* Officia ergò magistratuum, quæ majestati debentur, ita sunt intelligenda; ut juris divini & Naturalis tramites non violent. *cap. 2 distinct. 10.* Scelesta quis non justa spernat Principis? Gruter. *Florileg tom. 2 fol 404.* Quatenus item rescripta & mandata, juri & utilitati publicæ non contraria existunt. *l. 16. C. si contr. jus vel util.* Quod non eò trahendum, quasi nequeat veteri derogare juri maiestas; sed ut, si contra imperii leges, quibus servandis Princeps obstrictus sit, quidpiam mandaverit, mandatum suscipere, & exequi magistratus non teneatur, contra Bodin. cum Junio, Bruto Kitchner *disputat. 8. thes. 2. 4.* egreg. Montaign. *3. cap. 1. fol. 807.* vid. *Novell. 13.* & Thuan. *lib. 50. fol. 782. ubi* de Carolo IX Galliarum Rege, qui etiam hâc in parte obedientiam exegit. Sed certè, honor est, injuria vel supplicium injustè perpessum. Ærod. *fol. 197.* Et Herodem magis infamat decollatio Johannis, quàm eum, qui injustè occisus fuit. Sunt qui eradicare volunt eos, omnémque eorum posteritatem, qui libertatem Civilem defendunt. Sed Dei est eradicare, qui hoc sæpè facit

cit propter injustitiam, & pauperum oppressionem: quorum suspiria sunt loco sollemnis provocationis. Nunquàm non justitia & violentia evertunt Regna Cusa. *3. de concord. cap. 31. 33. & 34.* De libertate honestâ Ministrorum, & quid ea prosit? vid. Pasquier. *5. des recherches c. 27.* Quódque Princeps tueri debeat Officialium auctoritatem, monet Piccart. *observat. decad. 11. cap 7.* Tandem verò corrigendorum magistratuum, opportunum remedium esse videtur Syndicatus, de quo Paris de Puteo, Clarus, aliique. Quomodo officiales sese debeant gerere, docet Boccalin. *1. ragguagl. 41.*

CAP. III.

De Iudicibus.

NUnc de Judicibus in specie, nonnulla subjungere lubet: quorum itidem curam cùm maxumam habere decet. Canonhiero. *9. dell' introduzz. c. 7.* In Judicibus, tertiam partem reipublicæ collocat Aristoteles, *4. polit.* dubitans, an magistratuum loco sint habendi: Quas dubitationis tricas Justinianus explicat, *Novell. 82.* qui partem judicum magistratus, partem sine magistratu esse, scribit. Rittershus. *ad Novell. fol. 501.* Sed nunquid satiùs est, Regem & Principem, aut Populum vel Senatum ne dùm magistratus ipsos, non modò præesse, sed & interesse judiciis? quod regulariter non consultum esse videtur vid. Hœnon. *disputat. 5. thes. 60. & du bus seqq* Kirchner *disputat. 11. thes. 1. b.* Canonhiero, *9. cap. 10.* Stollium, *disputat. de judice Ienæ habitâ. thes. 46.* Coras. *ad l. 1 §. cognoscens. de constitut. Princ.* Factum. *polit. Livianâ part. 3. error. 12.* Buleng. *de Imp. Rom. 3. cap. 24.* & me, *in tractat. de appellationibus cap. 1. à princip.* vide etiam de judicibus, Reinkingk. *2. class. 2. cap. 12. & seq.* Etsi Reges, Principes & magistratus, ob id maximè primò fuerint creati, justitiam ut administrarent: hincque tùm Hebræorum gubernatores, judices; tùm Græcorum Reges, *δικασταὶ* appellati fuerunt. Erat etiam Romæ moris, ut Princeps caussas cognosceret, ac Senatores & Equites in Consilium vocaret. Spart. *in Adrian.* vid. *l. 3. de his quæ in Test. del. l. penult. de vi privat.* Cujac. *18. observat. 32.* Sæpéque sapientissimè sententias protulerunt, nec secundum leges scriptas. *D' un merveilleux jugement de Bajazet.* vid. Paradin. *3. annal. de Bourgogn. f. 458.* & judicium Salomonis simillimum habet Melander. *in Iocoser. tom. 1. num. 256.* & Paradin. *hist. d. Lyon. 1. cap. 22.* Cùm tamen onus reipublicæ regundæ, gravius & difficilius sit,

sit, quàm ut dijudicandis omnibus causis, Majores magistratus, ne dum Reges & Principes vacare queant: Consilium indè Jethronis haut inconsultum esse puto. *Exod. 18.* Ut nimirum, quæ Regis & Principis cognitione dignæ videntur esse, causas, gravissimas nempè, maxuméque arduas, ipse sibi dijudicandas, cum Mose reservet Princeps: cætera negotia magistratibus & judicibus permittat. Est quidem Princeps justitiæ Minister; sed tantùm ratione directionis & inspectionis. Ita & Romæ Prætor quidem in causis privatis & pecuniariis, judicem dare, eique juris & æquitatis formam, quam sequeretur, præscribere solebat, quod jus dicere vocant. Undè & jurisdictio nominata; quæ magistratus, non judicis erat. Judicandi verò partes, judicibus Pedaneis (ita dictis quod ad Pedes magistratuum, in subselliis inferioribus sedebant) impositæ fuerunt. Maxumè verò controversum esse puto; An olim magistratus Romani, non nisi certarum causarum & personarum favore, potuerint judicare; in aliis pedaneos dare judices habuerint necesse? quod vix est, ut aliquis mihi persuadere possit. vid. Vaudum. *1. quæst. 10.* Johann. Robertum. *4 sententiar. 22. & 23.* Busium. *ad l. 1. de jurisdict.* Vultei. *discept. Scholast. 1.* Timæ Fabrum. *annotat. 1. c. 23.* Anthon. Matth. *disputat. ff. 5 thes 5.* Hodiè ferè constituuntur judiciarii Senatus, Thesaur. *in præfat. decis.* De Areopago, vid. Baron. *A C. 57. à princ.* Et quando Parlamenta in Galliis sedentaria fuerint facta. vid. Girard. *1. fol. 537. & 1031.* ac *tom 2. fol. 80.* Olim Carolus Magnus ipse jus dicebat. Wolff. *memorabil. 1 fol. 245.* & Ludovicus etiam Pius. Girard. *fol. 921.* Capitalibus certè judiciis, Regem vel Principem interesse nolim: notatus quòd contrarium secutus fuerit Augustus, & ob eam rem, Carnifex adpellatus est à Mœcenate. Kirchner *disputat. 11. thes. 1. b. ad fin.* Nunquàm etiam Principi suaderem, ut supplicia spectaret, nè exindè voluptatem capere videatur: non is debet supplicia à judicibus decreta exasperare, sed lenitatem judicum, aliorum judicio corrigere. ut & monui, ubi *de pœnis & præmiis* egi. Tutius, ut nomine Principis rei accusentur, quod in hoc Ducatu fit, & sententia fertur ex judicum scitu & consilio jurisperitorum. Et ante publicationem sententiæ ad Cancellariam mittitur, interdum ut gratiæ sit locus.

II. Si tamen ipse Princeps, non curam & inspectionem habeat judicum & Quæstorum, illi, ut in re aliena pessimè ibi versantur. Anton. Perez. *fol. 296. aphorism. 270.* Hincque appellationis juvamine, saluberrima freni temperies imponitur judicibus; cùm sciunt, ante oculos superioris pervenire posse, Retractationique eorum placita obnoxia esse. Ego *tractat. de appellat. cap. 1 sect. 3.* Philippus Valesius, etiam Testamento cavit, ut post mortem suam inquisitio in magistratus

eis, fiat. vid. Le grand Aumosnier. *fol. 242.* Syndicatus suprà mentionem alicubi feci; qui & in Hispaniâ, utiliter contra judicum excessus adhibetur Thesor. Polit. *part. 1. fol. 91.* Quod & Venetus fieri solet. Thesoro polit. *ibid. fol. 163.* In Sueciâ usurpantur judicia Regis. Leges Suecor. 8. *cap. 38.*

III. Non ineptè hìc quæri potest; an approbandus sit mos plerorúmque judiciorum, ubi Scabini analphabiti, de causis cognoscunt, (Sendt- vnd Landgericht.) Improbat hoc Philippus Hœnnonius, *disputat. polit. 5. thes. 67.* vid. Petr. de Andlo, *d. Imper. Roman. 1. cap. 12.* ubi Freherus, & *lib. 2. cap. 16.* Indéque, suprà alicubi dixi, imperitos literarum, judices esse non posse. vid. Langlæ. *semestr. 3. & 4.* Cujac. *ad Novell. 82. in princ.* Hotoman. *quæst. 28.* Robert. *3. sentent. cap. 5.* Vultei. *discept. 8.* Schrader. *part. 10. d. feud. sect. 14. num. 52.* Franci olim imprimis peritiam juris localis requirebant Lehman *fol. 104.* Certè aliis itidem nulla maior abusio videtur, quàm per eos, qui rus colunt, jus in Provinciis dictari; qui à juris notitiâ legibus excusantur. Rationem tamen huius rei aliquam reddit Cusanus. *3. concord. Cathol. 28.* Sanè etiam Rustici exindè politiores, magisque habiles redduntur Qui judices olim apud Francos erant, vid Lehman. *2. cap. 22. & fol. 105.* Num judices debeant esse peregrini, vel cives? disputari potest vid *suprà cap. præced.* sanè in Italiâ nunquam ii sunt eo in loco nati, ubi ius dicere solent: & Vincentiæ pessimè iustitiam administrari aiunt, qui Assessores ibi sunt ex Urbe. Thesor. Polit. *part. 1. fol. 155.* De reiectionibus Judicum, vid. Langlæ *semest. 2. per tot.* Et quod duo fratres nequeant esse Assessores, tradit idem Langlæus. *7. semestr. cap. 3.*

IV. Summa laus est judicii, quod nemo calumniatur, sive Actor causâ cadat, sive reus vincatur: verùm uterque æquo animo (erga iudicem) & hilari discedit; nec aliter de re judicata sentit is, qui causam obtinuit, quàm qui litem perdidit. Aristides, *tom. 1. orat. in Regem.* Quod fit, si integrum est judicium, nulliusque affectus, vel corruptionis suspicione laborat. Cùm sciunt se non à judicibus, sed legibus condemnari, & iustitia adversarium non habeant. Philo. *in. fol. 43.* Et etiam sententiæ liberæ esse debent. Langlæus. [illegible] qui idem *c. 7.* tractat, quo ordine eæ sint dicendæ, Officium judicum commendatur *Isaia 1.* Quærite jus, beate oppressum, judicate Pupillo &c. *vers. 17.* Et id describit egregiè David *Psalm. 82.* Ac ipse Deus Opt. Max *Deut. 1. vers. 17.* Ne suscipite personam in judicio, æquè parvum atque magnum auditote, ne metuitote a quoquam; nam judicium ipsum Dei est Judices item jurare debent, nihil se gratiæ, nihil precibus dare vid. *Ex. d. 23. vers. 3.* Sie schwören auff das Recht absolutè. Lehman. 4. *cap.*

cap. 13. à princ. Ego, *in disputat. de jurejur. 1. thes. 28. fascicul. 2. disp. Tubingens.* vid. apud Ammian. *lib. 22. fol. 405.* exemplum Juliani, quomodo nullo habito respectu Personarum judicârit. Judicis munus est, etiam superiorem non respicere. Judex respiciens in judicando voluntatem principis, malè judicare potest; cum ideam habeat: ut ait Perez. *fol. 173. num. 116.* Boccalin. *2. ragguagl. 86.* An justum sit in conspectu Dei, Vobis potiùs auscultare, quàm Deo; judicate. Actor. *4. vers. 19. cap. 5. vers. 29.* Justitia neglecta causa est sterilitatis. Plutarch. *in* R*omul. fol. 61.* De Virtutibus judicum, consule Zepper. *3. de legibus Mosaic. cap. 19.* De eorum officio, Ærod. *rer. judicat. tit. de just. & jur.* & de officio judicis apud Francos, in criminalibus & civilibus causis, vid. Lehman. *2. cap. 28. &c.* Ac quæ sit æquitatis & justi, legitimi differentia, vid. Xenophont. *1. institut. Cyri. num. 12. in fin.* Et judicium semel tantùm reddi solet. Langlæ. *5. semestr. cap. 2.* aliter in principe, qui habet jus restituendi. De sportulis, vid. Langlæ. *6. semestr. passim.*

VI. Hîc itidem tractandum esset, de aliis curatoribus, Ministrisque reipublicæ, quos Aristotel. *6. polit.* recenset. Tales etiam sunt AEdiles, Agrorum Sylvarúmque præfecti; ii, apud quos publica vectigalia referuntur, scribæ contractuum, judiciorum, justitiæ exequutores. &c. Sed ratio me revocat institutæ brevitatis.

CAP. IV.

De Censoribus.

VT legibus Magistratus & judices; ita moribus præficiendi sunt *Censores*: qui ea, quæ legibus definiri nequeunt, (& quorum nomine actio non datur) corrigant, notent. vid. Chokier. *in aphorism. lib 5. cap. 19. fol. 281.* Hilliger. *ad Donell. 17. c. 24. lit. S.* Quàm multa, inquit Seneca, Pietas, Humanitas, liberalitas, fides, justitia exigunt, quæ extra publicas tabulas sunt: neglecta tamen, aut contemptui habita; multorum, magnorúmque malorum causa sunt. Bodin. *6. de republ. 1.* Lips. *4. pol. 11.* Hi maximarum, minimarúmque rerum, præcipuè circa morum disciplinam, cognitionem animadversionémque habebant: de quibus leges, aut non scriptæ, aut quæ judicio pœnali, haut digna videbantur. Inquirebant etenim; quo se quisque modo, domi suæ, intra Laris penetralia, erga uxorem, liberos, erga servos erga propinquos, necessarios, vicinos gereret; quæ institutio liberorum,

quæ disciplina, undè victus & amictus, quis opum usus, quis abusus; qui cultus, quæ incuria, quis focus & mensa &c. omnes malas artes, & lubidines malas, voluptatésque indignas, otium, luxum omnem prohibebant: ab universisque exigebant, ut probitati atq; industriæ, non sumptibus & divitiis studerent. vid. Amirato, *lib. 11. discurs. 2.* Hincque censuram, magistram pudoris & modestiæ nominat Cicero, *pro Pison.* De Romanorum Censorum potestate, vid. Alexand. ab Alex. *3. genial. cap. 13.* Et quod olim munus hoc gesserint Imperatores, docet Bulenger. *1. de Imp. Roman. cap. 6.* ut & mox dicam *infrà.* vid. AErod. *lib. 2. tit. 16.* Et de censurâ agit Hensler. *disp. sing. tom. 4. disputat. Basileens.*

II. Hodiè in nostris rebuspublicis, adeò obsoletam tàm necessariam Provinciam politiæ, prospicimus; ut non modò non colatur, sed ferè ignoretur & irrideatur. Undè multorum magnorúmque malorum perpetua causa: sic ut nunquam major malorum seges morum, ullâ majorum ætate extiterit. Quando non modo, uti temporibus Augustini, in theatris; sed potiùs in mediis S. S. AEdibus & Dei Templis, pietati & honestati omnia contraria fiant.

Nil est ulteriùs, quod nostris majoribus addat
Posteritas.

O Tempora, ô mores! qui medicinam eam respuunt, sine quâ civitates nullo modo consistere posse, prudentia judicabat antiqua; quæ Græcis, omnibúsque Italiæ veteris populis usitatissima fuit: Kirchner. *disputat. 11. thes. 2. a.* & quæ etiam nunc in optimè constitutis rebuspublicis exteris, Venetâ, Lucensi, Genevensi, florida est aliquantùm, Bodin. *6. de republ. cap. 1.* Hodiè quidem locorum quorundam usu, relictum est hoc munus ecclesiasticæ Censuræ, & Senioribus ecclesiæ permissum. (nam & apud veteres ad Episcopos pertinebat. Filesac. *tractat. de Episcop. auct.*) ut si quos malè vivere perspiciant, admoneant & judicent. Sed cùm publicæ censuræ notâ & correptione destituantur, parùm inanibus efficitur reprehensionibus. Sub Regibus populi Dei, Prophetis jus censuræ demandatum fuisse, videtur: ut exemplo Samuelis, Esaiæ, Jeremiæ, & aliorum, apparet. Philipp. Hœnnon. *disputat. polit. 6. thes. 3. a.* Apud Catholicos adhucdùm confessio est instar censuræ. Ac de censurâ ecclesiasticâ, vid. Baron. *A. C. 57. nu. 5. &c.* Reinkingk. *3. class. 2. cap. 2.* Olim censuræ loco erant, Hastarum ludi & equestrium certaminum spectacula (Die Turnier/) quæ ideò, ut revocentur, suadet Kirchner. *Orat. 25. & seq.* add. Visherum, *tractat. de Duell. fol. 432.* Erant & quasi censores Philosophi prisci. Bert. *orat.*

de dignit. *Et hic fol. 31.* Censura erat etiam Comœdia vetus: Horat. *lib. 1. Satyr. 4.* cui nova Satyra sucessit, undè Juvenal.

Quicquid agunt homines, votum, timor, ira, voluptas,
———— nostri est farrago libelli.

An verò Satyram scribere injuria sit, disquirit Arithmæus, *disputat. d. Poëtica.* item AErod. *fol. 465.* Et cavendum est, nè Satyra degeneret in libellum famosum, vel ut nunc vocamus, Pasquillum. Ut libertas dignissima favore; ita livor & calumniandi animus, Deo & legibus sunt invisa. Sed placent hanc in rem, verba Magni Erasmi, *in enchirid. Milit. Christ. can. 6 m.* K 4. Verùm heus tu, quemadmodùm te volo fortiter à vulgo dissentire, ita nolo Cynicum quiddam referentem, passim aliorum sententiis, aut factis oblatrare, superciliosè damnare, odiosè obstrepere omnibus, rabiosè declamitare in Vitam cujuslibet, ne duo simul mala consciscas: alterum, ut in omnium odium abeas; alterum, ut invisus, nequeas quidem ulli prodesse. Esto & tu omnibus omnia, ut omnes Christo lucrifacias, quoad licet, non offensâ pietate. Foris omnibus temet accommoda, ut intùs quidem immotum sedeat propositum: foris autem comitas, affabilitas, facilitas, commoditas alliciat fratrem; quem blandè convenit invitari ad Christum, non asperitate deterreri. Denique, quod sentis, non tàm sævis intonandum verbis, quàm moribus exprimendum. Neque rursus sic indulgendum infirmitati vulgi, ut veritatem in loco fortiter tueri non audeas. Humanitate emendandi sunt homines, non decipiendi. Moribus nonnullorum locorum, censuræ occupat locum das Ruggericht / vid. Fürstl. Wirtemb. Landsordnung / *fol. 234.* Quod tamen finem, quem olim assequebatur censura, adtingit minimè. Hîc verò quæritur, annè Christianæ charitati conveniat, in ejusmodi censoriis judiciis proximũ prodere? quod suo modo non negarem. vid. Johann. Gerhard. *decad. 6. thes. 4.* Hœnnon. *disputat. 4. thes. 48. & disputat. 6. thes. 16. c.* Forster. *disputat. ad Decalog. decad. 3. probl. 6.* adde Bidembach. *decad. 5. consil. ult.* Alii sunt Tyrannici delatores, de quibus hîc non est sermo; quos tamen Aristot. *5. polit. 8.* institui suadet. Alii consonant, ut Princeps vel respublica locum designet, in quem quilibet, non edito nomine, & clàm schedulam deponat, & vel officialium errata prodat, vel suum judicium de præsenti statu reipublicæ edat. Sed magna prudentia requiritur, ne statim talia judicia, & denunciationes executioni demãdentur. An verò quilibet subditus, maleficium in suâ domo commissum, denunciare teneatur? disputat Modestin. Pistor. *part. 2. qu. 61.*

III. Censores expertes imperii ut sint, consultiùs esse arbitror. Bodin. *de republ. num. 633.* Indè & nota illa, seu censoria animadversio,

etsi ignominia diceretur; nihil tamen notato adferebat, nisi ruborem: & plurimùm ab infamiâ distabat, quæ magistratuum sententiis ac judiciis irrogabatur. Cicer. *pro Aul. Cluentio.* Tholosan. *4. de republic. cap.12.* Bodin.*6.cap.1.* Keckerman.*1.polit.cap.18.in fin.* Kirchner.*disput. de republic.11.thes.2.ad fin.* vid. Hœnnon. *disputat.6.thes.26.& seqq.* Et pertinet Censura (1) ad ea tantùm delicta, quæ probari sufficienter non possunt (2) ad ea Crimina, quorum nomine actio vel accusatio non datur: putà si quis non ritè liberos educet. Consultum etiam esse videtur, ut Censores (præsertim si nova sit & inconsueta institutio Censuræ) non omnia simul emendare conentur, sed singula corrigant paulatim: Homines namque non possunt subitò fingi, ac repentè eorū natura converti, aut vita mutari nequit. adde omninò Richter, *axiomat historic.29.* & vid Philostrat *de vit. Apollon.lib 5.* ubi is idem suasit Vespasiano, *fol.m.232.* Opera Regis Angl. Jacobi, *fol. 191.* Baudium, *de moral.& civil.sapient.lib.1.fol.13.*

IV. Censorum legendorum, eum delectum habere solebant veteres; ut Censores fierent ii, quorum vita non tantùm à rapinis, sed & à vitiis penè omnibus, libera & vacua esset quique cæteris omnibus, integritate ac prudentiâ præstarent: ut Censores, omnibus civibus, seipsos quasi normam, benè temperanterque vivendi, & ad intuendum, & ad imitandum præstarent. Bodin. *6.cap.1.* Hincque Plutarchus, *in Caton.Major.* Censuram omnium munerum sacratissimum appellat.

V. Sed & porrò Principis vita, Censura optima, speculúmque est, ad quod vitam componant subditi; norma est, secundum quam dirigant mores. Syracid. *10.vers.2.* Plin. *paneg.edit.Lips.fol.87.* Clariss. Gruter. *in discurs.ad Tacit.fol.47.* Amirato. *3.discurs.9.* Fürstliche Tischreden. *1.cap. 11.* Guevara in Marco Aurel. *cap.4.* Dn. Lather. *de censu.2.cap.1.* Guyon. *tom.1.lib.4.cap.12.des divers. leçons.* Richter. *axiom.291.* Et faciliùs est, si non dicere nefas, errare naturam, quàm ut dissimilem possit formare Rempublicam Princeps. Cassiodor. *3 variar.* Sicque prorsus Censuram suis temporibus, de propriis moribus gessit Alex. Severus Imperator. Imitati sunt eum magni viri; & uxorem ejus, Matronæ pernobiles. Lamprid. *in vitâ.* Latinius Pacatus, *in Panegyr.* de Theodosio: A te voluisti incipere Censuram, & impendia Palatina minuendo; nec solùm abundantem rejiciendo sumptum, sed vix necessarium usurpando dimensum: quod naturâ difficillimum est, emendâsti volentes &c. Et suadet pulcrè Johann. Spinæus, ut Princeps nocumenta voluptatum exscindere volentes, se suósque primi reformarent. *au discours.contre la volupté fol.m.475.* Læl Zecch. *d princip.2.cap.1.nu.7. fol.228.* Nil enim absurdum magis est, quàm punire vitia, quibus ipse

ipse Princeps conspurcatus adparet. Boccalin. *d. Parnas. 2. fol. 37.*

VI. Quemadmodum Musicorum cantibus mutatis, etiam civium mutatur Status, ex sententiâ Platonis: sic Nobilium vitâ, victuq; mutato, & mores civium commutantur. Cicero, *3. de leg b.* Indéque ut in corporibus, sic in Imperio, gravissimus est morbus, qui à capite, aut membris principalibus diffunditur. Cúmque pauci, atque admodùm pauci, honore & gloriâ amplificati, vel corrumpere mores civitatis, vel corrigere possint: maxumúmque compendium benè instituendi & reformandi Rempublicam sit, ritè instructa Aula. Omnes ergò Principes & Optimates, periculum scandali evitent, bonisque moribus studeant. Aulæ mores corrigat bonus Princeps. Guevara, *in Marc. Aurel. cap. 24.* Plùs enim exemplo, quàm peccato nocent: nec tàm malum est peccare Principes, quàntum illud, quòd permulti Imitatores Principum existunt. Exemplum optimus est Censor. Ac laudem meretur Artaxerxes, qui noluit aliquem, pro more Persarum, cogi ad bibendum. Josephus, *11. antiquit. cap. 6.*

Visum etiam est adjungere Discursum Germanicum, ex iis, quos olim vix adulescens conscripsi; cùm is de Censurâ agat.

Von der Römer Censur, oder wolangesehener Rugordnung.

Es wollen die Juristen / in deme sie jhr Professionem; rerum Divinarum atque humanarum notitiam, justi atque injusti scientiam definiren / darfür angesehen sein / als wann sie das krumme grad / vnd dero fürgeben nach mit jhrer Kunst soviel zuwegen bringen könden / das ehrlich gelebt / niemand vernachtheilt / vnnd jedem / was jhme gehörig / zugestelt würde. Es ist aber hingegen / meines erachtens / mehr dann offenbahr; daß vnangesehen / vermittelst wolangestelter Gerichten / der so sich beschädigt / oder vervortheilt befind / widerumb erholen / vnnd das jenig / so jhm gebürt / bekommen mag. Doch besagte Gericht / juréve civili prodirte Actiones vnd Procefs, ein ehrlich vntadenlich Leben zuerhalten oder begeren / so wenig gnugsam / das auch nicht alles / so sonsten in Rechten zugelassen /

§. 1. Inst. l. 10. §. 2. ff. de just. & jur.

Curva corrigere.

§. Iuris præcepta Inst. l. 10. §. 1. ff. d. t.

l non omne. 144. l. in cōventionibus 179. ff. de reg. jur.

vor erbar vnd rühmlich gehalten wird. Darumben dann die Römer/ als welche solches zeitlich gespühret vnd vermerckt/ jhren Censoribus, neben andern vornemmen Verrichtung/ auch insonderheit der guten Sit- wahrzunemmen/ aufferlegt. Vnd weil vber das alle / sowol publica als privata delicta, durch andere Magistratus gerechtfertigt wurden: haben besagte Censores, fürnemblich deren Laster/ so durch sonderbare Gesatz nit verbotten / doch an jhme selbsten vngebührlich / vnd dem gemeinen Wolstand nachtheilig / auff das fleißigste erforschet: vnd nicht allein die allbereit eingewurtzelte vntugenden gleichsamb mit vndergrabung/ vnd beschabung dero Wurtzeln außgerottet; Sondern auch / so zureden/ allen Samen / vermittelst dessen andere vnd newe mit der zeit auffwachsen möchten/ vertilget. Wie dann hiemit vielfältig vnd augenscheinlich geschafften Nutzens/ jhrem Ampt ein solches ansehen gemacht / das selbiges ein Meisterin deß Fridens / ein vrsach aller Zucht vnd Meßigkeit genennet/ vnnd gäntzlich darfür gehalten worden / das sie Censores mit jhrem supercilio oder strengen auffsehen / eben so viel nutzen / als alle Mann- vnd dapfferkeit so jemahlen von den Römern im Krieg begangen worden/ geschaffet. Vnd wie durch diese viel gewonnen: also jenes/ das man selbiges lang erhalten können/ verursacht habe. Inmassen dann zu diser Dignität, nicht allein die vmb den gemeinen Nutzen wolverdienteste/ ansehenlichste/ ernst- vnd tugenhaffteste Personen befördert worden: Sondern auch der/ so dahin gelangt/ nunmehr die höchste/ ja heiligste Staffel aller Menschlichen vnd möglichen Ehren / erreicht zuhaben/ sich bedüncken lassen. Also ist Q. Flaminius, nach dem er etlich beschwerliche Krieg / wider Philippum vnd Antiochum in Græcia glücklich zuend gebracht: Paulus Æmilius, nach dem selbiger Macedoniam dem Römischen Volck Zinßbahr / vnnd deß grossen Alexandri Magni Nachkommen zu Sclaven vnd leibeygenen Knecht gemacht: M. Cato, nach dem er viel herrliche Sachen in Africâ, Sardiniâ, Hispaniâ vnd Asia verrichtet / erst zehen Jahr nach seinem Consulat Censor worden/ vnd sich in solchem Ampt also löblich verhalte/ das der Römische Raht/ jhme ein Seul oder Statuam auffrichten/ vnd vnder selbige nichts dessen/ so er wider jhre Feind ruhmwürdig verrichtet/ vnnd darumben herrlich triumphiret; Sondern allein das er Censor gewesen schreiben oder graben lassen/ ꝛc. Zu vnseren zeiten pflegt man zu Genff/ zehen/ so daselbst die Aeltern genent werden als Magistros morum erwehlen / welche die Laster mit solchem ernst erforschen vnd abstraffen/ das auch nit bald eines/ es werde gleich so heimlich es immer wolle begangen/ von jhrem eyfer vngeradelt bleiben mag. Darumben nicht zuzweiflen / dann das selbige Statt vnd respublica, wa nicht wegen Macht vnd Reichthumb / doch

anderer

De Censoribus, latè Georg Eberlin, ad tit d orig. jur. cap. 14.

Bodin. 6. d. rep. cap. 1. fol 630.

Val. Maxim. 2. cap 9. in pr.

Plutarch. in Camill. n 8. Plut. Flaminum. 11.

Plutarch. Æmil. n. fin.

Plut. Caton nu. 1. & 9.

Bodin. 6. d. republ. cap. 1. fol. 623. & 637.

anderer Burgerlicher tugenden halber / so lang besagtes Decemvirats gewalt/gebührend beschützet floriren vnd berühmet sein werde. Vor ohn langst verflossenen Jahren/ vnd benandtlichen in Anno 1566. haben die Venediger auch Censores, so sie *I Signori sopra il ben vivere de la Cita* nennen/ zuverordnen angefangen / darzu jhnen dann fürnemblich etlicher heimlich eingeführter Verstand / die vmb Geitz willen jhre Stime disem oder jenem zukauffen/ freystelleten vrsach vnd anleitung gegeben. Welche vnordnung vñ verkauffung der Magistrat Aempter solcher massen vberhand genomen hatte / das auch jhrer etlich darfür gehalten / selbige respublica werde vngezweifelt kürtzlich zergehn/vnd zu einer Tyranney werden. Seithero aber die Censores, welche alle böse einreissende gewonheiten/ besonders dardurch der Ehrgeitz zunimpt/ abzustellen macht haben/ auffkommen ist alles in ein bessere richtigkeit gebracht/ vnnd vielerhandt vnraht/ wie auch vnder anderm der gebrauch den jenigen/ so Aempter erlanget /zu gratulirn, abgeschafft worden. Wann dann diser alte/ vnd in allen löblichen angestellten Regimenten/ wolangesehene Magistrat, zu vnserer zeit mehrertheils gäntzlich vnbekand/vnd allerdings in abgang kommen / wer wolte sich / wann es besser in der Welt / dann allbereit beschicht/ zugehen solte/ nit höchlich verwundern? Wardurch anderst dann ein rechte angestelte scherpff vnd freye Censur, können die Gericht recht besetzet/ rein erhalten / vnd diß / so die strengheit der Gesätz vberschreitet/ die zagheit der Ankläger / bedeutet; gebührend abgeschafft/ vnd nothwendig gestrafft werden rc. Vngeacht auch vnsere Pastorn vnd Prediger in gemein jhre Zuhörer / zu allem guten ermahnen/ von dem bösen abschröcken / vnd also rechte Censores sein solten/ weiß man doch leider mehr dann genug das solche/ nach dem die etwan gebräuchige excommunication vnd außschliessung von der Gemein / einig vnnd allein dem Bapst zu Rom/ mit etwas vngelegenheit heimgestellt/ vnd von denen/ so dessen Joch/ wie sie sprechen/ abgeworffen/ mehrentheils/ ja gantz vnderlassen wird / mit jhrem ruffen vnnd schreyen weniger außrichten/ als sonsten villeichten geschehen möcht/ wann fürnemblich hierzu allein selbige erküßt vnd beruffen würden/ die jhr ansehen mit verstand vnd vnsträfflichem leben was bessers zu tuiren wüßten. Vber das ferner besagte Pastorn ingemein die Laster schelten / doch keinen / der damit behafft/ in specie nennen / vielweniger deme / so jhrem gutherzigen vermahnen zuwider/ vnd andern zum ärgernuß lebt mit der that straffen dörffen/ also bey denen so allein Bürgerlich oder Politicè fromb/ nichts fürnemes verschaffen können/ sondern jhr Predig fast allein in den außerwöhlten frommen Hertzen frucht bringet.

Bodin. 6. de republ. 1 fol. 623. Auct. tract von der Venediger hertzligkeit vnd Regiment/ fol. 244. & 252.

Hin-

Hingegen aber haben die Römische Censores einen solchen Gewalt gehabt / daß sie einen Rathsherren ohne schew / seines Ampts entsetzen / ein Jungen / so ein altes Weib genommen / oder der sein Ehefraw / vor den Kindern etwas zubegierig geküsset / offentlich zuschanden machen / & notâ, ignominiave quâdam beflecken mögen. Diese Schmach / wie man sie deren / so einem durch ein Richterlichen Spruch angehenckt / vnd dardurch er jmmermehr zu Ehren oder einiger dignität zukommen verhindert wird / niemahlen gleich gehalten. Also hat sie bey manchem so fern gefruchtet / das etliche / die von den Censoribus, wegen jhres ärgerlichen Lebens zuvor deß Raths entsetzet / ausser vrsach gefolgter vnnd rühmlicher Besserung / vnsträfflichen verhaltens / vber die gute Sitten deß gantzen Volcks / also auch deren / von welchen sie zuvor notirt oder gestrafft inspection zuhaben / gewürdigt worden. So hat man nicht weniger die Römische Censur, so wol gegen schlechten / als den allervornembsten Häuptern der gantzen Stadt vorgenommen; Ja wann stattliche Personen sich dero freywillig vnderwerffen / vor ein grosse Ehr vnd lobwürdige That geachtet. Also ist dem Römischen Volck höchst angenehm gewesen / das Pompejus, (welcher ehe vnd dann er ein har Barts gehabt / von meniglich der Grosse zugenamet / vnd zweymal zuvor Selbiger Alters halb deß Rathstands fähig ware / triumphirt hatte) sich vor den Censoribus præsentirt / vnnd jhme forter nicht mehr den Kriegen nachzuziehen erlaubt zuwerden begert. Dann / als zu mehr angedeutem Rom ein solche gewonheit im schwang gangen / das ein jeder Eques oder Reisiger / wann er die ordenliche zeit / so jedem Burger gemeiner Statt in Kriegsläuffen / zu dienen bestimbt ware / vollbracht / sich der Censorum erkandtnuß (die jhne dann seinem verhalten gemeß loben / schalten / oder nach gelegenheit der Sachen straffen) vnderwürffig machen müst / vnd vor die damahlen gewesne Censores etlich Reisige daselbst jhren bescheid / vnnd angedeute Abfertigung zuempfahen / kamen / hat Pompejus, zur zeit Consul, in Burgermeisterlicher Zierd / vnnd von seinen Amptsknechten begleitet / so bald er den Censoribus genahet / erstbesagten Dienern hinweg / oder neben sich zutretten / befohlen / vnnd sein Pferd selbsten an gebürende stell geführet / auch auff befragen / ob er die gewohnliche Reisen vnnd zwar nach Ritterlicher Zucht vnd Ordnung / vollkommenlich vollbracht / das solches ehrlich vnnd nach aller gebühr geschehen / mit dem vmbstehenden Volck / dessen ein guter theil / vnd jhme gedient / auch darumben von seinem verhalten / gut wissens gehabt / bezeuget.

Vid. notas Censorias apud Gell. 4. c. 12 & c. ult. lib. 7. c. ult. 17. c. ult. fol. 577.

Cic. pro Cluent. fol. 378.

Val. Max. 2. cap. 9. nu. 9

Plutarch. Pompejo. num. 6.

Die alte Griechen haben vor zeiten fast eben dieses mit jhren Comædien außgerichtet / in dem sie die allerstättlichsten / so in dem geringsten

Vetus Comædia.

sten was Vnerbars begangen/einem jeden in offentlichen Spielen/vnd bey denen sich der mehrertheils Volcks gewohnlich befunden / mit außgedruckter benennung der Namen/auff das schändlichst zu traduciren/ vnd zuverhönen/ja ein eygne Comœdi von jhnen zu agiren/vnnd zuhalten/frey gestelt. Welcher gebrauch / folgends von Lucilio naher Rom gebracht vnd in ein Satyrische Freyheit / jederman ohne schew einiger gefahr/die Warheit in schimpff zusagen / nicht ohne sondern nutzen/ ist verendert worden.

——— cùm est Lucilius ausus
Primus in hunc operis componere Carmina morem,
Detrahere & pellem, nitidus quâ quisq; per ora
Cederet, introrsum turpis ———
——— atqui
Primores populi arripuit, populúmque tributim
Scilicet uni aquus virtuti, atque ejus amicis.

Horat 2. Satyr. 1. Quint. inst. orat li. 10 c. 1. v. Freher. de existim. fol. 559.

Welches vnsern zarten Ohren diser zeit/in bedenckung selbige jetzt schier nichts dann auffgemutzt/vnd prächtige Titul dulden mögen/sehr fremd fürkäme. Dann seithero die Homerische Götter Momum, weil er selbiger kurtzweiligen seligkeit/mit seinem tadlen / vnd vnhöfischer Freyheit/ widerstrebte/vom Himmel gestürtzt/hat dieser bey wenig Menschen/zugeschweigen an Fürstenhöffen / in welchen die Schmeichlerey noch jederzeit den Vortantz behelt/statt oder herberg finden mögen. Darumben wir dann desto bälder zu vnsern Censoribus widerumb kehren / von den Satyris was ferners zuhandlen / an ein bequemen ort sparen wollen/ꝛc. Nach dem nun die Römische Libertät / durch Augustum, Antonium vnd Lepidum gäntzlichen außgetilget/vnnd endlich aller Gewalt / dem Augusto alleinig eingehendigt worden / hat jhne das Römische Volck auch zu einem immerwehrenden Censore machen vnd erhaben wollen/ welches/vnangesehen er renuncirt oder verweigert/vnnd selbiges mahls Æmylium Lepidum, neben Munatio Planco, zu dieser dignität befürdert/seind doch selbige die letzte Privati Censores gewesen/ vnd nach solchen den Censoribus gebührende verrichtungen/mehrertheils von denn Augustis, jhnen selbsten zugeeygnet worden. Inmassen Octavianus, neben zehen andern Rathsherrn / eines jeden Equitis oder Ritters / thun vnd lassen erforschet. Vnd da er in selbigen etwas zu tadlen gefunden/ solches entweder mit vorgenomener straff / befleckung der Ehren / oder gutherziger Warnung abzuschaffen vnterstanden. Sueton. *August. c. 39.* Wie zugleich auch folgends Domitianus sich einen perpetuum, oder immerwehrenden Censorem genannt/vnd mit solchem Titul nicht wenig gepranget. Als darumben zur zeit deß Keysers Decii, der Römi-

Sigonius, Comm. in Fastos. f. 318.

Trebell. Pollio, in Valer. Patr.

sche Senat, Valerianum einhelliglich zu einem Censore verordnet / hat selbiger solches Ampt / als dem obersten haupt alleinig gebührend in keinen weg annnemmen wollen: Vnd zwar will es sich in einer Monarchiâ vbel schicken / das einem Privato die Aempter außzutheilen / selbiger wann er begehrt / zuentsetzen / vnd andere Sachen / so etwan die Censoren nicht ohne sondere Majestät verrichtet / vergönnet seye. So können auch die gute Sitten / besonders mäßigkeit / wie zugleich vernichtung aller schand: vnd schädlichen wollust / nirgend nicht mehr / dann durch eines Fürsten oder Monarchen gut Exempel auffgebracht / befördert / vnd in dessen vnderthonen gemüth vortgepflantzet werden.

Claud. in paneg. d. 4. Consul. Honorii & Philipp. Camerar. 1. med. histor. cap. 66. Bodin. de republ. fol. 708. Petr. Faber 3. Semestr. c. 20. Lamprid in Alex. Sev. fol. 217.

——— *Componitur Orbis*
Regis ad exemplum, nec sic inflectere sensus
Humanos, edicta valent, quàm vita Regentis,
Mobile mutatur semper cum principe vulgus.

Dannenhero list mã das Alexander Severus / zur zeit dessen Regierung / mit seinẽ vnsträfflichẽ leben / gäntzlich so vil / als etwañ die Censoren mit irem tadlen außgerichtet / vñ er selbsten von den fürnemstẽ Burgern / sein Gemahl aber von derẽ Ehweibern sey imitirt od' gevolget wordẽ. Vnd dẽnach die Rähte / Hoff- vnd Ampleut nit allein zum meisten vmb den Fürsten sind / sondern auch gemeiniglich von den Herrn hierzu nit die taugẽlichste vnd vielmehr selbige / die jhrer Natur vnd Inclination am ehnlichsten sind erwölet / vnd vor andern hochgehalten / oder erhaben werdẽ / sind zumal diese die ersten / so deme was jhrem Haupt geliebet / es seye gleich böses oder gut / indifferenter nachzukommen sich befleissen. Als darumben Dionysius Junior, auß raht Dionis, Platonem in Siciliẽ fordern / vnd ein zeitlang in hohen Ehren halten thete / wolten gleich alle Hoffdiener gelehrt vnd Philosophi werden / also das in jeden orten deß Palasts / nichts dann rein Sandt / darinnen dise allerhand Geometrische figuren mit kleinen grifflein entworffen / vnd nach selbiger zeit gewonheit / der Philosophiæ prima rudimenta lerneten / gesehen ward. Weil dann einmahl / die Burger so wol hoffmännisch / als die Hoffleuth herrisch sein wollen / muß nichts anders volgen / dann das der Herr den Hoff / vnd selbiger eines gantzen Lands sittẽ regire / vnd nach seinem gefallen leite / auch sie vber jhne besonders in Kleidern nit sein dörffen. Jonvillo. *fol. 312.* vnd gleich wie darumben der Philosophus Plato, etwann darfür gehalten / das durch mutirung der Music, oder einführung newer Melodien / der Stat eines Regiments verendert werde. Also kan vilmehr / wo die fürnembsten jhr leben / thun vnd lassen / auff wollust vñ nichts guts richten / das solches ingemein von allen / auch den geringsten geschehe gesagt werden. Der vrsachen / die Sünden / Schand vnd Laster / so ein Fürst

Plutarch. Dion. n. 3.

Cic. 3 d. legib. n. 34.

vnd

vnd Herꝛ begehrt/ nit allein vor sich selbsten vnrecht/ sondern auch weil selbige zumal gleichsamb ein Pestilentzische sucht gar erblich/ vnnd geschwind vmb sich fressen/ destomehr zuschelten vnd zuhassen seind De judice in simili peccato existente, Emporium juris, *fol. 180.* Es würd auch dermassen ergerlich leben den Fürsten/ mit der zeit also ergehen/ das wie der einig vnd all weiß Sohn Gottes hievon prophezeiet/ jhnen viel nutzer wer/ wann man denen ein Mühlstein an halß hencken/ vnd in das tieffeste Meer versencken thete. Dann der höchst vnd Allmächtige Richter derenmalen einest/ auch der kleinesten Mißhandlung wegen/ so vil hefftig vnd ernstlicher von dero jedem/ je mehr selbiger gewalt/ Land vnd Leut gehabt/ rechnung nemmen/ vnd mit gewaltigem ernst absordern wirdt. Welches dabeneben alle Herꝛen jhr Gebieth/ besonders mit Meineyd/ Todtschlag vnd andern verbottnen practicken zuerweitern/ vnnd damit einen noch schwerern last auff jhre Schultern/ ja die Seel selbsten zuladen billich abschrecken solte.

Luc. 17. v. 2.

Sapient. cap. 6.

In maxima fortuna, minima licentia est. Sall. Catil. 48.

Omne enim vitium tantò conspectius &c.

Iuv. Sat. 8. v. 140.

Wann dann ein Herꝛ mit seinem Exempel so viel bey den Vnderthonen verschaffen vnd zuwegenbringen mag/ bedunckt mich es seye mit den Gesetzen/ Statuten vnd Ordinantz/ in welchen dem gemeinen Mann prächtige Kleyder/ herꝛliche speisen/ vnd derogleichen zugebrauchen/ bey einer straff verbotten/ vnd solches allein den stattlichen zulässig gehalten würd/ nit wenig außzurichten/ sonder viel mehr männiglichen ein lust vnd begührt/ dergleichen zuhaben vnd tragen eingepflantzet:

Mich. Montaigne. l. c. 43. des essais.

Nitimur in vetitum semper.——

Wolte Gott/ es versucht die Oberkeit einmal das widerspiel/ vnd schafften allen Pracht/ so wol von Seiden/ Samet/ vñ Edelgestein/ als vberflüssigen speisen/ tranck vnd dergleichen/ damit sie sich von den geringẽ zu vnderscheiden vermeinen/ zuvorderst von jhnen selbst weit hinweg/ vnd weren auff bessere Mittel jhr Hoheit zuerweisen/ oder andere zurbertreffen bedacht. Ich vermein/ es solte mit disem fund/ in einem halbẽ Jahr mehr vberflüssigkeit abgethon/ vnnd vnnützer vnkost bey männiglich erspahrt werden/ dann alle Edict vnd Placaten immermehr thun vñ fruchten mögen. Man hatte in Franckreich kaum ein Jahr vmb Heinricum secundum, in schwartz tüchin Kleydern zu hoff getrawret/ wahre schon bey menniglich die seyden Gewand dermassen in ein verachtung gerahten/ das so bald man einen damit bekleidet gesehen/ er gleich vor ein desto schlechterern gesellen gehalten. Nichts destoweniger könd ein jeglicher/ was stands er gewesen/ vor vnd vnder andern/ leichtlich erkennet werdẽ.

Ebener massen/ hat Zeleucus vor viel hundert Jahren zu Locris, ein Gesatz gemacht/ das kein ehrliche Fraw mehr dann ein Magd/ auß-

genommen wann sie volles Weins/ dörffte nachgehen haben. Item/ das allein die gemeinen Dirnen Geschmeid oder Kleider/ vnnd mit schnüren bordierte Kleider/ auch keine außgenomen/ die Kuffianer vnd Kupler Guldine Ring vnd zarte waat antragen soltē/ Juvenal. *Satyr. 2.*

Sed quid ——————

Non facient alii, cum tumultitia sumas

Cretice ——————

Dann mit was frucht von denen/ so andern mit einem ärgerlichen Exempel vorleuchten/ vermittelst scharpffer Gesätz die Laster zwingen/ ist offenbahr/ vnnd bringt solches die tägliche erfahrung mit sich. Idem Juven. *ibid.*

—— *Iure ac meritò vitia ultima fictos*

Contemnunt Scauros & castigata remordent.

Auß welchem allem nuhn offenbahr/ das einen jungen Fürsten recht instituiren/ oder aufferziehen/ vor den kürtzesten vnd gewissesten Weg/ ein Land zurecht zubringen/ vnd verbessern/ nicht vnbillich zuhalten/ auch dannenhero einem gantzen Fürstenthumb/ vnd aller recht gesinten Leuten desselbigen/ höchst vnd viel daran gelegen/ das ihre zukünfftige Herren/ als nach welcher Leben dero Kinder mit der zeit/ all jhr thun vnnd lassen reguliren/ gebührend informirt, vnd zugehörigen tugenden angehalten werden. Damit er durch die vnschuld seiner sitten/ gleich einem guten aspect den Menschlichen Händeln ein mercklich glück beybringen/ vnd nicht wie ein erschröcklicher Comet, vnd Zornzeichen/ mit seinem schändlichen leben/ nicht weniger schaden verursachen thue.

plut. Dion. n. 2. fol. 773.

Dieweil aber dem zuwider/ die tägliche erfahrung mit sich bringt/ das die Fürstliche Kinder fast zum vbelsten instituirt, gleich nach jhrer geburt leichfertigen Weibern vndergeben/ vnd jhnen gemeiniglich von dero eygnen Præceptoribus (damit sie jhres ernsts heut oder morgen nit zuentgelten) geschmeichlet würd/ darumben auch wie Carneades darfür gehalten/ kein Kunst besser/ dann das reutten (weil ein Pferd/ als das nicht weiß/ ob es ein Fürsten oder Bawren tregt/ keinem zuverschonen pflegt) ergreiffen vnd lernen. Ist kein wunder/ wann nit viel Fürsten gerahten: es dannenhero auch in desto weniger enden recht zugehet. Marull. *in Princip. instit.*

Pulchrè Erasm. in adag. aut fatuum aut principem nasci oportere.

Du bon Roy bonheur.

Experti quanto Imperia, & vis nescia recti

Stent populis, casiq; animi ratione potentum.

ô Proceres Censore opus est an haruspice nobis.

Iuven. Satyr. 2.

Mentio facta est, *in tract. meo de Iure Majestat. Ecclesiastico, cap. 4. nu. 3.* Precum Primarium: Lubet ergò subjungere Diploma Imperatricis, cum in sensum; Mihi à Cognato meo, Viro Nobili & Strenuo Dn. Nicolae

colao Ochsenbachio, Capitaneo Arcis Tubingensis, benevolè communicatum: quod ita se habet:

Wir Leonore / von Gottes Gnaden Römische Keyserin zu allen zeiten Mehrerin deß Reichs / in Hungarn / Dalmatien / Croatien / ꝛc. Königin / Hertzogin zu Oesterreich / vnd zu Steyr / ꝛc. Empieten der Ehrwürdigen Margrethen Aptissin / vnser Fürstin / vnnd den Ersamen dem gemeinen Capitel deß Gottshauß zu Buchow in Costentzer Pistthumb gelegen / vnser Lieben Andächtigen / vnsere Gnade vnd alles Guts: Ehrwürdige Fürstin vnd Ersamen Lieben Andächtigen. Wann wir auß Keyserlicher vnd angeborner Güte / Erbarn vnd wolverdienten / vnd besonder gelehrten Personen zu gnädiger fürdrung geneigt sein / vnd dann der Ersam Meister Conrat Ga.b / Licentiat in geistlichen Rechten / deß Aller Durchleuchtigisten Fürsten / vnsers Gnädigsten lieben Herrn vnd Gemahls / deß Römischen Keysers / ꝛc. Capplan vor vnser Keyserlichen Majestät / vmb seiner Frombkeit / Kunst / vnd ordenlichen Wesens willen gerühmt ist / darumb wir jhm zu gnädiger Fürdrung vnd Gnad zubeweisen / geneigt sein / vnd wir nun zu euch sonder vertrawen haben / jhr seyet vns vnser zimlichen Bette / zu Ehren willig vnd geneigt. Davon so begeren wir an ewer Andacht / mit sonderm fleiß ernstlich bittende / dz jhr **vmb dieser vnser ersten Bette willen** / vnnd vnser Keyserlichen Majestat zu ehren vnd gefallen / dem benanten Meister Conraten / ein Gotzgab ewer geistlichen Lehenschafft / wenn die euch am nächsten ledig / vnd er / oder sein Procurator von seinen wegen die an euch begern vnd erfordern würdet / für minlich verleihet / vnnd in vnirrung darzu kommen lasset / damit wir erkennen mögen / daß diß vnser erste Bette / bey euch würdige statt empfangen / vnnd der vorgenannt Meister Conrat / der günstlich empfinde genossen haben. Daran thut vns ewer Andacht sonder danckung vnd gut wolgefallen / vnnd wir wollen das auch gegen euch vnd ewerm Gotzhauß gnädiglich erkennen / vnd in Gnaden nit vergessen. Geben zu der Newstatt am Sambstag nach dem heiligen Pfingstag / Anno Domini quinquagesimo nono, vnsers Keyserthumbs im Achten / vnd deß Hungrischen Königreichs in dem ersten Jahren.

Commiss. Dn. Imperatricis propria.

SIT GLORIA CHRISTO.

ELENCHUS OMNIUM Capitum.

DISSERTATIONIS I.

De Educatione, studiis literarum, Peregrinatione, & Curâ Religionis.

DISSERTATIONIS II.

DIS-

DISSERTATIONIS III.

FINIS.



